

Corpus scriptorum ecclesiastico... latinorum

Kaiserl. Akademie der Wissenschaften ...

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXV

EPISTVLAE

IMPERATORVM PONTIFICVM ALIORVM
INDE AB A. CCCLXVII VSQVE AD A. DLIII DATAE
AVELLANA QVAE DICITVR COLLECTIO

EX RECENSIONE

OTTONIS GVENTHER

PARS I

PROLEGOMENA. EPISTVLAE I—CIV.

PRAGAE F. TEMPSKY — VINDOBONAE F. TEMPSKY — LIPSIAE G. FREYTAG

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

MDCCCLXXXXV.

EPISTVLAE

IMPERATORVM PONTIFICVM ALIORVM

INDE AB A. CCCLXVII VSQVE AD A. DLIII DATAE

AVELLANA QVAE DICITVR COLLECTIO

RECENSVIT COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT
INDICES ADIECIT

OTTO GVENTHER

PARS I

PROLEGOMENA. EPISTVLAE I—CIV.

PRAGAE
F. TEMPSKY

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXV.



Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

PROLEGOMENA.

Plus decem anni praeterlapsi sunt, ex quo Paulus Ewald societatis in honorem Caroli Savigny constitutae opibus adiutus auctoritate illustris academiae scientiarum Uindobonensis negotium suscepit Auellanae quae dicitur collectionis noua uel potius principe editione emittendae [1]. neque uero uir doctissimus id quod suscepit perficere potuit; immo cum anno 1887 praematura morte obiret, nihil absoluerat nisi collationem codicis Uaticani 4961, quem cum multis aliis et ipse persuasum habebat unum esse recensendae collectionis fundamentum. itaque cum anno 1888 ego editionem illam perficere iuberer, tota mihi res ab ouo incipienda erat, praesertim cum eodem fere tempore Guilelmus Meyer Spirensis inueteratam illam de Uaticani 4961 uirtute opinionem funditus euerteret. anno igitur 1889 in Italiam profectus sum, ut Auellanae codices adcuratius examinarem, ubi fere annum moratus redii Gottingam ibique editionem perfeci, nisi quod ad nonnullos codices denuo inspiciendos hieme anni 1893 iterum duos menses Romae degi. iam uero editione ad finem perducta nihil restat, nisi ut hic quoque gratias agam quam maximas et societati Sauignianae academiaeque Uindobonensi, quae opibus suis illa, haec sua beneuolentia effecerunt ut opus satis prolixum multique sudoris omnino possem absoluere, et multis illis hominibus liberalissimis, qui aut benigne permiserunt ut codicibus suae curae demandatis uti possem aut ipsi libros manuscriptos in meum usum comiter inspexerunt; inter quos cum multi alii Italiae Galliae Austriae Heluetiae Germaniae

[1] cf. Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte V (1884) p. 237 sqq.

uiri doctissimi tum primo loco nominandi sunt et Leopoldus Delisle bibliothecae nationalis Parisinae administrator liberalissimus et humanissimi duo bibliothecae Uaticanae praefecti, Isidorus Carini et Iohannes Bollig, quorum utrumque hoc anno morte defunctum lugent etiam Germanorum quotquot ueterum litteris incumbunt. eximiae deinde grates agendae sunt Guilelmo de Hartel, qui me non solum in corrigendis plagulis benignissime adiuuit sed etiam de singulis lectionibus dubitantem aut confirmauit aut correxit.

Collectionem quam editurus sum adcuratius descripserunt fratres Ballerinii (De antiquis collect. canon. II cap. 12 = Append. ad S. Leonis opera p. CLVIII sqq.), qui a codice Auellano ei nomen imposuerunt Auellanae, et Fridericus Maassen (Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts I p. 787 sqq.; Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften LXXXV, 1877, p. 227 sqq.). continentur ea epistulae edicta indiculi circiter 244 annis 367—553 cum ab imperatoribus magistratibusque Romanis ac Byzantinis tum a papis episcopis sacerdotibus synodis data. ante alias uero similes collectiones corpus Auellanum eo imprimis insigne est, quod earum epistularum plus quam ducentas nobis solum seruauit. epistularum autem recentissima cum sit ep. 83, Uigilii papae constitutum quod dicitur de tribus capitulis die 14 Maii a. 553 emissum, cum Balleriniis concludendum uidetur collectionem saeculo etiam sexto haud multo post Uigilii aetatem Romae compositam esse. obseruandum tamen Auellanam non esse collectionem ex omni parte perfectam atque ut exempli causa collectionem decretalium Dionysii Exigui in omnium usum compositam atque euulgatam; immo non desunt uestigia, quibus elucere uidetur eam nihil esse nisi siluam quandam ac materiam historiae a nescio quo corrasam atque sub hac quidem forma non nisi priuatis usibus destinatam.

Atque de compositione quidem ac fontibus, unde collector singulas epistulas hauserit, cum propediem alio loco explicatius expositurus sim, hic dixisse sufficiat distinguendas uideri partes seu collectiunculas eius quinque, quarum primam efficiunt epp. 1—40 cum de aliis rebus tum de schismatis Ursini et Eulalii agentes, alteram epp. 41—50 ad historiam pertinentes Pelagii annorum 417 et 418 haustaeque e fonte quodam ad scrinia Aurelii Carthaginiensis episcopi redeunte, tertiam epp. 51—55 Leonis I aliunde ignotae, quartam epp. 56—104, quae exceptis epp. 82—93 casu quodam hic insertis spectant res ecclesiasticas sub pontificatu Simplicii Felicis Gelasii Symmachi gestas, quintam denique epp. 105—243 annis 514—521 aut ab Hormisda papa aut ad eum datae; quae enim restat ep. 244 de duodecim gemmis rationalis ab Epiphanio Constantiensi ad Diodorum Tyri episcopum scripta ad ipsam collectionem non pertinere sed ei posteriore demum tempore adnexa uidetur.

Iam uero recensio collectionis adcuratius explicanda. quam quidem rem ita instituam, ut primo capitulo agam de codicibus manu scriptis, altero de editionibus impressis, tertio de eis epistulis, quae etiam aliis locis nobis traditae sunt.

CAPUT PRIMUM.

DE CODICIBUS.

Collectionis Auellanae codices manuscripti mihi innotuerunt hi:

I. Codices membranacei aetatis uetustioris.

1) Uatic. lat. 3787 saec. XI ineuntis.

2) Uatic. lat. 4961 saec. XI ineuntis.

II. Codices chartacei aetatis recentioris.

3) Marcian. Uenet. Iur. canon. 13 anno 1469 absolutus.

4) Marcian. Uenet. Iur. canon. 14 saec. XVI.

5) Uatic. lat. 3786 saec. XVI.

6) Ottobon. lat. 1105 saec. XVI.

7) Uatic. lat. 5617 saec. XVI.

8) Angelicanus 292 saec. XVI/XVII.
9) Uatic. lat. 4903 saec. XVI.
10) Corsinianus 817 saec. XVI/XVII.
11) Escorialensis ç II 21 saec. XVII.

Ac primum quidem agam de duobus codicibus uetustis, Uaticanis 3787 et 4961.

1) V = Uatic. lat. 3787 membran. saec. XI ineuntis.

Est codex foliorum 163, duabus columnis scriptus. folio praefixo et numero carenti agglutinatum est folium chartaceum, in quo manus saeculi fere decimi quarti haec inscripsit: *In hoc uolumine infra scripta continentur uidelicet Tabula epistolarum plurimarum. Epistole numero 243 (de gestis)* [1]) *plurimorum summorum pontificum Et plurimorum imperatorum. Temporibus (uidelicet) liberii pape et Damasi pp (circa annos XVIII post siluestrum papam) Temporibus etiam Ualentiniani Theodosii et Archadii imperatorum usque ad iustinianum imperatorem Nec non temporibus paulini nollani episcopi, Augustini, Iohannis Constantii et hieronimi doctorum ecclesie. Usque ad tempus hormisde pape qui multa ualde gessit et scripsit. Epiphanius constantinopolitanus episcopus diodoro episcopo de duodecim lapidibus preciosis.* quibus alia manus saeculi fere 16/17 addidit: *Ex pluteo VII in quo extant Canonistę. In bibliotheca publica ad sinistram ingredientibus per portam maiorem Bibliothecę Apostolicae*, rursusque alia sed eiusdem fere temporis initio huius folii scripsit: *Ireneus.*

In folii 1 margine superiore uetus numerus 903 deprehenditur, in inferiore numerus, quo codex hodie signatur, 3787. in eodem folio primo statim uetus incipit scriptura ac primum quidem hic inuenitur totius codicis index: [2])

CONTINET HIC CODEX RELEGENS QUAE CREUERIS INFRA.
TABULA EPISTOLARUM.

Quae gesta sunt inter Liberium et Felicem [3]) *episcopos* (1).

---

[1]) Quae cancellis circumsaepsi, alia manus addidit.
[2]) Adscribam cancellis circumsaeptos numeros meae editionis.
[3]) *felices V*

[1]) Errauit indicis auctor, cum initio ep. 2 legatur *Explicit libellus quorumdam schismaticorum* (i. e. ep. 1), *incipit epistola catholicorum.*

[2]) Epp. 8—12 auctor indicis ideo non adtulit, quod eis in corpore collectionis simili modo atque eis quae praecedunt argumentum non inueniebat praenotatum.

[3]) Re uera hic titulus spectat ad epp. 14—37; inscriptionem ep. 14 propriam auctor indicis non descripsit.

[4]) *Ulalium V*

[5]) *ab urbe* bis *V*

[6]) *Eubodium V*

---

[1]) *augustinensę V*
[2]) *aduersum* om. *V* relicta lacuna fere 8 litterarum.

[1]) *episcopo* bis *V;* postea correctum est.
[2]) Tituli epp. 61 et 62 inter se transpositi sunt.

Gelasio episcopi Dardanie[1]) (80).
Gelasius ad Laurentium episcopum de Lignido (81).
Agapitus episcopus Iustiniano Augusto (82).
Uigilius Iustiniano Augusto ubi de professionibus episcoporum memoriam facit cum subiectis capitulis de causa trium capitulorum (83).
Iohannes[2]) *episcopus Iustiniano Augusto* (84).
Iustinianus Augustus Iohanni archiepiscopo urbis Romae.
Iohannes Iustiniano.
Iohanni Reparatus Florentinianus et ceteri episcopi qui apud Iustinianam Kartaginem affuerunt (85).
Agapitus[3]) *episcopus Reparato episcopo Cartaginiensi* (87).
Agapitus Iustiniano Augusto[4]) (88).
Exemplar libelli[5]) *Menae presbyteri qui factus est episcopus Constantinopolitanus* (90).
Agapitus[6]) *Iustiniano Augusto* (91).
Iustinianus Augustus Agapito urbis Romae archiepiscopo ac patriarchae[7]).
Iustiniano Augusto Uigilius (92).
Menae patriarchae Uigilius (93).
Item Gelasius contra Pelagianam heresim (94).
Gelasius ad Dardanos (95).

---

[1]) *episcopis dadarnie* V

[2]) Qui sequuntur tituli tres, ad unam pertinent ep. 84 a Iohanne ad Iustinianum datam; cui cum inserta sit Iustiniani ad Iohannem epistula, indicis auctor unamquamque ex tribus totius epistulae partibus suo designauit titulo.

[3]) Titulus ep. 86 (*Agapitus episcopus Reparato Florentiniano* etc.) excidit facili librarii cuiusdam errore.

[4]) *Iustinianus augustus* V

[5]) Excidit titulus ep. 89 et ipse incipiens uerbis *Exemplar libelli (Iustiniani quem dedit Agapito).*

[6]) Qui sequuntur tituli duo, rursus ad unam spectant ep. 91 ab Agapeto ad Iustinianum datam, cui quidem epistulae altera illa a Iustiniano ad Agapetum data inserta est.

[7]) *arpatriarche* V

Gelasius[1] *ad Honorium episcopum* (98).

Incipit in causa fidei christianae cui ab exordio sui numquam defuisse probantur inimici (99).

Eiusdem papae Gelasii aduersus Andromachum senatorem et ceteros[2] *Romanos qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituunt* (100).

Gelasius uniuersis episcopis per Dardaniam et Hilliricum constitutis (101).

Libellus quem dederunt apocrisiarii Alexandrinae ecclesiae legatis ab urbe Roma Constantinopolim destinatis (102).

Exemplar gestorum de absolutione Meseni (103).

Symmachus episcopus episcopis presbyteris diaconibus archimandritis et uniuerso ordini et plebi per Hilliricum Dardaniam et utramque Datiam (104).

Hormisdae Dorotheus (105).

Hormisda Dorotheo (106).

Anastasius Augustus Hormisdae (107).

Hormisda Anastasio Augusto (108).

Anastasius Augustus Hormisdae papae (109).

Hormisda Anastasio Augusto (110).

Anastasius Augustus Hormisdae papae (111).

Hormisda Anastasio Augusto (112).

Anastasius Augustus senatui urbis Romae (113).

Rescriptum senatus urbis Romae ad Anastasium (114).

Hormisda Anastasio Augusto per Ennodium et[3] *Fortunatum episcopos* (115).

Indiculum quod datum est Ennodio et Fortunato episcopis Uenantio presbytero Uitali diacono et Hilario notario (116).

Item capitula singularum causarum (116 a).

Exemplum libelli per Ennodium et ceteros supra scriptos (116 b).

Exemplum relationis Iohannis episcopi Nicopolitani (117).

Hormisda Iohanni episcopo Nicopolitano (118).

---

[1]) Librarii errore exciderunt tituli epp. 96 et 97, quarum prior et ipsa est Gelasii ad Honorium.

[2]) *cētos V*

[3]) *ad V*

Exemplar[1] *relationis synodi Epiri ueteris* (119).
Hormisda synodo Epiri ueteris per Rufinum diaconum (120).
Hormisda Iohanni episcopo Nicopolitano per Pullionem subdiaconum (121).
Indiculum per Pullionem subdiaconum (122).
Hormisda Iohanni episcopo Nicopolitano per Iohannem diaconum (123).
Hormisda Iohanni episcopo Nicopolitano (124).
Exemplar sacrae Anastasii Augusti Hormisdae Papae per Ennodium et Fortunatum episcopos et supra scriptos alios (125).
Hormisda Anastasio Augusto per Ennodium et Peregrinum[2] *episcopos* (126).
Hormisda Anastasio Augusto per eosdem (127).
Hormisda Timotheo episcopo Constantinopolitano (128).
Hormisda uniuersis episcopis in Orientis[3] *partibus constitutis* (129).
Hormisda episcopis orthodoxis (130).
Hormisda Possessori episcopo (131).
Hormisda clero populo et monachis orthodoxis Constantinopoli consistentibus (132).
Hormisda Dorotheo episcopo Thessalonicensi (133).
Hormisda Ennodio et Peregrino episcopis (134).
Item ad eosdem (135).
Exemplar relationis Auiti episcopi Galli (136).
Hormisda Auito episcopo uel uniuersis episcopis prouinciae Uiennensis (137).
Anastasius Augustus Hormisdae (138).
Exemplar relationis archimandritarum et ceterorum secundae Syriae (139).
Hormisda ad eosdem (140).
Iustinus Augustus Hormisdae (141).
Hormisda Iustino Augusto (142).
Iustinus Augustus Hormisdae (143).

---

[1] *exempla V*
[2] *peregrinos V*
[3] *episcopis morientis V*

Hormisda Iustino Augusto per Gratum (144).
Hormisda Iohanni episcopo Constantinopolitano (145).
Exemplar relationis Iohannis episcopi Constantinopolitani (146).
Exemplar epistolae Iustiniani (147).
Hormisda Iustiniano (148).
Hormisda ad eundem[1] *per Germanum et Iohannem episcopos Felicem et Dioscorum diacones et Blandum*[2] *presbyterum* (149).
Hormisda Iohanni episcopo Constantinopolitano (150).
Hormisda eidem[3] (151).
Hormisda Celeri et Patricio a paribus[4] (152).
Hormisda praefecto praetorio Thessalonicensi et ceteris illustribus a paribus (153).
Hormisda Iustiniano illustri (154).
Hormisda Iustiniano illustri[5].
Hormisda Theodosio archidiacono Constantinopolitano et uniuersis catholicis a paribus (155).
Hormisda Euphemiae Augustae (156).
Hormisda Anastasiae et Palmatiae a paribus (157).
Indiculum quod acceperunt legati qui supra (158).
Exemplar libelli ‹Iohannis episcopi›[6] *Constantinopolitani* (159).
Iustinus Augustus Hormisdae papae (160).
Exemplar relationis Iohannis episcopi Constantinopolitani (161).
Exemplar epistolae Iustiniani (162).
Exemplar epistolae Pompeii (163).
Exemplar epistolae Iulianae Aniciae (164).
Exemplar epistolae Anastasiae (165).
Exemplar epistolae Theodoriti episcopi Litanidensis (166).
Suggestio Dioscori diaconi per Pullionen subdiaconum (167).

---

[1]) Immo ad Iustinum.

[2]) *bandum V*

[3]) *eisdem V*

[4]) *patribus V*

[5]) Hic titulus ut dittographia delendus est.

[6]) *Iohannis episcopi* om. *V*

Hormisda[1]) *Iohanni episcopo Constantinopolitano* (169).
Hormisda Germano et ceteris quibus supra (170).
Hormisda Iohanni episcopo Constantinopolitano (171).
Hormisda Thomae et Nicostrato episcopis (172).
Hormisda Dioscoro diacono (173).
Hormisda Pompeio (174).
Hormisda Dioscoro diacono (175).
Hormisda Iusti<nia>no[2]) *illustri* (176).
Item Hormisda (177).
Hormisda Grato uiro spectabili (178).
Hormisda[3]) *Iulianae Anitiae* (179).
Hormisda Anastasiae (180).
Iustinus Augustus Hormisdae papae (181).
Exemplar relationis Iohannis episcopi Constantinopolitani (182).
Item relatio Iohannis episcopi Constantinopolitani (183).
Item exemplar relationis <Iohannis>[4]) *episcopi Constantinopolitani* (184).
Suggestio Germani episcopi Felicis et Dioscori diaconorum et Blandi presbyteri (185).
Indiculum quod directum est a Iohanne episcopo uel ab Epiphanio presbytero de Thessalonica (186).
Exemplar epistolae Iustiniani (187).
Item exemplar epistolae Iustiniani (188).
Hormisda Iustiniano (189).
Hormisda eidem (190).
Exemplar epistolae[5]) *Iustiniani* (191).
Iustinus Augustus Hormisdae papae per Germanum et ceteros (192).
Item Iustinus Augustus Hormisdae papae (193).
Euphemia Augusta Hormisdae papae (194).
Exemplar relationis Epiphanii Constantinopolitani (195).

[1]) Librarii errore excidit titulus ep. 168 *Hormisda Iustino Augusto*
[2]) *iustino V*
[3]) *homisda V*
[4]) *Iohannis* om. *V*
[5]) *exple V*

Exemplar epistolae Iustiniani illustris (196).
Exemplar epistolae Celeris illustris (197).
Exemplar epistolae Iulianae Aniciae (198).
Exemplar sacrae Iustini Augusti (199).
Exemplar epistolae Iustiniani (200).
Hormisda Iustino Augusto (201).
Hormisda [1]) *Euphimiae Augustae* (203).
Hormisda Epiphanio episcopo Constantinopolitano (204).
Item [2]) *eiusdem ad ipsum* (205).
Hormisda Iustiniano illustri (206).
Item [3]) *idem ad eundem* (207).
Exemplar relationis Dorothei episcopi Thessalonicensis (208).
Item eidem (209).
Hormisda Heliae et Thomae et Nicostrato episcopis (210).
Hormisda Germano illustrissimo (211).
Iustinus Augustus Hormisdae papae (212).
Exemplar suggestionis Germani et Iohannis episcoporum ac Felicis et Dioscori diaconorum ac Blandi presbyteri (213).
Item suggestio quorum supra (214).
Exemplar relationis Andreae episcopi Praeualitani (215).
Suggestio Dioscori diaconi (216).
Suggestio Germani et sociorum (217).
Item suggestio quorum supra (218).
Hormisda Germano et sociis (219).
Hormisda [4]) *quibus supra legatis* (221).
Item [5]) *suggestio Germani et sociorum* (223).
Item suggestio Dioscori diaconi (224).
Item suggestio Germani et sociorum (225).
Hormisda Germano et sociis (226).
Item Hormisda Germano et sociis (227).
Hormisda quibus supra (228).

---

[1]) Excidit titulus ep. 202, qui est idem atque titulus ep. 201.
[2]) *Ite V*
[3]) *Ite V*
[4]) Excidit titulus ep. 220 *Hormisda quibus supra.*
[5]) Excidit titulus ep. 222 *Item suggestio Dioscori diaconi.*

Hunc indicem in codice V excipiunt singulae epistulae. epistula 244 ad finem perducta non est; deficit enim in media fere columna altera folii 163^r uerbis p. 773_{24} *milibus quinquaginta duobus*, siue quod archetypus nostri codicis in fine mutilatus erat siue quod is, qui hanc epistulam addidit, eam iam mutilatam acceperat.

Codex ita scriptus est, ut archetypi partes dissolutae, id quod haud raro factum esse inter omnes constat, describendae inter plures diuiderentur librarios.

1) librarius primus scripsit quattuor primos quaterniones (I—IV), sed cum ad quartum rite explendum ea, quae describenda acceperat, non sufficerent, non solum septimum eius folium exsecuit sed etiam in dextra columna folii 31^v singulas litteras maioribus spatiis distinxit atque postremo inde a uerbis

---

[1]) Excidit titulus ep. 233 *Exemplar relationis Epiphanii episcopi Constantinopolitani.*

148_1 *qui per occasionem* usque ad 148_4 *symplicioribus* litteris maiusculis usus est.

2) librario secundo, qui incipit inde a uerbis 148_4 *ore sacrilego,* describenda data erant pauca. neque tamen ea unus cepit quaternio, quo factum est, ut librarius integro quaternioni (V = fol. 32—39) adnecteret duo folia inter se cohaerentia (VI = fol. 40 et 41); quorum prius inscripsit totum, posterioris autem non compleuit nisi partem anticam paginaeque auersae tres quartas columnae sinistrae. desinit hic librarius uerbis 223_{21} *uestris delata est.*

3) librarius tertius duos scripsit quaterniones (VII—VIII = fol. 42—57) incipiens ab eisdem uerbis 223_{21} *<de>lata est,* in quibus desiit secundus, uerbisque 292_2 *nepote quodam episcopo* ita desinens, ut folium 57ᵛ non totum expleuerit sed ultimam columnae dextrae lineam uacuam reliquerit.

4) librarius quartus quaterniones scripsit quattuor uel, ut rectius dicam, tres (IX—XI = fol. 58—81) et dimidium (XII). quem dimidium quaternionem cum ne ipsum quidem totum posset explere, secundum eius folium exsecuit et in ultimae paginae (fol. 84ᵛ) columna dextra litteras quam maxime distraxit. incipit inde a 292_2 *egypti ita fecisse* desinitque uerbis 406_{21} *absit Christi re<mediis>.*

5) librarii quinti sunt folia 85—112 i. e. quaterniones tres et dimidius (XIII—XVI). cui quaternioni dimidio adiunxerat singulare quoddam folium, quod cum ea ipsa re, quia cum ceteris non cohaerebat, deperisset, saeculo XVII suppletum est folium chartaceum (fol. 113). itaque manus librarii quinti, quae incipit a uerbis 406_{21} *<re>mediis non egere,* hodie desinit uerbis 526_3 *iactorum seminum,* cum manus illius saeculi XVII sint uerba quae sequuntur 526_3 *radix per succedentes* usque ad 527_{22} *antecellat.*

6) librarius sextus scripsit duos quaterniones (XVII—XVIII = fol. 114—129) incipiens a uerbis 527_{22} *zelo autem* desinensque 600_2 titulo ep. 151 *Hormisda Iohanni episcopo Constantinopolitano.* ne huic quidem ea quae describenda acceperat sufficiebant ad duos illos quaterniones rite complendos; itaque

inde a fine ep. 146 post singulas epistulas singulas lineas uacuas reliquit indeque a fol. 128 spatio ita abusus est, ut in singulis uersibus non nisi singula uel bina uel terna scriberet uocabula.

7) librarius septimus uno quaternione (XIX = fol. 130—137) absoluto pauca, quae ei describenda restabant, et ipse in singulari quodam folio exarasse uidetur. quod cum eodem casu deperisset, quo uetus fol. 113, haec quoque lacuna saeculo XVII expleta est inserto folio chartaceo (fol. 138). pertinet igitur antiqui librarii scriptura inde ab inscriptione ep. 151 *Hormisda Ioanni episcopo Constantinopolitano* (600_2), quam post librarium sextum hic sui pensi initio repetiuit, usque ad 639_{11} *docentes de his quae* recensque illa saeculi XVII manus suppleuit uerba quae sequuntur usque ad finem ep. 184 *plurimum salutamus* (641_6).

8) librarius octauus unum scripsit quaternionem (XX = fol. 139—146) pertinetque eius scriptura inde ab initio ep. 185 *Suggestio Germani* 641_8 usque ad 676_6 *discipuli in synodo.* idem uacuos reliquit columnae dextrae fol. 146^v quattuor uersus ultimos.

9) qui agmen claudit, librarii noni sunt duo ultimi quaterniones (XXI—XXII = fol. 147—163) inde a uerbis 676_6 *Calcedonensi proposuerunt* usque ad finem collectionis.

Codicem, ex quo V descriptus est, et ipsum litteris minusculis scriptum fuisse exempli causa his mendis comprobatur: 130_{10} et 144_7 *uacum* pro *ut cum,* 164_{22} *sia* pro *sit,* quae corruptelae nos relegant ad litterae τ formam quandam resupinam ↗ litterae a simillimam; 231_{12} *uicanis* pro *uicariis,* 237_7 *amanam* pro *arrianam;* $357_{6\ 7}$ *seruentia . . seritas* pro *feruentia . . feritas,* 597_2 *seruescat* pro *feruescat.* in eodem archetypo singula uerba male inter se distincta fuisse etiam codicis V multae testantur lectiones, cf. ad 86_{31} 123_{17} 357_{10} 358_7 364_3 398_{18} 399_{18} 623_{29} 624_{25} 695_{16}. Abbreuiationes in codice V fere non nisi eae adhibitae sunt, quae illo tempore ubique erant usitatae, uelut ut de aliis taceam $\overline{prare}$ (= *praestare*), $\overline{dr}$ (= *dicitur*), $\overline{dd}$ (= *Dauid*), $\dot{h}$ (= *hoc*), $\overline{h}$ (= *haec*), $\overline{hc}$ (= *hunc*).

Codicem V quam diligentissime contuli annis 1889 et 1890.

2) α = Uatic. lat. 4961 membran. saec. XI ineuntis.

In folio praefixo manus saeculi 13 ut uidetur haec inscripsit: *Liber epistolarum super controuersia duorum* (sic!) *liberii et felicis. Incip Que gesta sunt* (*et alique epistole pontificum et alique inperatorum* addidit manus altera ipsa quoque fere saeculi 13). sequitur uetus numerus CLXXVIII. deinde manus saec. 16 exeuntis adposuit: *4961 Uat.* aliaque manus eiusdem fere aetatis: *Emptum ex libris Cardinalis Sirleti.* in eiusdem folii pagina auersa manus recentior adnotauit: *Apographum huius codicis extat in Cod. 4903* (*nec non cod. 3786* addit manus alia).

Codex ipse duabus columnis scriptus folia habet 109, e quibus folia 1—108 optinet collectio Auellana prorsus eadem forma, qua eam obfert Uaticanus V. praemisso enim eodem uersu, quem etiam V initio exhibet, *Continet hic codex relegens que creueris infra* inde a fol. 1 eadem incipit *Tabula epistolarum*, quam supra ex V totam descripsi. quam singulae sequuntur epistulae, quarum ultima, Epiphanii ad Diodorum, in folii 108ᵛ columna altera eodem modo atque in V desinit uerbis *quinquaginta duobus* idque ita, ut eiusdem columnae fere dimidia pars uacua relicta sit. in folio 109 manus aliqua ab eis, quae folia 1—108 exararunt, plane diuersa sed eis fere coaeua addidit fragmentum aliquod (= F) ad epistulas 103 et 104 collectionis nostrae pertinens, de quo infra p. XXXX sqq. explicatius dicam. in eiusdem folii 109 margine inferiore manus saeculi XIV inscripsit: *Iste liber est monasterii sancte Crucis fontis Auellane Eughubin dioc.*, quibus alia addidit: *hunc librum adquisiuit domnus Damianus S. †.*

Hic quoque codex ita scriptus est, ut archetypus eius inter plures homines describendus diuideretur:

1) librarius primus octo exarauit quaterniones, e quibus cum octauum totum non posset explere, ultimum eius folium exsecuit foliique paenultimi (63) columnae ultimae fere dimidiam partem uacuam reliquit. desiit autem in uerbis 473_{22}—

474_3 *EXPL DIONISIVS EXIGUVS ROME DE CRECO (!) CONVERTI;; EXEMPLAR GESTORVM DE ABSOLUTIONE MESENI FLAVIO VICTORE VIRO CLARISSIMO SUB TERCIO IDUUM MAIARUM IN BASI*[1]).

2) librarius secundus, qui scripsit quaternionem unum et duo folia (fol. 64—83), incipit eadem repetendo, in quibus desiit primus: *Dionisius exiguus Rome de greco conuerti. Exemplar gestorum* etc.; ultima, quae scripsit, sunt uerba tituli ep. 151: *Hormisda Ioanni episcopo Constantinopolitano.* folii 83^v columna dextra uacua relicta est.

3) librarius tertius scripsit quaterniones duos (fol. 84—99); incipit repetendo inscriptionem ep. 151: *Hormisda Ioanni episcopo Constantinopolitano* desinitque uerbis 704_{21} *colentes toto animo.*

4) librarius quartus incipiens inde a 704_{21} *odentes anathematizamus* scripsit ea quae restant fol. 100—108 i. e. quaternionem unum unumque folium. folii 108^v columnam dextram mansisse uacuam iam supra commemoraui.

De manibus recentioribus, quae codicem correxerunt, infra p. XXXIII sqq. dicturus sum. post Ewaldium, cuius schedas academia Uindobonensis mecum communicauit, ego ipse quoque totum codicem quam diligentissime excussi.

De aetate ac uirtutibus codicum V et α cum multi homines docti uerba fecerint, eorum sententiae hic breuiter uidentur repetendae esse.

Ac primum quidem omnes fere in eo consentiunt codicem α uetustiorem esse quam Uaticanum V. ueluti Ballerinii[2]), qui primi collectionem nostram adcuratius descripserunt, codicem V saeculo XII scriptum esse iudicantes codicem α omnium adpellauerunt celeberrimum et antiquissimum, qui quod olim fuit monasterii S. Crucis Fontis Auellanae, ipsi collectioni nomen indiderunt Auellanae. Cacciarius[3]), qui tacet de Uati-

[1]) sic! *LICA . B . PETRI* add. man. recentior.
[2]) Append. ad opera S. Leonis p. CLVIII
[3]) Leonis opp. II p. LXVI.

cano α, codicem V et ipse putat saeculo XII scriptum esse. Thielius[1]) codicem α uix saeculo X aut initio saeculi XI antiquiorem, Uaticanum autem V saeculo XI aut XII exaratum esse contendit. Krueger[2]) tacet de Uaticano V, codicem α saec. X uel XI scriptum putat. Peiper[3]), qui utrumque codicem adhibuit ad edendas duas epistulas, Auiti alteram, alteram Hormisdae, codicem α saeculo X, codicem V saeculo XII adtribuit. denique ipse Ewaldius[4]) Uaticanum V saeculo XII, Uaticanum α saeculo XI uindicandum esse censuit.

Haec illi de aetate codicum aliique similiter. sed plurimi eorum longius procedentes aut expressis uerbis Uaticanum V ex Uaticano α descriptum esse contenderunt uelut Fogginius[5]), Thielius, Peiper, aut quod idem ualet codicem α adpellauerunt unicum uelut G. B. de Rossi[6]); quin etiam Ewaldius probabile esse contendit V ex α descriptum esse. ceterum quod adfirmauerunt homines illi docti, id lectionibus codicum comprobare ne unus quidem adgressus est atque etiam Ewaldius, cuius schedas mihi concessas esse iam supra commemoraui, adquieuit in conferendo codice α codicisque V lectiones uix tribus uel quattuor epistulis adnotauit. factum nimirum etiam hic, quod fieri solet: sententia semel grauiter atque cum ui pronuntiata per longam seriem annorum propagatur neque fere quisquam in animum inducit, ut sitne uerum, cui omnes consentiunt, examinet[7]).

---

1) Epistolae Romanorum pontificum genuinae I, Brunsbergae 1868, Praefat. p. XXV sq.

2) Codex Iustinianus (Berol. 1877) p. 14.

3) Monum. Germ. Hist., Auct. antiquissimi VI², Prooem. p. X.

4) Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte V, Germanistische Abtheilung, p. 238; cf. Sybels Historische Zeitschrift N. F. IV p. 155.

5) S. Epiphani de XII gemmis liber ad Diodorum (Roma 1743) p. XVIII.

6) Bulletino di archeol. crist. 1871 p. 21.

7) Fridericus Maassen, qui unus post Ballerinios uberius de collectione nostra egit, cum nec codicem V nec α inspexisset, ipse de eis sententiam non protulit satisque habuit quae iudicassent alii breuiter adnotasse; cf. Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften LXXXV (1877) p. 29 et Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts I p. 787.

Et mihi quidem quid de aetate codicum statuendum uideatur, inferius exponam; praestare enim uidetur id quod de eis demonstraturus sum demonstrare palaeographiae primum quidem nulla ratione habita.

Inueteratam illam de ratione codicum V et α sententiam infregit Guilelmus Meyer Spirensis, qui in Indicibus scholarum Gottingensibus annorum 1888 et 1888/9 luculenter demonstrauit V ex α non posse descriptum esse. qui quae exposuit, eis hic paucos addam locos, quibus idem satis superque comprobatur, eos scilicet, ubi in α propter homoioteleuton uerba aliquot exciderunt, quae recte leguntur in V: 350_{17} *peruerse aut fideliter dubitare* V: om. α 352_{20} *permittatis imminui quae si turbentur, quod non credimus, aut minuantur in aliquo* V: om. α 364_{10} *sine baptismate remanere sed baptizatos sinant ad dexteram salutarem sacra [regenera] regeneratione* V: om. α 419_{16} *in uictoria ubi est mors* V: om. α 458_{14} *quae sunt pro uestra salute sublata sed quid dicitis uos ipsi qui Lupercalia* V: om. α 547_{28} *nonne oues pascunt pastores* V: om. α 768_{18} *exceptis quippe ruben et neptalim* V: om. α

Quod si idem Meyer codicem α utpote paucis nullius momenti lectionibus exceptis nihil boni ferentem, quod non et ipse haberet V, ex hoc codice descriptum esse coniecit, id quamquam aliquo modo fecit probabile, certo tamen ideo demonstrare non potuit, quia utriusque codicis nil nisi exiguam partem ipse habebat conlatam. immo etiam post ea, quae ille exposuit, suo iure ad eam aliquis peruenire potuit sententiam, ut utrumque codicem ex communi quodam archetypo putaret descriptum esse (cf. Petschenig, Neue philol. Rundschau VIII, 1888, n. 24). quae quidem sententia retineri non poterit consideratis eis, quae de duobus codicibus proferam.

Ac primum quidem singulae aliquot lectiones codicis α mirae atque obscurae illustrantur atque explicantur, si eas e scriptura codicis V exortas esse sumamus. uelut 79_4 V exhibet *ausu*, sed *a* inter scribendum ex ꝛ (= *ct*) correcta est: *ct usu* α. 432_5 *seminis Non haberet* V, sed huius codicis

librarius quintus litteram *N* uncialem ut solet etiam hic sic fere pinxit ɲ, ut litteris *ſi* aliquo modo similis sit: *seminis ſi on haberet α*. 465₇ *quam qui in hoc mundo*] uocabulum *quam* V sic ex *q* (= *qui*) correxit: *q*.; quo male intellecto is, qui hanc partem codicis α scripsit, exhibuit *nā qui in hoc mundo*. 546₁ *ipsa non quaerit*] negationem *non* V usitato modo reddidit per *n̄* sed *n* inter scribendum ex *u* correxit, unde effecta est litterarum quaedam coniunctio litterae *ā* non dissimilis: *ipsa ā quaerit α*. 706₂₁ *nestorian'* (= *nestorianus*) V sed littera *n'* uetusta atramenti macula ita obruta, ut fere agnosci nequeat: *nestoria* exhibet α relicto deinde duarum fere litterarum spatio.

Omissis aliis id genus exemplis transeundum uidetur ad aliud argumentum, quo et ipso codicem α ex V descriptum esse certo certius demonstratur. supra explicaui codicem α scriptum esse a compluribus: quod non ita factum esse, ut alius alii succederet, cum ea re patet, quod librarius primus in medio desiit uocabulo et secundus initio repetiuit aliqua ab illo iam in fine scripta, tum eo demonstratur, quod et primus et secundus librarius pensis suis perfectis seu maius seu minus spatium uacuum reliquerunt. qua quidem ex re sequitur archetypum codicis dissolutum singulasque eius partes adtributas fuisse singulis eodem tempore describendas. quae cum ita sint, eisdem uerbis, quibus in α desinunt librarius primus et secundus, in archetypo eius necesse est desiisse folia, uerisimile est desiisse quaterniones uel terniones siue quo alio modo codicis folia sumamus composita fuisse. quod quidem re uera cadit in codicem V: eisdem syllabis *IN BASI*, quibus desinit primus librarius codicis α (cf. supra p. XVIII), terminatur quaternio decimus quartus codicis V; eisdem uerbis *episcopo Constantinopolitano*, quae in α sunt ultima librarii secundi, desinit codicis V quaternio duodeuicesimus.[1])

---

[1]) Uerba *colentes toto animo*, quibus desinit codicis α librarius tertius, in V nec quaternionis nec folii nec paginae finem efficiunt. sequitur etiam ea, quae librarius quartus exarauit, adtributa fuisse librario tertio

Hucusque quae exposui cui nondum persuadent non posse codicem *α* ex V descriptum non esse, ei paucis uerbis tertium propono argumentum, quo certius esse omnino non potest. uidimus Uaticanum V exaratum esse a nouem librariis. ex quibus fere unusquisque quasdam habet scribendi proprietates ab octo reliquis alienas. quae proprietates cum in *α* ita recurrant, ut non nisi ad eas pertineant epistulas, quas in V singuli quique exarauerunt librarii, etiam hac re patet *α* ex V descriptum esse. adferam pauca. codicis librarius primus particulam *tamen* paulo inusitatius reddere solet compendio *tm̄*: idem compendium in *α* occurrit in eadem parte, quam ille in V exarauit, neque uero postea inuenitur. idem librarius primus syllabam *ius* fere semper pinxit compendio ł, cuius loco in *α* semper occurrit *is*,[1]) nisi quod perpaucis locis, ubi in V extat *cuł* uel *eł*, in *α* recte legitur *cuius* et *eius*. iam uero codicis V librarius secundus, qui incipit a uerbis 148, *ore sacrilego*, compendio illo numquam utitur neque inde ab eisdem uerbis in *α* deprehenditur syllaba *is* falso pro *ius* scripta. librarius quartus particulam *sed* scribit *ſt*, particulam *et* nota ⁊. utrumque non nisi in epistulis, quae illius sunt in V, occurrit etiam in *α*. solus librarius quintus uocabula *euangelium, euangelista* et quae sunt similia scribit per duplicem litteram *u*: *euuangelium, euuangelista* etc. solusque uerba *id est* exprimit compendio *id̄*: utrumque inuenitur in *α* sed hic quoque in eis tantum epistulis, quae in V sunt librarii quinti.

Plura id genus possum adferre sed iam nunc uereor ne fuerim longior in re iam nullis, sicut spero, dubitationibus subiecta. sane ego equidem raro euenire puto, ut codicem aliquem ex certo aliquo alio descriptum esse tot tamque certis

---

describenda sed huic duobus quaternionibus conscriptis nescio quam ob causam successisse alium quendam. ceterum librarium quartum pensum suum non simul cum ceteris adgressum esse sed accessisse foliis 84—99 iam confectis ueri quam simillimum iam eo efficitur, quod librarius tertius in ipso desinit fine paginae ne minimo quidem spatio uacuo relicto.

[1]) Nonnulla exempla contulit Meyer in programmatis prioris p. 6.

argumentis possit euinci quam quibus Uaticanum α comprobaui descriptum esse ex Uaticano V.

Sed iam pauca de aetate ac fatis utriusque libri addenda sunt. ex uerbis saeculo XIV ultimo folio codicis α inscriptis *hunc librum adquisiuit domnus Damianus S. †* elucet codicem in monasterium S. Crucis fontis Auellanae peruenisse dum est eius abbas Petrus Damianus, id est intra annum fere 1043 [1]) et annum 1058, quo Petrus factus est cardinalis [2]). ueri autem simillimum est codicem non multo ante scriptum esse, quam in monasterium illud deferretur; litterarum enim ductus esse potius saeculi XI ineuntis quam exeuntis saeculi X uidetur. itemque propter scripturae similitudinem quam maxime probabile est non multo ante codicem α scriptum esse Uaticanum V. quem qui attribuerunt saeculo XII, eos longe errasse ex sola ratione palaeographica hodie unumquemque puto mecum iudicaturum, qui postquam paulo maiorem numerum codicum Latinorum saec. X XI XII inspexit, ad illum accedet. et mihi quidem etiam antea quam scirem α ex V descriptum esse uterque codex saeculo XI exaratus uidebatur. qua quidem in re adsentientes habeo duos homines artis palaeographicae inter paucos peritos, Guilelmum Meyerum, qui iam anno 1874 ad eandem sententiam peruenit [3]), et Augustum Mau, quem ex ratione palaeographica Meyeri coniecturae, scilicet α ex V descriptum esse, nihil obstare ipsi Meyero adfirmasse scio. Uaticanus autem V quod ueloci eum oculo percurrentibus plerisque recentior uisus est quam nos statuimus, id sine dubio eo factum est, quod a pluribus librariis eisque ut uidetur et senioribus et iunioribus scriptus est. qua quidem re efficitur, ut (id quod et ipsum iam Augustus Mau pronuntiauit) duo ultimi eius quaterniones aliquanto uetustiores uideantur quam omnes qui praecedunt. sed etiam uetustiores uideri quaterniones illos quam unamquamqae partem codicis α idem Mau praefracte contendit.

[1]) cf. A. Capecelatro, Storia di S. Pier Damiano (Firenze 1862) p. 61.

[2]) cf. Capecelatro l. c. p. 254.

[3]) cf. Index lect. Gotting. 1888 p. 6.

Itaque quin Uaticanus V saeculo XII uetustior sit, etiam ex sola ratione palaeographica mihi quidem dubium non uidetur. quem qui exeunti quam ineunti saeculo XI uindicare malint, eos uelim in memoriam sibi reuocare ut satis facile esse codicem Latinum saec. XI distinguere a codice et saeculi X ineuntis et saeculi XII, ita ad diiudicandum difficillimum, utrum codex aliqui ineunte an exeunte saeculo XI scriptus sit. qua quidem in re si ei, qui palaeographiae operam dant, etiam hodie saepissime in tenebris errant, eo magis gaudendum est, si ratione duorum codicum ad idem fere tempus pertinentium ex aliis quam palaeographicis causis constituta nouum hinc eis idque solidum adsurgit fundamentum, in quo disciplinam suam possint extruere.

Itaque, ut repetam quid sentiam, Uaticanus V initio saeculi XI exaratus uidetur et non ita multis annis post ex eo descriptus est codex α. ac de fatis quidem Uaticani V nihil compertum habeo: Auellanum α constare uidetur per quadringentos fere annos in monasterio illo mansisse, cui eum Petrus Damianus adquisiuerat. neque enim est, cur fidem derogemus Henrico Norisio adseueranti a religiosis uiris monasterii S. Crucis Fontis Auellanae donatum eum esse Marcello II papae, cum Eugubinam antea administraret ecclesiam.[1] postea codicem in manus uenisse Guilelmi

[1] cf. H. Norisius, De uno ex trinitate passo = Operum tom. III (Ueronae 1729) col. 868. Ballerinii (l. c. p. CLIX) codicem α olim Marcelli II fuisse colligunt 'ex notatiuncula, quae ipsius manu scripta est in pagina secunda eiusdem codicis, in quam notationem ibidem minutiori caractere haec adnotata fuerunt: *Illa uerba fuerunt addita a Marcello II cum esset adhuc Presbyter Cardinalis Romanus*'. sed errauerunt fratres doctissimi. primum enim notatiuncula illa, quam dicunt, uerba scilicet *Quae uera sunt uenerans lector quae in detractionem romani pontificis et in defensionem hereticorum inueneris caue* post titulum ep. 1 addita, extat iam in Uaticano V a prima manu scripta et in codice α suppleta est non a Marcello sed a manu quadam saeculi XI (α^{v}), quam permultos codicis α locos ex Uaticano V correxisse infra demonstrabo. deinde adnotatiuncula illa a Balleriniis non prorsus adcurate

Sirleti cardinalis et Marcello II et Pio IV successori eius familiarissimi docemur uerbis *Emptum ex libris Cardinalis Sirleti*, quae exeunte saeculo 16 folio praefixo inscripta esse dixi. ueri autem simillimum est in bibliothecam Uaticanam eum perlatum esse non ante mortem Sirleti itaque intra annos 1585 et 1591, quo anno studio Antonii cardinalis Carafae ex hoc 'uetusto codice Uaticano' plurimas collectionis nostrae epistulas editas esse infra uidebimus.

Eorum, quae hucusque exposui, summa ea est, in edenda collectione nostra Uaticani α utpote ex V descripti rationem habendam esse nullam.[1]) sed inueniuntur in eo non paucae eaeque diuersarum et manuum et aetatum correctiones. de quibus priusquam uerba faciam, ex re erit breuiter recensere ceteros collectionis nostrae codices, quos omnes aetatis esse multo recentioris iam supra commemoraui.

3) Marc. Uenet. Iur. canon. 13 (lat. 171) chartac. absolutus anno 1469.

Incipit eodem modo atque Vα uerbis *Continet hic codex* etc. desinitque uerbis *quinquaginta duobus* Epiphanii ad Diodorum epistulae. fragmentum F, quod dixi ab alia manu scriptum in

---

descripta *Illa uerba fuerunt addita a papa Marcello 2º cum esset adhuc presbyter cardinalis ecclesiae Romanae* non in α inuenitur sed in Uaticano 5617, unde transiit in codicem Angelicanum 292 ipsum Balleriniis notum. quam qui Uaticano 5617 adscripsit ut eum quoque errasse in propatulo est, ita causa erroris manifesta: sciebat nimirum Auellanum α olim fuisse Marcelli II papae, in quo codice cum uerba illa *Quae uera sunt* etc. a manu posteriore addita uideret, ab ipso codicis possessore coniciebat adscripta esse.

[1]) Codices V et α quamquam, quod uniuersum adtinet, inter se simillimi sunt, tamen non paucis locis α lectionem deprauauit. praesertim in ultimis eius partibus semel atque iterum singulorum uerborum ordinem mutauit, id quod ideo uno uerbo moneo, ne quis forte miretur, si meam editionem cum Carafae uel Thielii conferens multa uerba transposita inueniat. Codicem α hic illic aliquid rectius habere quam V ut certum est, ita non mirum; sunt enim, ut ex adparatu meo unusquisque ipse facile uidebit, omnes ei loci ita comparati, ut uel stultissimus librarius eos paene necessario debuerit corrigere.

fine codicis α extare, a codice abest, in cuius fine leguntur haec: *Iste liber fuit scriptus in domo et de mandato R^{mi} in Christo patris et domini domini Bessarionis diuina miseratione episcopi Sabinensis sacrosancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis Niceni ac patriarche Constantinopolitani. Expletus ultima die mensis febroarii Anno domini MCCCCLXIX pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli diuina prouidentia pape secundi anno quinto.* in folio primo codex habet insignia Bessarionis, in folii praefixi parte auersa haec uerba manu aliqua saeculi 16 scripta: *1582 24 di febraro. Epistolę pontificum et imperatorum de diuersis rebus et gesta inter Liberium* <*et*>[1]) *Felicem episcopos. munus cl^{mi} d. jacobi Contareni.*

Codicem hunc ex Uaticano V descriptum esse non recte contenderunt Ballerinii[2]); immo originem duxit aut ex ipso codice α aut, id quod ueri uidetur similius, ex aliquo eius apographo. ueluti et ipse cum α contra V exhibet 8_{22} *aduersum,* 11_{21} *exemplo illo*, 21_{13} *fidelibus*, 24_{21} *correptio* itemque cum α contra V omittit inscriptiones epp. 38 et 39, 90_{22} *semper,* 345_{36} *uestram et custodientes statum et unitatem*, 458_{14} *quae sunt pro uestra salute sublata sed quid dicitis uos ipsi qui Lupercalia.*

4) Marc. Uenet. Iur. canon. 14 (lat. 172) chartac. saec. 16.

In folio primo legitur: *Hic liber continet Epistolas Pontificum et Imperatorum de diuersis rebus Et gesta inter Liberium et Faelicem episcopos. Bibliotecae Sereniss. Reipubl. Uenetae Iacobi Contareni Senatoris Munus.* descriptus est ex Marciano 171, quem tam fideliter reddit, ut ne subscriptionem quidem eius: *Iste liber fuit scriptus in domo . . anno quinto* in fine omittat.

---

1) *et* hodie propter chartam perforatam abest.

2) De antiq. collect. canonum (= Leonis opp. III) p. CLVIII.

5) Uatican. 3786 chartac. saec. 16.

Etiam hic codex iam Balleriniis notus erat. in primo eius folio alia manus inscripsit: *Aliud exemplar prorsus simile extat in hac bibliotheca n.° 4903, Autographum uero num° 4961 et 3787.* praecedit collectioni idem index, qui est in V et α, in quo ultimum locum obtinet: *Epiphanius de lapidibus ad Diodorum episcopum.* quibus uerbis eadem manus, quae illa in folio 1 adnotauit, adiunxit: *deest in hoc codice sed reperitur in alio simili codice n. 4903.* reuera Epiphanii epistula in corpore collectionis omissa est. fragmentum F in codice non inuenitur.[1]) cuius quicumque uel paucas paginas contulerit, statim uidebit descriptum eum esse ex codice V,[2]) quocum omnes fere corruptelas habet communes. ex archetypo autem codicis V uel codice aliquo eius gemello ideo descriptus esse non potest, quod in ep. 119, ubi in V antiquo folio deperdito hiare lacunam diximus a manu recentiore suppletam, Uatic. 3786 concordat non cum codice α ex V descripto, antequam folium illud periret, sed cum eis, quae addidit in V folio chartaceo inserto manus illa recentior; cf. 526_{22} *ephesi* α, *Ephesi* et recens illa manus codicis V et Uatic. 3786.

6) o = Ottobonianus 1105 chartaceus saec. 16.

Notitiam huius codicis eis, qui ante me de Auellana egerunt, ignoti debeo Ludouico Bethmanno (Archiv der Ges. für ältere deutsche Geschichtskunde XII p. 365). in primo eius folio recentior manus inscripsit: *Ex codicibus Illustrissimi et Excellentissimi Domini Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps.* post fragmentum Epiphanii ad Diodorum epistulae (ep. 244) in eo idem inuenitur fragmentum F epp. 103 et 104, quod

---

[1]) Errauit Ewaldius, Historische Zeitschrift N. F. IV p. 155.

[2]) Non ex codice α, ut contendit idem Ewaldius l. c. et Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte V p. 238; cf. e. gr. 8_{22} *aduersus* V Uatic. 3786: *aduersum* α; 10_{2} *enim et* V Uatic. 3786: *enim* α; 11_{21} *illo exemplo* V Uatic. 3786: *exemplo illo* α; 22_{8} *uexationem* V Uatic. 3786: *uexatione* α; 22_{24} *iudicandi* V Uatic. 3786: *uindicandi* α; 24_{21} *correctio* V Uatic. 3786: *correptio* α; 90_{22} *semper* V Uatic. 3786: om. α

supra dixi extare in ultimo folio codicis *α* ab alia manu scriptum. deinde legitur haec subscriptio: *Hunc librum acquisiuit domnus Damianus s. †. Iste liber est ab originali quem habet monasterium sanctae crucis fontis Auellanae Eughubinae diocesis de uerbo ad uerbum fideliter rescriptus*, cui alia ut uidetur manus addidit haec: *Anno domini nostri Iesu Christi MDL.* in fine totius codicis extat index rerum alphabetico ordine dispositus.

Iam ex eis, quae modo adtuli, satis elucet Ottobonianum *o* originem duxisse ex codice *α*. quod idem euadit singulis comparatis lectionibus, quarum ex ingenti numero, ne sim molestus, eas exscribam duas, quae mihi schedulas meas euoluenti primae forte occurrunt: 352_{24} *beati apostoli* V, *beati petri* (i. e. uocabulam *petri* subducta linea deletum) *apostoli α*, *beati petri apostoli o* 600_{2} post inscriptionem ep. 151 *Hormisda Ioanni episcopo Constantinopolitano* in codice *o* una pagina uacua relicta ac deinde inscriptio illa iterum repetita est; cf. quae p. XVIII de codice *α* exposui.

Neque tamen *o* ex ipso *α* descriptus est sed ex aliquo apographo eius nunc deperdito. demonstratur hoc exempli causa uerbis quae extant 619_{18}, ubi cum V et *α* exhibeant *nos et contra respondimus* uocabulo *et* ex *c* deprauato, in *o* legitur *nos et contra caetera respondimus*, ex qua lectione apparet in archetypo codicis uocabulo *contra* suprascripsisse nescio quem ut coniecturam uocabulum *caetera* iam errore eius, qui codicem *o* exarauit, simul cum *contra* in uerborum ordinem receptum. uel ut alium locum addam, 303_{22} sqq. in V*α* legitur *quomodo autem fieri potest ut in quo Christus loquitur dei habere dubitetur?*, ubi ante uel post *dei* excidisse uocabulum *spiritum* ex eis euadit quae uerbis illis praecedunt. iam uero in *o* extat *ut in quo Christus loquitur dei spiritus habere dubitetur;* quod cum sensu omnino careat, manifestum est in archetypo quidem codicis recte *spiritum* additum fuisse, id autem in ipso *o* male abiisse in *spiritus*. quae cum ita sint, in aperto est subscriptionis supra adlatae ne eam quidem partem, quae est: *Iste liber est ab originali quem habet monasterium sanctae crucis*

fontis Auellanae Eughubinae diocesis de uerbo ad uerbum fideliter rescriptus, ad ipsum pertinere Ottobonianum o sed ab eo, qui hunc exarauit, ex eius archetypo descriptum esse.

Eis, quae exposui, demonstratum est codicem o ad recensendam Auellanam nullius esse momenti. a quo priusquam discedamus, dicendum est de duabus manibus principali scriptura non multo recentioribus, quae codicem correxerunt. ac primum quidem ipso saeculo XVI nescio quis pallidiore usus atramento cum ipsis codicis uerbis tum margini sexcentis locis adscripsit lectiones, quas eum non ex alio quodam libro manu scripto desumpsisse sed sua adsecutum esse coniectura non solum eo comprobatur, quod lectiones illae permultis locis falsissimae certissimisque coniecturarum signis notatae sunt, sed etiam eo, quod qui eas adscripsit, fere semper eis adposuit litteram *p*, i. e. *puto*. ceterum grammaticus ille, quisquis fuit, certe non caruit ingenio, neque enim negari potest eum multis locis inque eis compluribus satis graui corruptela deprauatis rectam adhibuisse medelam. Ab hac manu facile plerumque discernitur alia manus eaque robustior, quae cum et ipsa aliquos locos ex coniectura correxerit, tum non pauca adscripsit, quae desumpsit ex codice V, cf. exempli gratia: 28_6 *faceret* V et o corr.: *facit et* α o 547_{28} *nonne oues pascunt pastores* V et o corr. om. α o 768_{18} *exceptis quippe ruben et neptalim* V et o corr.: om. α o. post epist. 140 in codice α manus saeculi XIV addidit uerba *Incipiunt epistole Iustini imperatoris ad Hormisdam et Hormisde ad Iustinum*; quae cum etiam in Ottobonianum o transiissent, ea manus, de qua nunc agimus, adposuit *uacat*, scilicet ut significaret a V uerba illa abesse. adscripsit autem haec manus lectiones codicis V nonnumquam etiam eis locis, ubi V mendum contraxit sed uera lectio ab o iam restituta erat, uelut 19_{19} *execrabilis* V α et o corr.: *execrabiles* recte o; 23_{17} *exilio* V α et o corr.: *exilium* recte o. Accedunt correctiones quaedam alicuius tertiae manus (et fortasse etiam quartae), quam ab ea, quam secundo loco commemoraui, plerumque

haud facili opera dignoscas. quae quas adscripsit lectiones, et ipsae coniecturarum speciem quam apertissime prae se ferunt etiamque eis plerumque littera *p* addita est.

Quae cum ita esse intellexissem, operae pretium non duxi tres uel quattuor illas manus diuturno difficilique labore inter se distinguere satisque habui omnium manuum recentiorum coniecturas codici o adscriptas in adparatu meo adnotasse adiecta littera o^2.

7) p = Uatic. lat. 5617 chart. saec. 16.

Continet collectionem Auellanam sed epistularum aliae transpositae, aliae omissae sunt; hic enim earum occurrit ordo: epp. 42—44, initium ep. 41 usque ad uerba 92_7 *suscepimus animo*, epp. 45—50, 51—72, 94—243, prooemium ep. 244 usque ad uerba 745_{23} *locaque dicemus*, 84—93, 1—2, 30—41.

Exarauerunt hanc codicis partem manus duae: una scripsit epp. 51—72 et 94—243, altera et ea, quae epistulae 51 praecedunt (epp. 42—44, initium ep. 41, epp. 45—50), et ea, quae epistulam 243 secuntur (prooemium ep. 244, epp. 84—93, 1—2, 30—41).

Auellanam excipit primum scripta ab ea manu, quae Auellanae exarauit partem mediam, donatio Gregorii Magni '*Quotiens laudis uestrae*' [1]), deinde scriptum a manu aliqua a duabus illis, de quibus dixi, plane diuersa breue Clementis IV [2]) ad Petrum Grossum '*Multis de nostra promotione*' [3]),

[1]) = Marini, papiri diplomatici p. 137. ubi quae legitur subscriptio Falconii scriniarii s. Romanae sedis, ea etiam in Uaticano extat.

[2]) Inter donationem Gregorii et breue Clementis recentiore tempore insertum est folium formae minoris continens Gregorii I epistulam ad Maximum abbatem '*Conuersionis meae primordia*' (= Registr. ed. Ewald I 14a). hoc folium uetere signatione caret.

[3]) Potthast 19051 = Martène, thesaur. anecdot. II 110 n. 21. Uaticanus noster hanc exhibet subscriptionem: *Hanc epistolam sanctissimus papa Clemens IV . . misit cuidam nepoti suo, quam scriptam comperies in quodam libro sacristiae monasterii praedicatorum Barchinonensium fol.° 240 estque ligatus cum cathena, reconditus intra a^r^marium* (*r* add. man. rec.) *uulgo dictum dels missals*.

denique notata quaedam breuissima ad res spectantia diuersas.

Quod Auellanam adtinet, apographum epp. 42—44, 41, 45—50 ceterarum epistularum apographo iam ad finem perducto praefixum esse inde apparet, quod antiquior quaedam foliorum signatio incipit ab ep. 51 pertinetque usque ad finem codicis (fol. 1—252). cui corpori posteaquam praeposita sunt 14 folia, quae continent epistulas illas 42—44, 41, 45—50 a manu illa altera scriptas, uetus signatio locum dedit recentiori inde ab initio totius libri usque ad finem porrigenti (fol. 1—263).

Codicem ρ pertinere ad propaginem codicis α, ubi primum paucarum epistularum lectiones adcuratius examinaueris, statim elucet; cf. exempli causa: 618_{26} *congregatis episcopis* V: *episcopis congregatis* αρ 645_{17} *memoriam facere* V: *facere memoriam* αρ 677_{8} *religionis homines* V: *homines religionis* αρ; originem eum duxisse ex Ottoboniano ο eo demonstratur, quod permultas earum coniecturarum, quas codici ο recentiores manus adsperserunt, in codice ρ aut in uerborum ordinem receptas aut eodem modo atque in ο uel margini uel ipsis uerbis a prima manu adscriptas inuenis. uelut ρ, ut duo exempla adferam pro sexcentis, 348_{8} *permittitis* et *hanc* in ipso textu, 403_{1} et $_{2}$ *scripturarum p(uto)* et *est temere p(uto)* a prima manu scripta in margine exhibet.

Nobis codex ρ ob unum id nonnullius momenti est, quod idem homo, quem supra dixi exarasse epp. 51—72 et 94—243, non solum his ipsis epistulis sed etiam eis, quae ab illa altera manu absolutae sunt, multas adscripsit uarias lectiones quas ab eo per coniecturam inuentas esse testatur littera *p.* (= *puto*) etiam hic paene omnibus adposita. quae coniecturae quamquam ex magna parte temerae sunt, tamen multis locis inque eis nonnullis satis graui corruptela turbatis ueram medelam adtulerunt.

Quae cum ita sint, litteram ρ eis adponam lectionibus haud ita multis, quas duo illi librarii, qui codicem exarauerunt, statim in ipso eo describendo emendauerunt; littera uero ρ^2

et eas significabo coniecturas, quas toti libro peracto adspersit is, qui ipse mediam eius partem exarauerat, et eas quam paucissimas, quas aliis temporibus aliae manus hic illic codici adscripserunt.

8) Angelicanus 292 (olim C. 6. 18) chartac. saec. 16/17.

Descriptus est codex iam Balleriniis non ignotus[1]) ex Uaticano ρ eo tempore, quo ille initio nondum habebat fol. 1—14 (= epp. 42—44, fragmentum ep. 41, epp. 45—50)[2]); exhibet enim nonnisi hasce hoc ordine epistulas: 51—72, 94—243, fragmentum ep. 244, 84—93, 1—2, 30—41. epistulam 41 eodem modo atque in ρ excipiunt Donatio Gregorii I et Breue Clementis IV ad Petr. Grossum. locos qui in ρ relicti erant deprauati, is, qui codicem Angelicanum exarauit, de suo emendauit perpaucos.

9) Uatic. lat. 4903 chartac. saec. 16.

Codex et ipse Balleriniis notus post Epiphanii ad Diodorum epistulam exhibet fragmentum F. in fol. 2 manus saec. 17 adnotauit: *Aliud exemplar prorsus simile extat in hac bibliotheca n°. 3786*, quibus alia manus addidit haec: *Autographum uero huius codicis habes n. 4961.* quae ultima falsa sunt; descriptum enim esse Uatic. 4903 ex Ottoboniano o non modo inde sequitur, quod in fine exhibet et eandem subscriptionem *Hunc librum acquisiuit dominus Damianus s. †. Iste liber est ab originali quod habet monasterium sanctę crucis Fontis Auellanę eughubinę diocesis de uerbo ad uerbum fideliter rescriptus. Anno domini nostri iesu christi MDL* et eundem indicem rerum, quae in o extant, sed etiam inde, quod plerasque eas lectiones uarias, quae codici o adsperserunt eae manus, quas littera o^2 significaui, Uaticanus 4903 in ordinem uerborum recepit; cf. exempli causa 162_7 *creuisti* o: *curauisti* o^2 Uatic.

[1]) cf. Leonis opp. III p. CLVIII. nuper codicem descripsit Henricus Narducci (Catal. codd. manuscript... in biblioth. Angelica olim coenobii S. Augustini de urbe, I, 1893, p. 156 sqq.), quem tamen fugit continere eum collectionem Auellanam quamuis aliquo modo turbatam.

[2]) cf. supra p. XXXI.

4903 164_9 *par esse* o: *parem te* o² Uatic. 4903 164_{11} *sed iam* o: *sed etiam* o² Uatic. 4903 164_{12} *uenerabilium* o: *uenerabiles* o² Uatic. 4903 333_7 *postea* o: *praeterea* o² Uatic. 4903 333_{10} *inuicta* o: *iniuncta* o² Uatic. 4903.

10) Corsinianus 817 chartac. saec. 16/17.

In primo folio manus alia inscripsit: *Cod. 817 De Gestis Romanorum pontificum ab anno salutis CCCLII usque ad annum DXXIII Monumenta Uaria Et epistolae Quarum elenchum uersa pagina exhibet. Ex cod. Uaticano 4961 diligentissime transcriptus.* codicem et Balleriniis (Leonis opp. III p. CLVIII) et Fogginio (Epiphani de XII gemmis liber p. XVIII) notum re uera redire ad codicem α ea re demonstratur, quod in fine et ipse exhibet fragmentum F. uidetur autem non ex apographo quodam codicis α sed ex hoc ipso descriptus esse.

11) Escorial. ç II 21 chartac. saec. 17.

Hunc codicem, quem unum ipse non uidi, descripsit P. Ewald, Neues Archiv d. Gesellsch. für ältere deutsche Geschichtskunde VI (1881) p. 335. in fine collectionis exhibet fragmentum F, qua quidem re demonstratur eum descriptum esse aut ex ipso codice α aut ex aliquo eius apographo.

Haec quidem de codicibus aetatis recentioris. uidimus eos omnes pendere aut ex ipso codice V aut ex apographo eius α itaque prorsus abiciendos, nisi quod in codicibus o et ρ recentiores manus aliqua ex coniectura emendarunt. iam uero necesse est parumper redeamus ad codicem Auellanum α, quem super diximus complurium manuum correctiones expertum esse, et inquiramus sitne his correctionibus proprii aliquid momenti tribuendum.

Ac primum quidem codicem α permultis locis correxit manus aliqua et ipsa ut uidetur saeculi XI quamque minuto scripturae charactere pallidoque colore atramenti facile dignoscas. significabo eam hic littera α^v. quae manus quos locos

codicis α deprauatos correxit, ei ad unum omnes recte leguntur in V. uelut plurimis locis suppleuit aut titulos aut subscriptiones epistularum in α aut tota aut ex parte omissa sed in V extantia, cf. exempli gratia: 47_{25} *Gratulatoria de ordinatione papę Syrii* $V\alpha^{v}$: om. α 48_{8} *Data VI. Kł Mar̄ Mediolani* $V\alpha^{v}$: om. α 48_{10} *Ubi Ursinus et qui cum eo sunt ab exilio relaxantur* $V\alpha^{v}$: om. α 49_{2} *Ubi redditur basilica Sicinini* $V\alpha^{v}$: om. α 49_{19} *De expellendis sociis Ursini extra Romam* (*roman* α^{v}) $V\alpha^{v}$: om. α 50_{6} *Data pridie Idus Ianuar. Triu. AA. conss.* $V\alpha^{v}$: om. α 54_{15} *De rebaptizatoribus* $V\alpha^{v}$: om. α 59_{1} *De his quae inter* usque ad $_{6}$ *constitutum* $V\alpha^{v}$: om. α 60_{18} *Data IIII. Kł. Ianuarias* $V\alpha^{v}$: om. α 97_{17} *Dilectissimo fratri Iohanni* $V\alpha^{v}$: om. α 98_{19} *Dilectissimo fratri Aurelio* $V\alpha^{v}$: om. α 117_{5} *Leo episcopus Leoni Aug.* (*Aur.* α^{v}) $V\alpha^{v}$: om. α 120_{5} *Dat. XV. Kalendarum Iul. Magno et Apollonio* (*pollonio* α^{v}) *css. Per Filoxenum agentem in rebus* $V\alpha^{v}$: om. α 133_{3} *Dat.* $Q\overline{V}$ ($R\overline{V}\alpha^{v}$) *Id. Ian. consul.* $V\alpha^{v}$: om. α quorum exemplorum numerus multo potest augeri. sed etiam in ipso epistularum tenore α^{v} multa ita correxit, ut restitueret lectionem codicis V, cf. 1_{16} *firmarunt* $V\alpha^{v}$: *firmauerunt* α 4_{1} *agatur* $V\alpha^{v}$: *agitur* α 16_{28} *liberentur* $V\alpha^{v}$: *libent̄* α 21_{2} *praeiudicare* $V\alpha^{v}$: *praedicare* α 22_{5} *quia tantus* $V\alpha^{v}$: *quantus* α^{v} 115_{3} *inuiolabilis* $V\alpha^{v}$: *inuiolabis* α 178_{16} *subsistentias* $V\alpha^{v}$: *substancias* α 178_{17} *subsistentiam* $V\alpha^{v}$: *substanciam* α 224_{2} *sectatorum* $V\alpha^{v}$: *sectarum* α 248_{30} *inducatur* $V\alpha^{v}$: *indicatur* α 273_{9} *additur* $V\alpha^{v}$: *addicitur* α 600_{6} *concedere* $V\alpha^{v}$: *condere* α 631_{7} *uobis* $V\alpha^{v}$: *nobis* α 685_{21} *praeter* $V\alpha^{v}$: om. α 686_{18} *introducere* $V\alpha^{v}$: *introcere* α 691_{15} *sic* $V\alpha^{v}$: *si* α 691_{21} *iubentur* $V\alpha^{v}$: *iubetur* α 713_{26} sq. *Esaias misericordia . . ut supra* $V\alpha^{v}$: om. α. etiam hic pauca exempla adtuli pro sexcentis. lectiones autem, quas littera α^{v} significaui, re uera ex ipso V in codicem α translatas esse cum ideo uerisimillimum est, quod nulla earum in V non reperitur, tum certum fit comparatis hisce locis: 2_{23} *episcopum*] V man. 1 *ep̄sć* correxit ex *ep̄c̄c̄*, α usitatiore compendio adhibito scripsit *ep̄m*, id quod in *ep̄sć*

mutauit α^v. 8_{19} *haeo mors* V leui corruptela pro *haec mors*; corruptelam intellexit is qui scripsit codicem α restituitque *h̄ mors*, iam uero α^v litterae *h̄* superscripsit litteras *eo*. 53_{12} V uerba subscriptionis *uale ampeli k(arissime) a(tque) a(mantissime)* sic pinxit, ut littera *K* litterae *R* ualde sit similis: α subscriptionem omisit, α^v inseruit *ualeampeli R̄ aā*. 82_{16} *CARTAG* V idque ita, ut littera *G* simillima sit litterae *A*: α^v addens titulum ab α omissum re uera addidit *cartaā*.

Praeter eam manum, de qua modo dixi, aliae codicem α correxerunt inprimis tres. ex quibus una (α^2), quam esse saeculi fere XIV uel XV putauerim, soli epistulae 105 paucas lectiones adscripsit. quas lectiones si non omnes, certe ex parte haustas esse ex codice aliquo manuscripto eo ipso apparet, quod duobus locis adnotantur praemisso uerbo *alias* (*als*), cf. 495_4 et $_{13}$. a codice V eiusque propagine lectiones illae omnino distant neque de fonte, ex quo fluxerint, quidquam dici potest.

Uenimus ad manus correctrices α^3 et α^4. e quibus illa principalem codicis scripturam satis accurate imitatur, ut ab ea saepe uix possit discerni; haec nigriore atramenti colore plerumque facile cognoscitur. utraque manus uerba codicis innumeris locis correxit, α^4 haud raro etiam interpunctionem addidit. iam quod adtinet uirtutem illarum correctionum, neque α^3 neque α^4 quidquam praebent, quod redoleat pretiosam traditionem ueteris alicuius codicis deperditi; uelut, ut unum adferam, nulla lacunarum, quibus uerborum tenorem in Uaticano V saepius turbatum esse nemo non uidet, correctionibus istis expleta est. immo quae mutauerunt α^3 et α^4, si recte mutauerunt, ita comparata sunt, ut unusquisque emendationem ex coniectura facillime posset inuenire. ex altera uero parte non desunt loci, ubi uerba ab α^3 seu α^4 nouata merae deberi coniecturae ea ipsa re adprobatur, quod temere nouata sunt. cf. exempli causa 308_4 *orthodoxo sensū* Vα: *orthodoxum sensum* α^3; id quod uerum est *orthodoxo sensu* restituit o^2 309_{25} *causas eius de sancti synod*$\overset{\text{i}}{\text{o}}$ (pro *causas eiusdem sanctae synodo*

odi) V: *causas eius de sancta synodo* α^3 184_{21} *secundum canones* recte V, *secundum canone* leui corruptela α: *secundo canone* α^4 198_{11} *praeceptores uitatis* (pro *nouitatis*, cf. uerba originalia Graeca καθηγησαμένους ἐν καινοτομίαις) Vα: *praeceptores ueritatis* α^4 (et o) 340_4 sqq. *sequacem horum factum nec non et participationē* Vα: *participatorem* correxit α^4; scribendum esse *nec non* <*et perseuerantes in eorum communione*> *et participatione* docet locus geminus 342_6 sqq. 371_{12} *cunctos qui ul* (pro *ul* = *uel*) Vα: *cunctos qui ultra* α^4 441_{12} *Theodosium principis expetiuit* Vα: *Theodosium principem* correxit α^4, ueram lectionem *Theodosi*<*i praesidi*>*um principis* seruauerunt ei codices, qui praeter Auellanam epistulam illam exhibent.

Sufficiant haec exempla ad demonstrandum correctionibus ab α^3 et α^4 codici Auellano inlatis proprii nihil inesse momenti. sed longius posse progredi multi docent loci, e quibus paucos hic proponam:

24_{14} *episcopatum* αo: *episcopatu* α^3 27_4 *ecclesia* αo: *ecclesiam* α^3 71_{16} *dignum* αo: *dignus* Vα^3o^2 142_4 *catholicum* αo: *catholicam* α^3o^2 198_{21} *propaternos* αo: *propter nos* α^3o^2 202_2 *uulnerat* αo: *uulneras* α^3o^2 233_7 *amanam* αo: *arrianam* α^3o^2 332_{13} *disciplini et* α: *disciplinae* α^3, *disciplinis et* o 400_{25} *colere* αo: *colore* α^3o^2 457_{23} *pestilentia* α: *pestilentias* α^3, *pestilentiam* o 460_{12} *turbinis* αo: *turbinibus* α^3, *turbine* o^2

123_{18} *obolenda* αo: *abolenda* α^4p 123_{28} *nulla* αo: *nullae* α^4p 136_{25} *impietas* αo: *pietas* α^4 202_{13} *eū tychianis tante* αo: *eutychianistam te* α^4o^2 333_{26} *plenissimas* αo: *plenissimos* α^4o^2 427_{17} *proficiendo* αo: *pro faciendo* α^4p^2, *profitendo* o^2 438_3 *nobis* αo: *nouis* α^4o^2 467_{21} *demonibus* α, *daemonibus* o: *de moribus* α^4.

Ex quibus lectionibus, quibus sicut dixi facili opera sexcentas addideris alias, id quam certissime euadere uidetur, correctiones α^3 et α^4 codici α demum adspersas esse, postquam ex eo descriptus est Ottobonianus o uel potius is codex, cuius Ottobonianus apographum est. quod si concedamus, sicuti

concedere necesse est, fieri non potest, quin correctiones illae uel certe maxima pars earum codici α adscriptae sint ex codice aliquo ad propaginem pertinente ipsius codicis Ottoboniani. innumerae enim lectiones communes sunt et manibus correctricibus α^3 siue α^4 et scripturae aut Ottoboniani seu non correcti (o) seu correcti (o^2) aut etiam correcti Uaticani 5617 (p^2) ex Ottoboniano descripti. uix autem casu fieri potuit, ut exempli causa 198_{21} et α^3 et o^2 ex sua uterque coniectura pro eo quod falso legebatur in α o *propaternos* rescriberent *propter nos;* uel ut aliud exemplum adferam, si statuerimus archetypum Ottoboniani ex Uaticano α descriptum esse manu α^4 nondum correcto atque uideamus pro eo quod 534_6 legitur in V *mentis perturbatione mouerunt* et primam manum Ottoboniani et in rasura manum correctricem α^4 exhibere *mentes perturbatione uestras deuotas esse,* elucet correctionem ab α^4 codici Auellano inlatam fluxisse ex codice uel ipso Ottoboniano uel aliquo ex hoc descripto. neque uero in eo haerendum est, quod nec omnes correctiones Ottoboniani eiusque familiae ab α^3 siue α^4 in codicem α transcriptae sunt et paucae reperiuntur manuum α^3 et α^4 correctiones, quae in Ottoboniano uel eius propagine non leguntur; sicut enim labor fuisset multi sudoris magnique sine dubio taedii totum codicem ex toto ad uerbum adcurate conferre atque corrigere, sic facile euenire potuit, ut hoc siue illo loco corrigentibus subnasceretur coniectura quaedam ab Ottoboniani seu principali lectione aliena seu etiam correctione diuersa.

Sed iam satis superque de correctionibus α^3 et α^4, de quibus breuius egissem, nisi Meyer Spirensis[1]) suspicatus esset correctiones illas fluxisse e codice aliquo deperdito, qui codicibus V et α fuisset integrior. quod ita esse eis, quae exposui, satis arbitror refutatum esse. id unum addiderim,

---

[1]) cf. prioris Meyeri programmatis p. 7. ceterum Meyer non distinxit neque inter α^v et ceteras correctiones neque inter α^3 et α^4. idem si correctiones illas in ep. 2 desinere adfirmat, errat, cum manus et α^v et α^3 et α^4, licet hic illic rarius inueniantur, tamen per totum codicem occurrant.

quod sane codicum ratione perspecta nemini mirum uidebitur, in adparatu critico me coniecturis quibusdam commemorandis litteram α^3 uel α^4 tum demum adscripsisse, si distarent a scriptura Ottoboniani eiusque propagine, congruentibus uero coniecturis et manuum α^3 uel α^4 et Ottoboniani uel eius propaginis (ρ, cod. Angelic.) adposuisse non illarum sigla sed potius horum.

Praeter manus α^v, α^2, α^3, α^4 haud multis locis etiam aliae quaedam codicem Auellanum correxerunt, de quibus nihil dicendum nisi correctiones earum ad res leuiusculas pertinere neque ullius proprii esse momenti.

Addenda pauca de duabus manibus quae haud ita multis locis correxerunt codicem V. ac primum quidem dicam de V man. 2, quae fere non occurrit nisi in epp. 66, 72, 95, 140. principali scriptura haud ita multo ut uidetur recentior insignis est ductu grandi et quodammodo agresti. quae quos locos emendauit, ei ex parte ita sunt comparati, ut eos quiuis de suo potuisset emendare. tamen codicem aliquem corrigenti praesto fuisse inprimis his euincitur locis: 192_{20} *horum* ‹*patrum se esse iudicant quomodo se potius non ostendunt horum alie*›*nos existere;* quae uncis inclusi, desiderantur in V ac ne in archetypo quidem eius fuisse significatur litteris *hđ* (= *hic deest*) a prima manu inter *horum* et *nos* insertis. quae desunt, in margine addidit V man. 2 praepositis litteris *ħp* (= *hic ponendum?*) eaque non ex coniectura suppleta esse demonstratur lectione codicis Berolinensis B, de quo in capite tertio horum Prolegomenon dicendum erit. simili modo V man. 2 in margine suppleuit 391_3 *inducere*, 394_5 *et communicando haereticis subrogatis facto tali consensise,* 395_2 *cum suis consortibus promulgandam qui solus pro omnibus suis consortibus.* quarum lectionum ea, quam ultimo loco posui, comprobat, id quod expectaueris, codicem, ex quo V man. 2 hausit, et ipsum codicem fuisse collectionis Auellanae; uerba enim *cum suis consortibus* per dittographiam orta recte absunt ab omnibus codicibus, qui praeter Auellanam hanc epistulam seruauerunt, sed pari modo extant in codice R, in quem eam ex Auellanae

quodam codice transisse alio loco demonstrabo. neque tamen omnibus locis ea, quae nouauit V man. 2, recta sunt; cf. 182_9, 394_3, 582_{20}, $584_{3\,4}$, quibus quidem locis corrector non codice usus esse sed potius de sua coniectura uerba interpolasse credendus est.

V man. 3 perpaucis tantum locis (ni fallor unius epistulae 95; cf. $378_{9\,10}$, 379_7, 380_8) aliqua correxit, quae tam leuia sunt, ut explicatione non indigeant.

Stat igitur id, quod iam supra dixi, unum nobis integrum fontem esse codicem V, ex quo omnes alii, quotquot quidem mihi innotuerunt, duxerunt originem. mirandum sane aliquo modo eius collectionis, quae epistularum et numero et praestantia omnes fere alias eiusdem generis facile superauerit, unum tantum codicem eumque aetatis haud ita uetustae seruatum esse, sed omnibus temporibus habent sua fata libelli. ceterum non desunt uestigia quaedam aliorum collectionis nostrae codicum uel antiquiorum Uaticano uel ab eo non pendentium.

Atque ueri simillimum esse aliquem Auellanae codicem praesto fuisse ei, a quo exiit ea forma collectionis Dionysii Exigui, quam Dionysio-Hadrianam appellant, alio loco infra exponam. deinde Auellanam nono saeculo Romae fuisse contendit Maassenus (cf. Sitzungsber. d. phil.- hist. Classe d. kais. Akad. d. Wissensch. LXXXV p. 243 et 255). qua quidem de re sicut ne ego quidem ullo modo dubito, tamen non eo demonstratur argumento, quod ipse Maassenus adtulit. Anastasius enim bibliothecarius si in Collectaneis (ed. Sirm. Paris. 1620) p. 10 haec scribit: *unde notandum, quod nonnulla, quae Latine fuerunt edita, Latinitas funditus mole obliuionis obruta deplorasset, nisi ex Graecorum post fonte librorum haec hausta sitibundo pectore resumpsisset, sicut epistulam beati papae Felicis in Petrum sententiam proferentem Antiochenum damnationis,* sane elucet respicere eum ad ea uerba, quae in Auellana subscriptionis instar illi Petri epistulae (ep. 71) addita leguntur (168_{21} sqq.): *sed quia cum aliorum itteris ad eundem Petrum directis in Graeco uolumine in-*

uenimus de Latino translatas, quas nunc iterum de Graeco in Latinum necessitate compulsi transferentes descripsimus etc. sed haec adnotatio eisdem fere uerbis epistulae illi praemissa legitur etiam in collectione codicis Berolinensis lat. 79 (cf. ad p. 162_5) atque in aperto est Anastasium eam non solum in codice aliquo huius collectionis sed etiam in ea collectione inuenire potuisse, ex qua multas epistulas et in collectionem codicis Berolinensis et in Auellanam transisse alio loco uberius explicabo.

Certum deinde uestigium alius cuiusdam Auellanae codicis eiusque a V non pendentis deprehendimus eodem fere tempore, quo ipse V exaratus est. etenim iam supra p. XVII commemoraui in codice α Epiphanii ad Diodorum epistulam, quae est collectionis nostrae ultima, in folii 108ᵛ columna dextra ita desinere, ut eiusdem columnae fere dimidia pars uacua relicta sit. iam uero folio 109, quod unum restat, ab alia quadam manu sed fere coaeua inscriptum est aliquod fragmentum, quod supra, ubi de singulis codicibus uerba feci, littera F significaui quodque et ipsum ad Auellanam pertinet. incipit enim initio folii 109ʳ uerbis 480_{14} *ceptionis effectum* epistulae 103 eaque epistula ad eum finem perducta, qui est ei in collectione nostra, scilicet ad uerba 486_{22} *apostolicae et sacerdotalis* in imo folio 109ᵛ desinit uerbis inscriptionem epistulae 104 efficientibus 487_{11} sqq. *Dilectissimis fratribus . . Datiam Simachus.*

Quod hodie fragmentum illud in ultimo folio codicis α legitur, [1]) duplici modo explicari potest. nam primum quidem cogitari potest codice α perfecto nescio quem folium 109, quod cum folio 108 cohaeret sed uacuum relictum erat, expleuisse addito fragmento illo nescio unde desumpto. quod ne statuamus, cum id obstare uidetur, quod non etiam ea

1) Ex codice α fragmentum transiit in codices o (et Uaticanum 4903 ex o descriptum), Corsinianum, Escorialensem errauitque Paulus Ewald, cum se id in omnibus codicibus Romanis a se inspectis repperisse adfirmaret (Sybels Historische Zeitschrift N. F. IV 155).

pars inscripta est, quae in folio 108ᵛ uacua remansit, tum eo prohibemur, quod fragmentum illud in medio incipit uerbo ⟨*re*⟩*ceptionis*, id quod uix explicaueris, si fragmentum propter solam fugam uacui additum existimes. ueri igitur similius uidetur eum librarium codicis α, qui exarauit ultimum eius quaternionem integrum (cf. supra p. XVIII), hoc ad finem perducto, ut adderet pauca illa, quae describenda restabant, sumpsisse ex aliquo uetustiore codice illum unionem (uenia sit uerbo!) hodie foliorum numeris 108 et 109 insignitum, qui nescio quo casu non nisi in altero folio inscriptus erat, foliorumque complicatione mutata in uacuo eius folio scripsisse ea, quae scribenda supererant. cui coniecturae id quoque fauet, quod mihi quidem scriptura folii 109 re uera paulo antiquioris aetatis esse uidetur quam earum codicis α partium, quae praecedunt.[1] sed quocumque modo de hac re iudicaueris, certum est fragmentum illud, quod littera F significaui, neque ex V neque ex α descriptum esse. quamquam enim plurimis locis easdem quas Vα exhibet corruptelas nonnullisque, ubi Vα ueram lectionem proferunt, ipsum habet corruptam[2]), tamen non desunt, ubi ueram scripturam seruauerit F, corruptam praebeant Vα; cf. 482_7 *nullius* F: *nullus* Vα 484_5 *poena* F: *poenas* Vα 487_{12} *diaconi-*

---

[1]) Etiam Ewaldius sic iudicasse uidetur, cf. l. c. p. 155: 'Die folgenden 2 Seiten geben nun unzweifelhaft ein Stück einer anderen Auellana-Handschrift, und zwar wie mir scheint, einer älteren saec. X'. quamquam paulo post contrariam amplectitur sententiam: 'Die einzige Erklärung dafür scheint mir, dass man, um die 2 leeren Seiten des Quaternio (?) zu benutzen, auch die Wiederholung jener bereits gegebenen Stellen am Schlusse der Handschrift nicht scheute'. denique si idem Ewaldius (p. 155 sq.; cf. Neues Archiv III 150) dubitationem mouet, num forte uerba *Iste liber est monasterii sancte Crucis fontis Auellane Eughubin dioc.* a manu saeculi XIV margini inferiori folii 109 inscripta (cf. supra p. XVII) ad solum folium 109 pertineant neque uero ad eam codicis partem, quae antecedit, ego me hoc non intellegere fateor. quo enim tempore haec uerba folia 109 inscribebantur, totus codex α iam diu talis erat, qualis est hodie.

[2]) Exempla non adferam, cum ex adparatu critico epistularum 103 et 104 ipse facili opera possis colligere.

bus[1]) F: *diaconis* Vα. statuendum igitur codicem, ex quo F fluxit siue ad quem ipsum pertinuit, ut Uaticani V simillimum ita eo hic illic paulo fuisse meliorem.

Saeculo deinde undecimo collectionem Auellanam notam fuisse Anselmo Lucensi eo apparet, quod hic sine dubio ipse ex ea cum alia tum ep. 95 in suam collectionem transtulit (cf. infra p. LXXIIII sq.). quam eandem epistulam ex codice quodam Auellanae Uaticano V simillimo etiam in codicem miscellaneum Uatic. 3832 saec. XII (= R) transisse alio loco exponam.

Anno denique 1084 Petrus Crassus iuris peritus Rauennas Henrico quarto obtulit libellum, quem se scripsisse ait ut eo regis aequitas et iustitia et aduersariorum error lucide declarari posset. cui libello, quem postremus edidit L. de Heinemann (Monum. Germ. hist. Libelli de lite imp. I 432 sqq.), praeter multos alios locos ex Institutionibus, Codice Iustiniano, scriptis conciliorum patrum pontificum petitis aliquot etiam inseruit ex Auellanae epp. 107 et 108 desumptos, scilicet titulum 499_{10} *Uictor Anastasius* .. 499_{12} *patriarchae*, deinde uerba 499_{21} *suauis opinio* .. 500_4 *restituatur ecclesiae*, 500_{10} *Gratias* .. 500_{14} *confidamus ecclesiam*, 500_{17} *pax est* .. 501_2 *relinquo uobis* (cf. editionem Heinemanni l. c. p. 437). atque Meyer quidem, cum euerteret sententiam Maasseni collectionem aliquam 'in qua beatus Gregorius utrasque composuit leges' a Petro Crasso Henrico promissam (cf. l. c. 434_{39} sqq.) nostram esse Auellanam suspicantis, de fonte unde frustula illa Petrus sumpserit, nihil contendit adfirmari posse, sed tamen eum ait usum esse uideri meliore codice quam nunc sint codices Auellanae. cui quidem ego non accesserim. concedendum fortasse nihil ualere, quod nobis quidem duae illae epistulae sola Auellana traditae sunt, ac ne id quidem magni uideri momenti, quod epistularum illarum altera alteram eodem ordine in Auellana excipit, quo ex utraque locos Petrus

[1]) Hanc lectionem hoc loco genuinam esse demonstratur consensu codicis B et editionis ψ, de quibus conferas uelim infra p. LXXV sq.

adfert. at uelim consideres uerba ep. 108, ubi cum dictum sit pace nihil aestimari oportere excelsius, in V ita pergitur (500_{20}) *ac scilicet facere et cuncta et sustinere conuenit, qui sanctarum scripturarum probabilis cupit esse discipulus; hanc omnium bonorum matrem .. Christum .. constat praedicasse discipulis*, ubi quin cum *o* rescribendum sit <*pro*> *hac scilicet* uix dubium esse potest. quod si uerum est, sequitur Petrum Crassum usum esse codice iam eadem corruptela atque V deprauato; scribit enim: *hanc scilicet et facere et sustinere conuenit qui* etc., quae uerba apertissime sunt hominis textum illum deprauatum sua coniectura per uim corrigentis. deinde inscriptionem a Petro initio ep. 108 propositam *Gloriosissimo et clementissimo filio Anastasio Augusto Hormisda dei gratia patriarcha* genuinam esse non posse sed a Petro ipso fictam iam Maassenus (S.-Ber. d. k. Akad. LXXXV p. 236) euidenter demonstrauit. sed etiam ceterae lectiones, quibus Petrus a V distat, ad unam omnes ita sunt comparatae, ut non tam codici alicui quam ipsi Petro diuersitas adscribenda uidetur. uelut 499_{22} post *affectionis* uocabulum *uestrae* sine dubio ideo addidit, quia uerbis 499_{20} sq. *nunc autem currens de uobis* omissis putabat necesse esse personam, quam adloquitur Anastasius, aliquo modo indicari. reliquas uarias lectiones apud Petrum occurrentes, quas omnes sub ipsis epistulis adnotaui, hic non pertractabo; e quibus, ut id repetam, ne una quidem necessaria uidetur sed omnes fere ita explicandae, ut Petrus uerbis traditis hic illic aliquantulum elegantiae ac facilitatis addere uoluerit. itaque ego quidem non dubito quin Petrus uerba illa non solum ex collectione Auellana hauserit sed etiam ex codice si non ipso V certe huius simillimo.

En Auellanae quaedam uestigia usque ad id fere tempus decurrentia, quo scriptus est is codex, qui unus integer aetatem tulit, Uaticanus V. quem quidem in editione mea ita secutus sum, ut etiam in rebus orthographicis a scriptura eius fere non recederem atque aequalitatem scribendi eo minus curarem, quod epistulae illae a diuersis diuerso tempore scriptae sunt. itaque etiam praepositiones aut assimilatas aut non assimilatas

reliqui prout eas codex exhibuit.[1]) tamen praesertim in nominibus propriis non adeo codicis pressi uestigia, ut in textum reciperem formas uelut *Eutices, Anthiocenus, Macharius*, quamquam etiam in lapidibus talia inueniri non nescio. sed tenendum, quantum in his ipsis mutandis singuli librarii suo arbitrio ac libidini indulserint. itaque si quis, id quod sine dubio accidet, in rebus orthographicis me non mihi constitisse et codicem aut nimis presse aut parum adcurate reddidisse reprehenderit, hoc quidem aequo animo feram. in apparatu autem critico codicis V omnes adnotaui uarias lectiones exceptis talibus: *ę* uel *e* pro *ae* uel *oe* (*celum, pene, heresis, nicenus, pena, obedire, cętus* etc.); *ae* pro *e* (*aecclesia, caeterum*); *i* pro *y* (*sinodus, misterium, himnus, martires, presbiter); ci* pro *ti* et *ti* pro *ci* (*damnacio, suspitio); dampno, dompnus, contempno, calumpnia, sollempnitas* pro *damno, domnus* etc.; *promtus, assumtus* pro *promptus* etc.; *nichil, nichilominus (nichilhominus, nihilhominus)*, *michi* pro *nihil* etc.; *set, aput* pro *sed, apud; eclesia* pro *ecclesia; intelligo* pro *intellego* (raro); *tanquam, nunquam* pro *tamquam* etc. (rarissime); *eumdem, eorumdem, quorumdam, quemdam* pro *eundem* etc. (rarissime).

CAPUT ALTERUM.
DE EDITIONIBUS.

Auellana collectio tota usque ad hunc diem edita non erat, singulae eius epistulae fere omnes saepius. atque cum ante annum 1591 perpaucae tantum earum epistularum typis expressae essent, quae etiam alibi aetatem tulerunt,[2]) eo anno prodiit Romae in aedibus populi Romani *Epistolarum decretalium summorum pontificum tomus primus* confectus studio Antonii Cardinalis Carafae postque eius mortem ab Antonio de Aquino ad exitum perductus, cuius tomi parti posteriori

---

[1]) Semper tamen scripsi *imponere, imperator* etc., idque ideo, quod multis locis codex exhibet *imp*, paucis *inp*, permultis *īp*, quod utrum sit *imp* an *inp* diiudicari non potest.

[2]) Excipiendae sunt epp. Leonis 51—55, de quibus cf. infra p. LIIII.

insertas inuenis Auellanae epp. 37—44, 51—71, 79—81, 84—89, 91—101, 103—122, 124—132, 134—176, 178—211, 213—243. atque editor quidem omnibus epistulis ex Auellana desumptis in margine editionis adscripsit '*Ex uetusto codice Uaticano*', quem Uaticanum non fuisse codicem V sed Auellanum α multis lectionibus comprobari potest; cf. exempli causa: 364_4 *sine hoc autem* V: *sine autem hoc* α Car. 618_{26} *congregatis episcopis* V: *episcopis congregatis* α Car. 620_{31} sq. *in ecclesia deo iuuante* V: *deo iuuante in ecclesia* α Car. 622_6 sq. *himni fiducia* V: *fiducia himni* α Car. 645_{17} *memoriam facere* V: *facere memoriam* α Car. 677_8 *religionis homines* V: *homines religionis* α Car. 677_{23} *Paulum nomine* V: *nomine Paulum* α Car. 679_{15} *fuerunt communione* V: *communione fuerunt* α Car.

Neque uero hoc solo codice usus est; innumeris enim fere locis in textu Carafae eae occurrunt lectiones, quas codici Ottoboniano o eae adsperserunt manus, quas littera o^2 significaui (cf. supra p. XXVIIII sq.). en pauca exempla: 88_{26} *obtabile* Vα: *<non> optabile* o^2 Car. 96_{19} *ut non* Vα: *ut<ratio>non* o^2 Car. 98_{19} sq. *piissimum . . tuas affectiones* Vα: *piissimam . . tuam affectionem* o^2 Car. 131_2 *facientibus* Vα: *fauentibus* o^2 Car. 132_{13} *propagandae posteritatis* Vα: *propaganda posteritas si* o^2 Car. 134_{11} *soli defuncta* V, *soli defucta* α: *sclide iacta* o^2 Car. 152_{21} *respondit* Vα: *contendit* o^2 Car. 328_{24} *oppinare* Vα: *obtinetur* o^2 Car. 330_8 *erro* Vα: *heretico* o^2 Car. 432_{28} *praeuaricandum* Vα: *cauendum* o^2 Car. 588_{12} *quam sui* Vα: *quamuis* o^2 Car. 641_{24} *diligerentur* Vα: *delegarentur* o^2 Car. 681_{23} *ecclasticę gratie* Vα: *ecclesia graeca* o^2 Car. apparet igitur Carafae aut ipsum Ottobonianum correctum aut correcti apographum in edendis epistulis praesto fuisse. qua quidem re fortasse aliud explicatur. quamquam enim dubium non est, quin uetustus ille codex Uaticanus, quo ipse Carafa se usum profitetur, re uera fuerit codex α, tamen haud pauci inueniuntur loci, quibus editio Carafae non cum α sed cum codice V consentiat. atqui supra p. XXVIIII exposui inter eos, qui correxerunt Ottobonianum, fuisse unum, qui eum ex ipso Uati-

cano V corrigeret. quam maxime igitur uerisimile, ubicumque Carafa a codice α dissentit consentitque cum Uaticano V, etiam has lectiones eum accepisse ex correcto codice Ottoboniano. cf. e. gr. 458_{14} sq., ubi cum uerba *quae sunt pro .. qui Lupercalia* in α scribentis errore excidissent, in Ottoboniano ea corrector ille ex V restituit eademque extant apud Carafam; uel 547_{28} ubi uerba *nonne oues pascunt pastores* in α omissa sed Ottoboniano a manu posteriore reddita apud Carafam non desunt. fatendum sane me non omnes locos, ubi Carafa a codice α ita distat, ut contra consentiat cum V, cum Ottoboniano contulisse, ut lectiones Uaticani V non ex ipso V sed ex correcto Ottoboniano o in Carafae editionem peruenisse quamuis satis probabile, tamen non ex omni parte uideri possit certum.

Secundo loco inter editores nominandus est cardinalis Baronius, qui annalibus suis ecclesiasticis (Tom. IV—VII: Romae 1593—1596) maximam partem etiam earum epistularum inseruit, quae a Carafa omissae erant. atque codicis, ex quo Auellanae epistulas acceperit, Baronius saepius ipse facit mentionem. atque primo quidem loco, ubi de eo uerba facit (ad annum 368, 2) eum dicit *peruetustum codicem Uaticanum, in quo scriptae sunt epistulae complurium Romanorum pontificum.* quem codicem fuisse Auellanum α iam eis euincitur, quae adscripsit epistulae 49 (ad a. 417, 15): '*Ex cod. Card. Sirleti manuscript.*', codicem enim α re uera fuisse illius cardinalis supra p. XXIIII sq. expositum est. idem ipse expressis uerbis confirmat duobus aliis locis, cf. a. 493, 23: *exscripseramus nos ante ex codice Uaticano collatione facta cum uetustissimo exemplari petito e monasterio S. Petri in Auellana in Umbria sito* et a. 512, 35: *facta collatione cum codice Uaticano et alio monasterii S. Petri in Auellana.* quod si his locis dicit codices se adhibuisse duos, idem etiam alibi profitetur; cf exempli gratia a. 381, 1; 515, 3, 23, 40; 516, 44; 517, 2. Uaticanum autem praeter Auellanum adhibitum si quis fuisse putat Uaticanum V, equidem non refragabor, re uera enim Baronius aliquot locis lectiones obfert non Auellani α sed codicis V. sed fortasse aliud probabilius idque eo magis,

quod Uaticano illi a Baronio adlato exemplar Auellanum ut uetustissimum quodammodo opponitur itaque Uaticani origo aliquanto recentior indicari uidetur. sicut enim Carafam ita etiam Baronium usum esse codice aliquo pendentem ex correcto codice Ottoboniano o multis demonstratur locis; cf. exempli causa 551_{19} *peccatorum* Vα (Car.): *ceterorum* o² Bar.; 604_9 *enim* Vα (Car.): *eius* o² Bar. (alia exempla uide infra p. LXIX). quem codicem ex Ottoboniano pendentem ut ego quidem suspicer fuisse Uaticanum 4903 saec. XVI, quem ex Ottoboniano iam correcto descriptum esse supra p. XXXII sq. exposui, inprimis adducor lectionibus aliquot singularibus quae mihi in epp. 123 et 139 forte fortuna occurrebant. exhibent enim: 534_5 *securitate* Vαo: *serenitate* Uatic. 4903 Bar.; 535_2 *persecutionem* Vαo: *passiones* Uatic. 4903 Bar.; 567_7 *putantes* Vαo: *sperantes* Uatic. 4903 Bar. itaque sane fieri potest, ut praeter codicem Auellanum Baronius unum adhibuerit Uaticanum 4903 perque eum ex correcto Ottoboniano o acceperit lectiones aliquot codicis V proprias. neque uero haec quaestio maioris momenti est, id enim quam certissime statuendum sicut Carafam ne Baronium quidem Auellanae codice usum esse, quin penderet e Uaticano V. sed aliud monendum. primum enim Baronius, quamquam ei praesto erant codices duo, tamen eos non semper adiit sed innumeris locis satis habuit textum deprauatum repetisse Carafae, cuius editionis etiam numeros suae in margine plerumque adscripsit. deinde cardinalis doctissimus, quamuis haud paucas lectiones felici coniectura emendauerit, tamen ipse etiam magis quam Carafa peccauit scriptorum uerba ex suo arbitrio mutando transponendo inanibus coniecturis interpolando. qua quidem in re quo usque progressus sit, quicumque uult cognoscere, editionem meam cum illius textu ipse uelim conferat, neque enim ego a me impetrare potui, ut talia in editione subnotarem.

Auellanae epistulae ex quo Carafae studio e latebris eductae publici iuris factae sunt, receptae sunt etiam ab eis, qui collectiones instituerunt conciliorum, atque primum quidem a Seuerino Binio, cuius *Concilia generalia et prouincialia* prodierunt

Coloniae Agrippinae a. 1606. qui codicibus non adhibitis satis habuit in usum uocasse editiones Carafae et Baronii exque eis prout libuit textum constituisse. quem textum propagauerunt deinde etiam ceterae conciliorum editiones, scilicet. editio regia (Paris. 1644) et editiones Philippi Labbe (Lutet. Paris 1671), Harduini (Paris. 1715), Domenici Mansi (Florent. 1759 sqq.). monendum tamen etiam editores conciliorum a Binio usque ad Mansium paucas uerborum corruptelas coniciendo sustulisse.

Restat ut uerba faciam de editionibus Coustantii, editorum Bullarii Taurinensis, Thielii. atque Petri Coustant epistolarum Romanorum pontificum tomus primus idemque unicus, qui prodiit Parisiis a. 1721, cum pertineat usque ad annum 440, Auellanae epistulas non multas continet. de editione ipsa iam Maassenus (Gesch. d. Q. p. LVII) rectum tulit iudicium. ad explicandas enim epistulas cum multa eaque egregia contulerit doctissimus presbyter, tamen in reddendis ipsorum codicum uerbis ne ipse quidem eam, quam expectare debueras, adhibuit diligentiam. quamquam enim e codice Auellano, de quo praefationis suae p. CXXXIII uerba facit, nonnulla contra uulgatam priorum editorum scripturam restituit, tamen multo pluribus locis codicis lectione neglecta ac ne uerbo quidem commemorata tacite repetiuit Baronii aliorumque inania inuenta. itaque in hac quidem parte Coustantii editio non eis digna laudibus, quibus usque ad nostram aetatem eam prosecuti sunt. idem Coustantius cum primo illo uolumine uix emisso praematura morte obisset, reliquit tamem schedas quasdam, quibus inceptum opus continuarat. quae quidem schedae, quae in Uaticano adseruari uidentur, cum praesto fuissent et editoribus bullarii Taurinensis, qui continuationis illius in adnotationibus saepissime mentionem faciunt, et Thielio (cf. e. g. p. VI, p. XV editionis eius), ego satis habui ex horum editionibus, ubicumque ex re uidebatur, coniecturas Coustantii enotasse. [1])

---

[1]) Praeter Auellanum α etiam alium Uaticanum adhibuit Coustantius, cf. Thielium p. XXVI, qui eum hic significat littera G^2. hic quinam

Nostri denique saeculi anno 1867 Augustae Taurinorum prodiit **Bullarum** diplomatum et priuilegiorum sanctorum Romanorum pontificum **Taurinensis editionis appendix** (uol. I). ipsa illa Taurinensis editio cum repetisset editionem Caroli Cocquelines, qui bullario suo perpaucas tantum Auellanae epistularum ex impressis editionibus repetitas inseruerat, in hac appendice permagna pars huius collectionis denuo typis excusa est. editores autem opus suum ita instituerunt, ut textui ex uetustioribus editionibus repetito subscriberent sat multas lectiones promiscue ex codicibus Uaticanis 3786 3787 4903 4961 5617 nec non Ottoboniano 474 [1]) desumptis neque tamen de ratione seu pretio horum codicum quidquam adferrent.

Ultimo loco nominandus est Andreas **Thiel** professor olim Brunsbergensis nunc episcopus Warmiensis, cuius *Epistolae Romanorum pontificum genuinae et quae ad eos scriptae sunt a S. Hilaro usque ad Pelagium II. (Tom. I A S. Hilaro usque ad S. Hormisdam)* editae sunt Brunsbergae a. 1868. atque Thielium eodem modo quo Coustantium, cuius schedis usus est, ad epistolas non tam emendandas quam explicandas multum contulisse negari non potest ac ne id quidem nego editionem eius, quippe quae omnes paparum illorum epistulas ex diuersis collectionibus haustas comprehendat atque ordine chronologico exhibeat, aliquo modo esse utilem et unicuique, qui historiae ecclesiasticae illorum temporum incumbit, hodie quoque adeundam. sed mala eadem editio, quod ipsum epistularum adtinet textum. ego sane non is sum, qui cuiquam praesertim ampla quaedam scripta edenti in crimine

---

fuerit, ex perpaucis lectionibus eius a Thielio adlatis diiudicare non ausim, praesertim cum ea, quae de singulis singulorum codicum lectionibus Thielius ipse adfirmat, semper non nisi summa cautione accipienda sint. codicem G^3, quem in praefatione non significatum in ipsa editione hic illic Thielius adfert, nostrum esse Uaticanum V compluribus lectionibus comprobari potest.

1) De hoc codice uide quae initio epistulae 183 subnotaui.

ponam, si in conferendo codice aliquo tribus uel quattuor locis leuiuscula eum fugerint. si uero ipse profitetur Thielius (p. XXVI) codicem principem Uaticanum 4961 se denuo summa diligentia aut ipsum aut per amicos contulisse, pro diligentia si substituisset neglegentiam, ad ueritatem propius accessisset. neque enim solum innumeris locis lectiones Uaticani illius silentio praeterit sed saepius etiam expressis uerbis de eo falsa adfirmat. cuius quidem rei exempla hic non adfero, uolenti cognoscere e schedis meis libenter exscribam. sed accedit aliud. quamquam enim p. XVI ipse Thielius summam se praestantissimorum codicum fidem obseruasse contraque eam editorum aliorumque nec errores nec arbitrarias correctiones admisisse ait, tamen in hac ipsa re sexcenties peccauit. en locos ex una epistula 102 petitos, quibus codicis lectione neglecta ac ne uerbo quidem commemorata repetat errores Baronianos: 469_{10} *a* V α: *in* Bar. Thiel 469_{26} *adspirasse* V α: *conspirasse* Bar. Thiel 469_{29} *tradiderunt* V α: *crediderunt* Bar. Thiel 470_{4} *nisus* V α: *uisus* Bar. Thiel 470_{14} *conprobentur* V α: *comprobarentur* Bar. Thiel 470_{23} *sint* V α: *sunt* Bar. Thiel 471_{6} *nostrae* V α: om. Bar. Thiel 471_{11} *secuti sunt et* V α: *et secuti sunt* Bar. Thiel 471_{11} *in* V α: *ad* Bar. Thiel 471_{12} *deexsequentes* V α: *exsequentes* Bar. Thiel 471_{25} *et Maria* V α: *ex Maria* Bar. Thiel 472_{3} *et* V α: *etiam* Bar. Thiel 472_{4} *dei uerbo* V α: *uerbo dei* Bar. Thiel 472_{6} *sensitue* V α: *senseritue* Bar. Thiel 472_{9} *Eutychen* V, *eutichen* α: *Eutychetem* Bar. Thiel 472_{15} *debere* V α: *deberi* Bar. Thiel 472_{22} *atque* V α: *et* Bar. Thiel 472_{26} *uirg. Maria* V α: *Maria uirg.* Bar. Thiel 473_{4} *uobis Alex.* V α: *Alex. uobis* Bar. Thiel 473_{6} *archiep. nostrum* V α: *nostrum archiep.* Bar. Thiel 473_{13} *ueluti* V α: *uelut* Bar. Thiel 473_{21} *neglexerint* V α: *neglexerunt* Bar. Thiel. cuius neglegentiae cum eo processerit Thielius, ut nonnumquam etiam errores soli typothetae adscribendos e prioribus editionibus receperit, non me iudicii iniquitatis spero accusatum iri, si eum in editione instituenda ab ea, quam a nostrae quidem aetatis editore tuo iure postulaueris, diligentia longe afuisse ipsamque

editionem certe philologis paene nullius esse pretii contendam.

Haec quidem de eis editionibus, quibus maior quaedam pars Auellanae hucusque edita erat; de Mignei enim patrologia Latina ut uerba faciam, non uidetur opus esse, Meyerum autem Spirensem, qui infracta uetere de codicis α unica uirtute sententia epistulas 1 et 3—40 in duobus indicibus scholarum Gottingensibus a. 1888 et 1888/9 edidit, hoc munere suo summa ut solet diligentia atque doctrina functum esse item uix est quod moneam. superest ut breuiter disseram de aliquot uetustioribus editionibus, quae paucas quasdam epistulas ex Auellana petitas forte fortuna typis excusas praebent.

Atque epistulas quidem 14—19, 21, 29—34 a Symmacho praef. urb. uel ad eum datas epistulis Symmachi patris adiunxit Iuretus in auctuario editionis, quae prodiit Parisiis a. 1604. neque uero codicem ullum ipse Iuretus inspexit sed satis habuit epistulas ex Baronio descripsisse, aliquot tamen locis a se ex coniectura emendatas ficticiisque titulis instructas. Iureti editio repetita est a Scioppio (a. 1608) et Pareo (a. 1617).

Tres Zosimi epistulae 45, 46, 50 post Baronium editae sunt a Ioh. Garnerio in editione operum Marii Mercatoris (Paris. 1673) I p. 202, 203, 209. qui utrum codice aliquo usus sit necne, ipse non dicit sed unum id profitetur adlaturum se has epistulas multo emendatiores quam legantur in annalibus Baronii. reuera tamen ipsius Baronii ita premit uestigia, ut permagno locorum numero, ubi ille siue neglegentia siue inscitia a 'uetere codice Uaticano' recessit, aut plane eadem aut prorsus similis lectio recurrat etiam apud Garnerium. quod quidem hic ita comprobabo, ut ex una ep. 46 componam lectiones eas a Baronio contra auctoritatem codicis α temere prolatas, quas etiam Garnerius exhibet. simul autem, ut rationem reddam acerbi iudicii, quod supra p. XXXXVIII tuli de fide editionis Coustantii, etiam huius nomen adponam eis uerbis, quae

ipse neglectis codicibus manu scriptis male ex editione seu Baronii seu Garnerii repetiuit. exhibent igitur: 103_5 *postquam* B(ar.) G(arn.) C(oust.) $_8$ *eius* BGC $_{13}$ *continentes* BGC $_{21}$ *quidam* <*se*> BGC $_{25}$ *nec illi* (*ille illi* C) *supernae sententiae subiectus* BGC $_{27}$ *etiam hunc* BGC 104_4 *sed quamquam* GC (non B) $_{12}$ *defensor* BGC $_{17}$ *omnia similia* BGC $_{22}$ *noluerunt* BGC $_{27}$ *confessionibus suis* BGC 105_8 *uestras* BGC $_9$ *est ueri* BGC $_{22}$ *suis ac lumen semitis suis uir* BGC 106_5 *addit* BGC $_6$ *per eos* BGC $_{11}$ sq. *Pauli apostoli* BGC $_{13}$ *facie* B, *facie* (*faciem* G) . . <*ad*> *uerecundiam* GC $_{18}$ *in* om. BGC $_{26}$ *ampliate* α, unde *ampliare* BGC 107_4 *sint* BGC $_8$ *certo* BGC $_{15}$ *libidines suas* BGC $_{19}$ *induere* BGC $_{20}$ *uobis* BGC $_{21}$ *iudices* BGC $_{22}$ *ueritate* BGC $_{28}$ *non mortuos* BGC 108_3 sq. *parituram esse* . . *fide laetitiam* GC (non B).

Neque tamen negari potest hic illic etiam codicem quendam a Garnerio inspectum fuisse; quod quidem certissime euadit eo loco, qui extat 101_{14} sq., ubi cum apud Baronium legatur *non enim duabus*, Garnerius cum codicibus collectionis Auellanae exhibet *non enim statim duabus*. sic etiam 100_2, ubi Baronius *ratosque*, Garnerius secundum codices *tantosque* edidit, hunc sola coniectura ueram lectionem restituisse haud ita probabile est. neque uero tales loci multi sunt. at restant non pauci, quibus nec cum Baronio a codicibus discrepante nec cum ipsis codicibus, qui quidem nobis seruati sunt, Garnerius consentiat. quae tamen lectiones ad unam omnes ita comparatae sunt, ut eas non e libris manu scriptis sed ex ipsius editoris ingenio fluxisse unusquisque facile intellegat. nam cum interdum Garnerius Zosimi uerba sine dubio feliciter emendauerit, tamen hae emendationes minime eae sunt, quas non a plerisque illius aetatis hominibus in talibus rebus mediocriter uersatis tuo iure potueris expectare. aliis uero locis, cum id potissimum spectaret, ut satis eleganter papae uerba decurrerent, non expediuit nodos sed discidit uerborumque tenori lectiones intrusit, quas grauissimas esse interpolationes omni luce clarius est. conferas enim quaeso exempli gratia hos locos:

V:	Baronius:	Garnerius:
106_{25} sqq. *quotiens adhibita comperendinatio et iam* (*etiam* V, correxi) *sub ipso fine certaminis* (*certamine* V, corr. Bar.) *ampliata iudicia? cum innocenti reo confugitur* (*configitur* V) *ad mare et transmarina documenta, ut fides . . saltim eminus ueniat.*	*quoties adhibita comperendinatio etiam sub ipso fine certaminis ampliare* (sic coniectura pro *ampliate* quod extat in cod. α) *iudicia cum innocenti reo? confugitur ad mare et extramarina documenta* etc.	*quoties adhibita comperendinatio etiam sub ipso fine certaminis ampliare iudicia concessit innocenti reo? confugitur ad mare et extramarina documenta* etc.
115_{17} sqq. *habet enim ille* (scil. Petrus) *cum omnium ecclesiarum tum huius maxime, ubi sederat, curam nec patitur aliquid priuilegii sustineri* (*sustinere* V, correxi) *aut aliqua titubare aura sententiae, cui ipse sui nominis firma et nullis labentia* (*habentia* V, correxi) *motibus constituit fundamenta.*	*habet enim ipse cum omnium ecclesiarum tum huius maxime, ubi sederat, curam nec patitur aliquid priuilegii aut aliqua titubare aura sententiae, cui ipsa sui nominis firma et nullis hebetata motibus constituit fundamenta.*	*habet enim cum omnium ecclesiarum tum huius maxime, ubi sedit, curam nec patitur aliquid amittere priuilegii aut aliqua titubare aura sententiae, cui ui ipsa sui nominis firma et nullis hactenus acta motibus constituit fundamenta.*

Talium Garnerii mutationum, de quibus rectum iam Coustantius tulit iudicium, quicumque plures uoluerit cognoscere, ipsam eius adeat editionem conferatque cum genuinis uerbis e codice V desumptis. quas quidem quod ego in adparatu

critico omnino silentio praeterii, a nullo fore ut improbetur spero. certissime enim id statuendum uidetur nullum extare indicium, quo codice usum esse Garnerium meliore quam quos etiam nos nunc habemus aliquo modo efficiatur probabile.

Leonis Magni epistulae 51—55 in uulgatis epistularum huius papae collectionibus non extantes sola traditae sunt Auellana. quae cum in uetustiores Leonis editiones non essent receptae, primum eas edidit Laurentius Surius in editione anni 1569[1]) fol. 156ᵇ sqq. qui quali Auellanae codice usus sit, iam inde elucet, quod 119_8, ubi is, qui codicem α exarauit, pro *cognoui*, quod exhibet V, litterarum ductu paulo implicatiore deceptus scripsit *agnoui*, etiam apud Surium legimus *agnoui*. sed etiam longius licet progredi. usum enim esse Surium codice quodam, qui originem traxit ab Ottoboniano o iam emendatrices manus o^2 experto, ut alios omittam, his comprobatur locis: 120_{14} *humilium* Vo: '*humilitas*' *p*(*uto*) addit o^2, *humilitas* edidit Surius. 120_{21} *sed tamen* (pro *se tamen*) V, *sed unde* corrupte o: *sed tamen* et *se denique* adscripsit o^2, *se tantum denique* exhibet Surius. 123_{17} sq. *fraternos ciuuari* (pro *fraterno se iuuari*) V, *fraternos euiuari* o: '*fraterno se uiuere*' *p*(*uto*) adscripsit o^2, *fraterno se uiuere* edidit Surius. sequitur, ubicumque Surii lectiones a V recedunt, eis nisi coniecturarum uim adtribuendam non esse.

Surii editionem repetiuit Carafa ipsis Uaticanis codicibus paucis tantum locis adhibitis (cf. 119_{14} *culpam* Sur.: *causam* VCar.; 119_{24} *iudicauit* recte Sur.: *indicauit* VCar.; 123_8 *deuenit* Sur.: *peruenit* VCar.); deinde in edendis illis epistulis nemo denuo codices adiit ante Ballerinios, qui cum eisdem Auellanae libris uterentur, qui etiam nobis praesto sunt, errauerunt tamen hic illic in uerbis eorum adferendis nonnullasque nec leues lectiones uarias ne uerbo quidem adtigerunt.

---

[1]) D. Leonis .. opera .. per F. Laurentium Surium Carthusianum, cuius etiam studio iam recens accesserunt quinque eiusdem Leonis epistolae hactenus praelo non commissae .. Coloniae Agrippinae apud Ioannem Birckmannum anno salutis 1569.

Epistulae 136 ab Auito Uiennensi ad Hormisdam et 137 ab Hormisda ad Auitum datae bis editae sunt a Sirmondo, primum in Conciliorum antiquorum Galliae tomo I (Paris. 1629) p. 190 sqq., tum in Auiti operibus (Paris. 1643) p. 143 sqq., sed neque hic neque illic ullo codice adhibito. in editione enim conciliorum Sirmondus contaminauit scripturas et Carafae et Baronii id quod unoquoque loco uidebatur praeferendum esse amplectens paucisque etiam locis propriae coniecturae indulsit, cf. 560_3 *adhuc*, 560_{10} *consulant*, 561_{18} *praeferunt* (recte; *praeferuntur* Car., *proferuntur* Bar.), 562_8 *sollicitae*, $562_{14\ 16}$ *seruare . . exhibere*. contra in editione Auiti solam Carafae editionem adhibuit etiam hic paucis ex coniectura correctis; cf. exempli gratia 559_6 *conuersionem* (cum V: *conuersationem* Car.), 559_7 *Scythiae*, 559_{29} *docentibus* et quae sunt similia.

De editione libelli Epiphanii (ep. 244) a Francisco Foggini Romae a. 1743 confecta uidesis quae subnotaui p. 743.

CAPUT TERTIUM.

DE EPISTULIS ETIAM ALIIS LOCIS TRADITIS.

Auellanae editori ex unius codicis V scriptura genuina scriptorum uerba posse restitui semel iterumque desperanti in paruo tantum epistularum numero subsidium ferunt aliae collectiones ad res ecclesiasticas atque ius canonicum spectantes. e quibus potissimae hic breuiter recensendae sunt.

De codice Berolinensi B.

Codex Berolinensis lat. 79 (= **B**), olim Phillippicus 1776, saeculo IX exaratus inter eas collectiones, quae partem epistularum cum Auellana communem habent, uel primo loco commemorandus est. nuper codicem, quem Uirdunensem uocatum in edendis epistulis olim adhibuit Iacobus Sirmond, cum adcuratissime descripserit Ualentinus Rose 'Die lateinischen Meermann-Handschriften des Sir Thomas Phillipps in der Königlichen Bibliothek zu Berlin' (1892) p. 149 sqq., mihi hic

quidem hoc labore supersedere liceat. exhibet autem B Auellanae epistulas hasce triginta: 56—59, 61—66, 68—81, 95, 99, 101, 103—104, 140; monendum tamen epistulae 76 titulum solum adferri in indice collectioni praemisso: in ipso corpore collectionis et haec epistula desideratur et maxima pars ep. 75 et initium ep. 77, ut in codice aliquo ex quo B originem duxit aliquot folia intercidisse in propatulo sit. quae omnes epistulae excepta una ep. 140 ad earum particularum, e quibus supra Auellanum corpus esse conflatum diximus, pertinent quartam. re uera ex compositione collectionis B et quartae illius Auellanae collectiunculae demonstrari potest alioque loco ipse demonstrabo utramque ita ad unum eundemque fontem X redire, ut haec subesse ratio putanda sit:



Ceterum communem fuisse utriusque collectionis fontem etiam non paucis comprobatur uerborum corruptelis et in V et in B extantibus; cf. exempli gratia 128_3 *supplicauit* pro *supplicabit*, 132_2 *impenetrabilibus* pro *in penetralibus*, 143_9 *offerens* pro *offerres*, 145_{15} *infirmiores* pro *infirmioris*, 152_2 *catholicum* pro *catholicus*, 154_9 *hac* pro *hoc*, 164_6 *sumus* pro *summus*, 184_9 *ueteris* pro *uerteris*, 214_3 *ergo* pro *ego*, 468_1 *dolore* pro *dolere*, 479_{21} *different* pro *diffiderent*, 486_2 *subuenire* pro *subueniri*, 490_{18} *militiae* pro *militia*. Etiam in epistula 140, quam ad communem illum fontem X non pertinere dixi, aliquot locis eadem menda occurrunt; cf. 576_4 *ille* pro *ipse*, 578_{17} *in conspectu* (quae uerba glossema esse demonstratur etiam uetusta uersione graeca), 582_9 *mundana* pro *mundani*, 582_{18} *offerentis* pro *offerentem*. uerisimile tamen

hanc epistulam non ex communi fonte, scilicet registro Hormisdae, in utramque collectionem peruenisse sed potius ex uetusto codice Auellanae in collectionem B transsumptam esse. De tractatu 99, cuius B paucis locis exceptis hodie recensionem obfert ab Auellanae plane diuersam ac potius cum codicibus Monac. 5508 (Δ) et Uatic. Reg. 1997 (Γ) congruentem, uberius agam in commentatione, quam de compositione Auellanae propediem editurus sum.

Lectiones codicis B, quem in longe plurimis epistularum supra dictarum mihi primo adhibere licuit, ad emendanda earum uerba magni esse momenti, quicumque epistulas illas adcuratius perlegerit, facile uidebit; sat enim magno numero locorum, qui in V siue lacunis siue aliis corruptelis deprauati sunt, eo duce tandem competens adfertur medela. attamen caute ac circumspecte lectiones eius in usum uocandae, neque enim solum librariorum seu imperitia seu incuria multo plura contraxerunt uitia quam lectiones Auellanae sed etiam interpolationibus semel atque iterum deprauatae sunt. conferas uelim 124_{16} *sancta puritas tuae religionis*; 125_{12} *locum* (pro *cruentum*); 126_{2} *tam laudabiliter esset exclusus* [*quam constanter*]; 140_{12} *tacere non possum gratias sine dubio perennes* [*refferens*]; 143_{20} *insidiatur ut rapiat* [*pauperem*] ex Uulgata; 176_{22} *igitur* (pro *non*); 182_{14} *deo* [*sunt*]; 184_{12} [*esse*] *dicit*; 188_{19} *aut post trinitatem Christum* (pro *sed Christum Iesum*); 218_{15} *sit* [*deus*]; 476_{15} *id* [*quod decretum est*]; 574_{12} [*non*] *rennuat.*[1])

[1]) Aliter iudicandi uidentur loci uelut 372_{19} *communione catholica ⟨atque apostolica⟩*; 377_{18} *legitime ⟨ueraciterque⟩*; 380_{20} *communionem catholicam ⟨atque apostolicam⟩*; 381_{2} *communione catholica ⟨atque apostolica⟩*; 381_{11} *contagione ⟨uel communione⟩*; 383_{13} *fide ⟨et communione et ueritate⟩ catholica ⟨atque apostolica⟩*; 397_{18} *communionisque catholicae ⟨atque apostolicae⟩*, ubi ea quae plus habet B, hic non per arbitrium addita sed in Auellana a librario, quem taedebat inanium uerborum turbae, suppressa esse putauerim. Obiter monuerim de locis 442_{5} *[bona] adfuit*, 443_{11} *picta tum [bona]*, 449_{15} *cui dum [bona] Acacii* et si qui similes reperiuntur. qui quidem ita explicandi sunt, ut uocabulum

Contuli codicem B anno 1892 benigne Gottingam permissum. in adparatu critico non fere adnotaui, si quae ipsa manus prima inter scribendum correxit; praeterea non subscripsi, ubicumque scriptum erat *e* uel *ę* pro *ae*, *ae* pro *e* (*aecclesia*, *antiochaenus*, *saeruare*), *e* pro *oe* (*federa*), *i* pro *y*, *adque* pro *atque*, *ereticus* pro *hereticus*, *dampnare assumtus* pro *damnare assumptus* et quae sunt similia. neglexi etiam diuersitates pertinentes ad praepositiones adsimilatas aut non adsimilatas itemque leues in scribendis quibusdam nominibus propriis (*Calcedonensis*, *Acatius*, *Nichenus*) diuersitates orthographicas.

De recensione libelli Marcellini et Faustini (ep. 2).

Libellum Marcellini et Faustini presbyterorum a. 383 uel 384 Constantinopoli ad Ualentinianum Theodosium Arcadium imperatores datum praeter Auellanam qui seruant, codices mihi innotuerunt septem:

1) **π** = Paris. lat. 12097 saec. VI/VII; cf. Maassen, G. d. Q. .. p. 556 et 559 (n. XIII). contulit eum quondam in usum Guilelmi Meyeri Spirensis Iohannes Graeuen amicus meus.

2) **κ** = Paris. lat. 1564 saec. IX; cf. Maassen l. c. p. 604 et 607 (n. LXI). Faustini libellum mihi contulit Otto Cuntz peregrinationis Romanae olim sodalis amicissimus.

3) **σ** = Sangall. 190 saec. IX; cf. Scherreri catalogum p. 68. schedas collationis in suum usum institutae mihi qua est liberalitate Guilelmus Meyer concessit.

4) **φ** = Albig. 2 saec. IX; cf. Maassen l. c. p. 592 et 597. excussit mihi libellum presbyterorum intercedente Maximiliano Bonnet u. c. Carolus Portal Albigensis Tarnensis regionis archiuarius.

5) **χ** = Tolos. 364 saec. VIII/IX; cf. Maassen l. c. p. 592 et 597. collationem libelli eodem Bonneto intercedente debeo u. c. Francisco Antoine professori Tolosano.

6) cod. Paris. lat. 1687 saec. XII.

7) cod. Paris. lat. 1700 chart. saec. XVI exeuntis.

---

bona (sc. *uerba* uel *sententia*) a quodam legente sententiae alicui, quam adprobabat, superscriptum uel adscriptum postea a librario parum acuto in ipsum uerborum ordinem receptum sit.

Ex quibus septem codicibus quattuor, scilicet πκφχ, continent collectiones quasdam iuris canonici ut ab Auellana plane diuersas ita inter se artissime cohaerentes (cf. Maassen, G. d. Q. p. 572 sq.); ceteri sunt codices miscellanei neque cum πκφχ neque cum Auellana ullo alio cognationis uinculo conexi. iam uero omnibus septem illis codicibus in libello Faustini communes sunt duae lacunae admodum amplae, quae a textu Auellanae absunt; desiderantur enim uerba 10_{11} *ita ut resistentes* usque ad 27_{22} *inuadere non potuerunt* itemque uerba 35_{12} *quomodo enim beatus Heraclida* usque ad 37_{9} *effugiens et sectans.* qua quidem re efficitur eos omnes redire ad unum eundemque archetypum (Φ) saeculo ut uidetur sexto conscriptum illisque iam lacunis adfectum.

Habemus igitur duos ut ita dicam ramos traditionis iam antiquissimis temporibus ex eadem stirpe profectos: ab una parte stat V, ab altera Φ. iam uero cum quinque codicum πκσφχ a me adhibitorum nullus ex ullo reliquorum descriptus sit, immo, ut alio loco adcuratius exponam, ea inter eos intercedat ratio, quam simplicius quam uerbis hoc explices stemmate:



in subscribendis uariis lectionibus eam secutus sum legem, ut, ubicumque cum aliqua probabilitate fieri posset, non adnotarem nisi eam lectionem, quae iam in uetusto illo archetypo Φ fuisse putanda esset, neque uero propria singulorum codicum uitia curarem. duos codices recentioris aetatis Parisinos 1687 et 1700 collatos non habui: apparet tamen

ex lectionibus eorum a Leopoldo Delisle in usum meum benigne enotatis etiam eos pertinere ad classem X.

De uirtute utriusque familiae si quaesieris, propalam est codicem Φ aliqua integriora habere quam V, in uniuersum tamen ab hoc, quamuis aetate sit multo recentior, lectionum praestantia longe superari. meo igitur iure etiam eis locis, ubi utrius classis uerba praeferenda sint, possit dubium uideri, recepi lectionem Auellanae.

Iacobo Sirmond, qui primus libellum presbyterorum edidit (cf. quae initio ep. 1 subnotaui), praesto fuerunt et codex aliquis collectionis Auellanae rediens ad Ottobonianum o iam correctiones manuum recentiorum (o^2) expertum et codicis Angelicani 292 simillimum et codex aliquis ad familiam Φ pertinens, ni fallor ipse Parisinus ϰ olim Colbertinus.

De recensione ep. 37.

Epistulam 37 ab Honorio Augusto ad Bonifatium papam datam praeter Auellanam septem seruauerunt collectiones:

1) Z = 'collectio Sanblasiana' descripta a Maasseno, Geschichte der Quellen. . p. 504 sqq. codices adhibui:

ζ^1 = Sanblas. 6 saec. VI in Meyeri usum collatum ab Anselmo Achatz archiuario S. Pauli in Carinthia;

ζ^2 = Lucens. 490 bibliothecae capitularis saec. VIII; contuli anno 1889;

ζ^3 = Paris. lat. 3836 saec. VIII, cuius lectiones Meyero subpeditauit Henr. Omont;

ζ^4 = Paris. lat. 1455 saec. X. continet collectionem a Maasseno (p. 536 sqq.) dictam Codicis Colbertini, cuius primam partem ipsa efficit Sanblasiana collectio; lectiones codicis debeo Ottoni Cuntz.

2) Γ = 'collectio codicis Teatini' (Maassen p. 526) i. e. Uatic. Regin. 1997 saec. IX per me excussi.

3) ω = 'collectio codicis Uaticani' (Maassen p. 512). contuli codicem:

ω² = Barberin. XIV 52 saec. IX, qui epistulam 37 exhibet post supplicationem Bonifatii (Maassen p. 518 n. XLV). quos praeterea euolui Uatic. 1342 et Laurent. 82 bibl. aedil. Florent., in eis epistula non extat.

4) Δ = 'collectio codicis Diessensis' (Maassen p. 624) i. e. cod. Monac. lat. 5508 saec. IX, quem Gottingae ipse contuli.

5) D = collectionis Dionysianae ea forma, quam antiquissimam esse statuit Maassenus p. 435 quamque exhibent codices:

d¹ = Paris. lat. 3837 saec. IX in Meyeri usum ab Henr. Omont excussus; de singulis me dubitantem lectionibus certiorem fecit O. Cuntz;

d² = Uatic. lat. 5845 saec. IX a me conlatus.

6) H = 'Dionysio-Hadriana'. ex magno numero codicum a Maasseno p. 441 sqq. adlatorum excussi uetustiores decem $h^1h^2h^3h^4h^5h^6h^7h^8h^9h^{10}$, quos infra p. LXXXV enumeraui.

7) Hisp. = Collectio Hispana (Maassen p. 667). de editione Gonzalezii ac codicibus a me adhibitis uide infra p. LXXX sq. ex Hispana epistula transiit etiam in collectionem Pseudoisidori.

De harum collectionum, quod quidem epistulam 37 adtinet, ratione cum alio loco uberius dicturus sim, hic monuisse sufficiat redire eas omnes ad unum quoddam epistulae 37 exemplar ab eo, quod in Auellanam receptum est, aliquo modo diuersum. ipsae uero in duas familias distinguendae: ad alteram (א) pertinent collectiones ZΔΓω, ad alteram (ב) Dionysiana (D) quasque ex ea originem duxisse constat Dionysio-Hadriana et Hispana. ceterum factum est, id quod praesertim in codicibus iuris canonici saepissime licet obseruare, ut lectiones alterius familiae transcriberentur in alteram ibique propagarentur. quam ob rem hodie duarum illarum familiarum lectiones non omnibus locis pure secernuntur.

De collectione Quesnelliana.

Epistula 41 praeter Auellanam tradita est in ea collectione admodum uetusta, quam primo a Paschasio Quesnello editam Quesnellianam uocauit Maassenus (cf. eius 'Geschichte der Quellen . .' I 486 sqq.). cuius collectionis cum codices aetatem tulerint complures (cf. Maassen l. c. p. 486—490) plane abiciendus est is, quo ipse Quesnellus usus erat, scilicet Oxoniensis Oriel Coll. 42 saec. XII, quem praeter uetustiorum exemplarium fidem studiosi cuiuspiam arbitrio emendatum esse ut iam Ballerinii (Append. ad S. Leonis opp. p. 8 sq.) suo iure contenderunt, ita demonstratur etiam huius epistulae lectionibus, quas ex Oxoniensi enotauit mihi Paulus Viereck amicus. cf. exempli gratia 93_8 *quod petat ad sanandum se qui sibi* V; *quod petat ad sanandum si qui sibi* Q (i. e. consensus codicum trium Quesnellianae a me adhibitorum): *quod petat ad sanandum, qui sibi* Oxon. 93_{18} *seu hic illi in urbe sunt, quod nescientes nec manifestare possumus* VQ: *seu hic aliqui decepti sunt quos nec manifestare possumus* Oxon. 95_2 *qui si confidit . . non nostra dignus esse damnatione quod dicit* V, *qui se confidit . . non nostra dignum esse damnatione quod dicat* Q: *qui <si> se confidit . . non nostra dignum confirmatione ut confirmet uerum esse quod dicat* Oxon. 95_{13} sqq. uerbis *contra dei gratiam legimus esse conscripta multa* per errorem in archetypo Quesnellianae omissis Oxonienis 95_{16} post *calcandum* de suo addit *inuenerimus*.

Neglecto igitur Oxoniensi satis habui tres uetustiores contulisse codices:

q^1 = Einsidlens. 191 saec. IX.
q^2 = Uindob. 2141 saec. IX.
q^3 = Uindob. 2147 saec. IX/X.

quorum codicum consensum significaui littera Q propriis singulorum mendis non curatis. hausisse uero hanc epistulam neque Auellanam ex Quesnelliana neque hanc ex illa eis demonstratur, quae de communi quodam utriusque fonte alibi expositurus sum. qui fons erat collectiuncula aliqua ex scriniis

Aurelii Carthaginiensis episcopi profecta, ex qua ut Auellana mutuata est epp. 41—50, ita Quesnelliana accepisse uidetur omnia quindecim illa capitula (cap. VI—XX) ad res Pelagii spectantia, de quibus agit Maassenus p. 496.

Ex collectione Quesnelliana epistulam 41 cum sex aliis eodem modo aut ab Innocentio aut ad eum scriptis (Quesn. n. 6—12) transisse in collectionem Pseudoisidori (Decretales ed. Hinschius p. 533—544) inter omnes constat. quam quidem rem ut etiam lectionibus comprobarem, excussi aliquot Pseudoisidorianae codices, scilicet

i^3 = Uatic. 3791 saec. XII.
i^4 = Ottobon. 93 saec. IX/X.
i^5 = Uatic. 1340 saec. XIV.
i^6 = Uatic. 631 saec. XIII.

quorum fontem communem ad idem quoddam corruptum redire exemplar, ex quo $q^1q^2q^3$ originem duxerunt, demonstratur exempli gratia duabus lacunis (p. 93_{22} et 95_{13}), quae sicut in $q^1q^2q^3$ ita reperiuntur etiam in $i^3i^4i^5i^6$. sexcentis autem locis cum Q etiam in leuiusculis uitiis congruunt i^3 et i^4, qui inter eos sunt codices, quos Maasseno adsentiente (Pseudoisidorstudien I 4) antiquissimae codicum Ps.-Isidorianorum classi adnumerauit Hinschius (l. c. p. XVII sq.); uelut exhibent p. 92_6 *totaque* Qi^3i^4; p. 92_{10} *idoneum* Qi^3i^4; p. 93_{17} *animus* $q^2q^3i^3i^4$; p. 93_{23} *quauis* Qi^3i^4; p. 94_5 *se et credere* $q^1q^2i^3i^4$; p. 95_2 *qui se* Qi^3i^4; p. 95_{11} *postularet* Qi^3i^4; p. 95_{14} *blasphemia* Qi^3i^4. haec omnia a quouis facili opera emendari potuerunt emendataque sunt in codicibus i^5i^6. praeterea uero, id quod obiter monuerim, in codicibus i^3i^4, quarum lectiones inter se mirum in modum consentiunt, multa corrupte leguntur, quae cum integra extent in Q, integra etiam in i^5i^6 obueniunt. haec autem persaepe ita comparata sunt, ut fieri non possit, ut i^5i^6 ea ex coniectura restituerint; immo i^5 et i^6 et si qui sunt similes ad codicem redire necesse est codicibus i^3 et i^4 multis locis integriorem. ex altera parte negari non potest interpolationibus iam in i^3i^4 extantibus i^5i^6 multas addere alias.

Quam rationem inter Q et collectionem Pseudoisidori intercedentem si contemplati erimus, nihil ualere iudicabimus, quod duobus locis codices i^{3-6} stant contra Q cum Auellana: 94_{10} *poterat* Vi^{3-6}: *potuerat* Q; 94_{23} *aut* Vi^{3-6}: *ut* Q. e quibus hunc facillime unusquisque emendare potuit, illa uero Isidorianae lectio eodem casu orta esse potest, quo 93_{6} i^3i^4 cum V exhibent *uirtute*, cum Q itemque i^5i^6 ueram lectionem *ueritate* obferant. in edenda igitur ep. 41 eam secutus sum rationem, ut lectiones Isidorianae utpote ex eodem codice deriuatae, ad quem redit Q, omnino non curarem satisque haberem eas subscripsisse. quibus ita a Q recedit, ut concordet cum V, paucasque alias, quibus nisi coniecturarum uis inesse putanda non est.

De textu Graeco epp. 71—78, 140, 237.

Epistulas 71—78, quales nobis in collectione Auellana et, nisi quod ampla lacuna foedatus est, etiam in codice Berolinensi B traditae sunt, conuersas esse e Graeco, ipsis docemur uerbis in calce epistulae 71 additis (p. 168_{21} sqq.): *Sed quia cum aliorum litteris ad eundem Petrum directis in Graeco uolumine inuenimus de Latino translatas, quas nunc iterum de Graeco in Latinum necessitate compulsi transferentes descripsimus*; quamquam qui hic textum Graecum non esse principalem sed ipsum e Latino fuisse conuersum coniecit, sane quidem quam maxime errauit. neque uero textus originalis Graece conscriptus deperiit; excepta enim epistula Flaccini (ep. 77) omnes illas epistulas ficticias graece seruauit antiquissima illa collectio, cui Maassenus (I 753 sqq.) nomen dedit 'Sammlung in Sachen des Monophysitismus'. cuius collectionis, ut uersioni Auellanae textum Graecum adponere possem libris manu scriptis innixum, ego quidem codices inuestigaui eos quos adhibui quinque:

a = Monac. graec. 186, chartac. anno 1446 conscriptum;

e = Paris. Fonds grec 418, chartac. saec. XV;

o = Ottobon. graec. 28, chartac. saec. XVII;

g = Uindob. Hist. gr. XLVI, chartac. saec. XV exeuntis;
h = Paris. Fonds grec 419, chartac. saec. XVI.

Quorum de ratione cum alio loco[1]) uberrime egerim, hic satis habeo repetisse stemma illic inuentum:



Sed factum est, ut aliorum eiusdem collectionis codicum notitiam mihi subpeditaret Otto Cuntz amicus Argentoratensis: sunt uero hi:

1) = Uatic. graec. 832, chartac. saec. XVI;
2) = Uatic. graec. 1182, chartac. saec. XVI;
3) = Uatic. graec. 1179, bombyc. saec. XIV;
4) = Paris. gr. Suppl. 308, membr. saec. XV;
5) = Uatic. graec. 1426, chartac. saec. XV.

Atque Cuntzius, qui ipse de ratione codicum quaestionem ita instituit, ut examinaret subscriptiones concilii Constantinopolitani anni 536 eadem collectione traditi, sicut ea, quae ego et de duabus familiis Y et X et de familiae Y codice *a* saepius cum *gh* contra *eo* coeunte eruisse mihi uidebar, ipse quam maxime comprobauit,[2]) ita codd. 1 et 2 familiae Y, codd. 3 et 4 familiae X adnumerandos esse confirmat: codicem 5 nil nisi fragmentum concilii illius actionis quintae continere inde a libello monachorum μέλει μέν (Mansi VIII 1050 D 2 sqq.) usque ad epistulam fere Epiphanii εὐλογητός (ibid. 1074 B 10 sqq.). uix autem est, quod doleas non omnium codicum uarias

[1]) Nachrichten der k. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philol.-histor. Klasse 1894 p. 119 sqq.

[2]) Y Cuntzio teste concilii illius subscriptiones exhibet integras, X nonnisi tria episcoporum nomina subscripta habet.

lectiones in editione textus Graeci a me uersioni Latinae e regione adpositi reperiri, cum etiam ei, quos ego non contuli, aetatis sint satis recentioris. accedit quod Cuntzius se ad concilii subscriptiones, quae sola familia Y adseruantur, constituendas satis habuisse adfirmat excussisse meos codices *aeo*.

Eisdem codicibus, quibus epistularum 71—78 textus Graecus originalis, nobis tradita est antiqua uersio Graeca epistularum Hormisdae 140 et 237. utraque enim recitata est in concilio generali a. 536 Constantinopoli contra Anthimum habito, cuius concilii acta nobis seruata sunt eadem illa collectione ad res monophysitarum pertinente. qua de re in ipsis actis narrantur haec: οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι μερῶν τῆς Ἰταλίας καὶ οἱ εὐλαβέστατοι τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας διάκονοι εἶπον· „ἐν ποίῳ τόπῳ ἢ ἀριθμῷ Σεβῆρον καὶ Πέτρον ἤδη πάλαι τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τὰ ψηφίσματα εἶναι ἐψηφίσαντο, ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης πάπα Ὁρμίσδα πρὸς τοὺς τῆς δευτέρας Συρίας μοναχοὺς καὶ πρὸς τὸν μακαριώτατον Ἐπιφάνιον ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως ἀρχιεπίσκοπον δηλοῦται ὡρίσθαι, ὧν ἔχοντες ἐν ἑτοίμῳ τὴν αὐθεντίαν ταύτην ἐν τοῖς παροῦσιν ὑπομνήμασιν ἐπιδίδομεν ἀναγνωσθησομένην“. ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν „ἀναγινωσκέσθων“ καὶ ἀνέγνω Μηνᾶς ὁ θεοσεβέστατος ἀναγνώστης καὶ σεκουνδοκήριος νοταρίων τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς ἄκτων δύο Ῥωμαϊκὰς ἐπιστολὰς γραφείσας ὑπὸ Ὁρμίσδου τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης γενομένου πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. ὧν μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν Χριστοφόρος ὁ θεοσεβέστατος διάκονος νοτάριος καὶ σηκρητάριος τὴν ἑρμηνείαν ἀνέγνω. ἦν δὲ ἡ ἐπιστολὴ διὰ Ῥωμαϊκῶν γραμμάτων, ἡ δὲ ἑρμηνεία αὐτῆς δι' Ἑλληνικῶν γραμμάτων ἔχει οὕτως [2]). deinde sequitur utriusque epistulae uersio Graeca. quam quidem confectam non multis annis post ipsas litteras conscriptas ut par est adhiberi ad uerborum Latinorum tenorem aut restituendum aut confirmandum, ita cauendum est ne ei nimium tribuamus momenti, cum negari non possit

[1]) Gesch. d. Quellen etc. I p. 753.

[2]) Mansi, Concil. VIII p. 1021—1022.

interpretem semel atque iterum aut munere suo parum adcurate functum esse aut omnino uerborum Latinorum conexum non intellexisse. cuius rei proponam exempla pauca quidem sed ad persuadendum aptissima. ep. 140 § 13 initio ut Eutychetis Nestoriique doctrinis quam pertinacissime resistatur papa his admonet uerbis (580_{11}): *aduersum hos, dilectissimi fratres, prouisa remedia illa animi uirtute defendite, qua in labefactionem eorum uidetis haereticos impietate pugnare.* quae graece conuersa sunt ita (581_{13}): κατὰ τούτων, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί, προενοήθησαν ἰατρεῖαι· ἐκείνας τῇ τοῦ λογισμοῦ δυνάμει διεκδικήσατε, ἐπειδὴ εἰς ἀνατροπὴν αὐτῶν ὁρᾶτε τοὺς αἱρετικοὺς διὰ τῆς ἀσεβείας μαχομένους. *prouisa remedia* igitur interpretatus est quasi esset nominatiuus suppleriqpe deberet *sunt*, deinde ablatiuum *illa* ad *uirtute* pertinentem uelut accusatiuum rettulit ad *remedia* et pro *qua* substituens ἐπειδή comptam sententiarum nexum penitus euertit. 576_{21} *nec continue* (i. e. *semper*) *gregis sui oues patitur insidiantium luporum rapacitate discerpi.* interpres (οὐδὲ τῆς ἠνωμένης αὐτοῦ ποίμνης) siue legit siue intellexit *continuae gregis.* 582_{19} *in regia Ozias reuerentia et administratione permanserat, si monitus tantae districtionis exemplo a religiosis institutis, timendo quam adsumendo meliora, temperasset.* interpres non intellegens *temperasset* coniungendum esse cum *a religiosis institutis* foedissime interpolauit ἐν τῷ ναῷ [1]) Ὀζίας ἐν τῇ εὐλαβείᾳ καὶ τῇ ὑπηρεσίᾳ διέμεινεν· εἰ δὲ νουθετηθεὶς τῷ ὑποδείγματι τῆς τοσαύτης ἐπιπλήξεως ἀπὸ τῶν ἱερῶν διατάξεων ἐφοβήθη μᾶλλον ἢ κατετόλμησε τούτων, ἄμεινον ἂν ἐβασίλευσεν. 584_5 *sciant ergo non esse accepta deo, quae de mandatis eius a praesumptoribus adsumuntur, quando unum*

---

1) Thielius (p. 828) interpretem scripsisse conicit ἐν τοῦ ἄνακτος Ὀζίας ἂν τῇ εὐλαβείᾳ . . διέμεινεν, sed haec Graeca esse uereor ut ne interpreti quidem uideri potuerint. ἐν τῷ ναῷ mihi ita explicandum uidetur. ut interpres ***in regia*** sumeret pro ***in arce regia*** sed recordatus Oziam non in suo palatio adolere uoluisse incensum super altare thymiamatis sed ingressum templum domini (Paralip. II 26, 16) pro arce regia substitueret templum.

(id est Oziam, cf. Paralip. II 26, 19) *ad ostensionem sententiae uiuacis dedecoris poena seruauit, alios* (Nadab scilicet et Abiu, cf. Leuit. 10, 1 sq.) *uelox flamma consumpsit.* in his uerbis *poena* esse nominatiuum elucet posteriore parte sententiae *alios uelox flamma consumpsit:* quasi esset ablatiuus uertit interpres ὁπότε ἕνα πρὸς ἐπίδειξιν τῆς ἀποφάσεως τῇ τῆς μεγάλης ἀκοσμίας τιμωρίᾳ ἐφύλαξεν (scil. ὁ θεός). ep. 237 § 9 (p. 728_{25}) *nec quicquam Calcedonensis synodus, quod utile quaelibet diligentia potuisset excogitare, praeteriit, quae praecedentium quoque dogmata uel clarius manifestauit uel repetita auctoritate firmauit.* interpres *repetita* rettulit ad *synodus* uertitque ἣ ἐπαναληφθεῖσα τῇ αὐθεντίᾳ ἐβεβαίωσεν.

• Ceterum praeter formam collectione Auellana traditam primumque in Carafae editione expressam epistulae 140 et 237 eodem modo quo 71—78 totaque collectio ad res monophysitismi spectans etiam altera recensione Latina aetatem tulerunt, quam esse uersionem uersionis Graecae unicuique primo patet aspectu: cf. Maassen, Gesch. d. Q. I 753 sqq. edidit eam primus Merlinus in secundo tomo conciliorum generalium (Paris. 1524) fol. XIV sq. quae postea prodierunt conciliorum collectiones, partim secutae sunt Merlinum ut Crabbius, Surius, Biuii editio prima, Editio regia; partim ut Labbeus, Mansius nec non Fronto Ducaeus in editione Iohannis Zonarae in canones apostolorum commentarii repetiuerunt Carafam, ita tamen ut pauca uelut in titulis ac subscriptionibus desumerent ex uersione Graeca. Baronius epistulam 237 et ipse e Carafae editione transscripsit (ad a. 521, 28), epistulam autem 140 ita exhibuit (ad a. 518, 3), ut conflaret uersionem a Merlino expressam cum forma originali in collectione Auellana tradita perque Carafam publici iuris facta; en unum exemplum pro multis:

Merlinus:	Auellana:	Baronius:
§ 7 init.:		
pensate qualis Maccabeorum exitus,	*reuoluite qua Machabaeorum exi-*	*reuoluite qualis Machabaeorum*

que luctatio[1]) *tolerantibus, que historia laudum secuta est.*	*tus pertinaces uetus historia laude persequitur.*	*exitus, quae luctatio tolerantibus, qua uetus historia laude eos prosecuta est.*

De Uigilii constituto de tribus capitulis (ep. 83).

Epistula 83, qua nec longior est nec recentior in Auellanam collectionem recepta, est Constitutum quod dicitur de tribus capitulis a Uigilio papa die 14 Maii a. 553 ad Iustinianum imperatorem missum. quod primus edidit Baronius ad a. 553, 50 ipseque profitetur celeberrimus cardinalis nactum se illud in Uaticana bibliotheca, ubi antiquitus scriptum adseruaretur. re uera nisi in Auellana collectione traditum non est. Baronius autem, ut solitus est, etiam in hoc edendo magis quam 'codicem peruetustum' librum illum recentiorem secutus est deriuatum ex Ottoboniano *o* iam coniecturis adfecto, de quo supra p. XXXXVII uerba feci. quod quidem, ut alios omittam, demonstratur his locis: 240_9 *prabat* (i. e. *praestabat*) *ei* V, *parabat ei* o: *parabat eum* o^2 Bar. 251_2 *et* Vo: *etiam* o^2 Bar. 253_8 *uidendos* Vo: *uidentes* o^2 Bar. 287_2 *dixisse* V, *tradixisse* α, *traduxisse* o: *tradidisse* o^2 Bar. 309_{22} *relidatur* Vo: *inuratur* o^2 Bar. 314_1 *utendum* Vo: *uidendum* o^2 Bar. 318_{14} *effetamus* Vo: *refutamus* o^2 Bar. sed etiam contra recentiorum codicum auctoritatem quam plurima temere mutauit Baronius, ut si in edendo Constituto omnes eius uarias lectiones subscribere uoluissem, finem prorsus non fuerim reperturus. sed hoc illum etiam in ceteris Auellanae epistulis commisisse iam supra monui. Minus graue fortasse quispiam id putauerit, quod decimae concilii Chalcedonensis actionis magnam partem a Uigilio libello suo insertam (p. 297 sqq.) ita subsecuit Baronius, ut exprimeret solum initium, adpositis

[1]) Legebat igitur is qui hanc uersionem confecit uerba Graeca iam eisdem corruptelis deprauata, quibus foedata occurrunt in codicibus nobis seruatis (ἔξοδος pro ἐξόδοις, πάλη pro παλαιά etc.).

tamen uerbis *et cetera usque ad finem Actionis decimae* (ad a. 553, 189). uerum enim uero etiam magnam partem eorum suppressit, quibus de illa concilii actione ipse Uigilius uerba facit, neque hic quidquam adiecit, quo aliquid a se omissum esse significaret (cf. ad p. 302_{26}). qua quidem re factum est, ut cum eorum, qui post Baronium Constitutum typis exprimendum curauerunt, nemo ad codices recessisset, re uera libellus ille, quo Garnerio uidebatur nihil melius saeculo sexto reperiri editum, adhuc legeretur non solum sexcentis locis deprauatum sed duobus etiam mutilatum.

Sed aliud quoque animaduertendum, quod ad iudicandam uel doctissimorum illius aetatis hominum edendi curam non parui uidetur esse momenti, scilicet Baronium aliquot locis, ubi Uigilius acta concilii Chalcedonensis ad uerbum recitat, non codices secutum esse sed tacitum inseruisse quaedam ex ea actorum recensione, quae in libris impressis tunc ab omnibus uoluebatur. nam cum Uigilius ea fere usus sit concilii illius recensione,[1]) quae antiqua adpellatur quamque hodie obferunt codex C^1 = Paris. lat. 16832 (Notre Dame 88) saec. X et codex N = Uatic. Reg. 1045 et ipse saec. X (cf. Maassen, Gesch. d. Q. I p. 139 et 739), apud Baronium contra codices collectionis Auellanae hic illic eam uerborum formam deprehendimus, quae ex recensione Rustici profecta inde a Crabbio per editiones propagabatur.[2]) cuius rei, ne longus sim, pauca tantum proponam exempla. exhibent

	VC^1N:	Bar. cum editionibus Crabbii, Surii etc.:
297_{17}	*tenentes locum sedis apostolicae*	*tenentes locum sedis apostolicae, quia missi apostolici semper in synodis prius loqui et confirmare soliti sunt*

[1]) Hoc aliquot exemplis iam probauit Baluzius, Noua Collect. Concil. (1683) 958 n. VII.

[2]) Baronium de suo uulgatam uersionem Uigilii uerbis intulisse iam idem Baluzius (l. c. 1307) suspicatus erat.

297_{20}	*catholicum*	*orthodoxum*
298_{1}	*qui ante modicum pro eo factus est, tractandum est a reuerentissimo uiro episcopo*	*qui pro eo paulo ante factus est, existimationis erit uenerabilis episcopi*
298_{3}	*formari*	*formari* edd. ueteres sed in margine adponentes *statui*
		formari siue statui Bar.

Sed haec quidem de editione Baronii; nunc ad aliud transeundum.

Inde a § 29 Uigilius libello suo inseruit sexaginta capitula Theodori Mopsuestini, quae inuenit in prima chartacei uoluminis parte sibi ab imperatore per Benignum Heracleae Pelagoniae episcopum transmissi (cf. p. 236 init. § 28). eadem capitula excepto uno omnia[1]) in sessione quarta concilii quinti Constantinopolitani (die 12 uel 13 Maii a. 553) recitata et in acta illius sessionis recepta sunt. ubi cum plane eisdem legantur uerbis, patet eandem uersionem Latinam, quam Uigilius accepit, praesto fuisse etiam concilio.

Acta concilii generalis quinti qui continent, Maassenus (G. d. Q. I 759) codices adfert duos:

C[1] = Paris. lat. 16832 (ol. Notre Dame 88) saec. X, inde

---

[1]) Quae ratio intercedat inter capitula Theodori in Constitutum recepta et ea, quae leguntur in actis concilii quinti, hac doceberis tabula:

Constituti:		Concilii V conlationis 4:
capp. 1—12	=	capp. 1—12
13		abest
14—30	=	13—29
abest		30
31—41	=	31—41
42—43	=	42 (duo capitula in unum coniuncta)
44—59	=	43—58
absunt		59—60
60	=	61
absunt		62—71

a fol. 134. contuli codicem benigne Gottingam transmissum aestate a. 1892;

C² = Sangall. 672 saec. IX. continet inde ab initio usque ad pag. 112 acta concilii usque ad conlationis quartae uerba *cum magna suppleuit subtilitate* (Mansi IX 221), quae uerba extrema sunt capituli 54 (actorum 53). deinde in ima pag. 112 margine scriptum est: *priora sunt de initiis concilii constantinopolitani. Sequentia uero de ultimis. quę et necessariora uidebantur.* sequuntur p. 113 damnationes concilii (Mansi IX 375—396). itaque Theodori capitula, quibus in Uigilii constituto numeri 55—60 praescripti sunt, in Sangallensi non leguntur. hunc quoque codicem ut a. 1892 Gottingae excutere possem, eorum, qui Sangallensi bibliothecae praesunt, egregia beneuolentia factum est.

Primus acta huius concilii ex codice aliquo ignotae originis edidit Surius.[1]) quam editionem Romani conciliorum editores codice, ut ipsi profitentur[2]), nullo adhibito ita repetiuerunt, ut uerba quam plurimis locis de suo interpolarent. deinde Labbeus, cum nouam conciliorum institueret collectionem, nactus est ille quidem codicem Parisinum C¹ sed lectionum eius perraro habuit rationem. totum codicem C¹, quamquam non ubique ea qua par erat diligentia, excussit Stephanus Baluzius collationemque edidit in Noua collectione conciliorum I (1683) col. 1491—1548. Baluzii notas adhibuerunt Harduinus Coletius Mansius, sed ne hi quidem ea qua decebat usi sunt diligentia, ut saepissime etiam apud Mansium in uerborum ordine editorum Romanorum inania deprehendantur inuenta.

Praeter Parisinum C¹ Baluzius adhibuit codicem quendam Bellouacensem (C³) nobis non seruatum eique simillimum, quo usus erat Surius. uterque enim codex, et Surii et

[1]) Tomus secundus conciliorum omnium (.. per F. Laurentium Surium Carthusianum), Colon. Agripp. 1567 p. 490 sqq.

[2]) Concilia generalia ecclesiae catholicae Pauli V. Pont. Max. auctoritate edita. Tom. II (1609) fol. 2ᵛ.

Bellouacensis, a Parisino aliquot locis quam maxime distant, inprimis ea re, quod Parisinus cum acta collationis primae et secundae hic illic duobus illis exhibet uberiora[1]), tum in actis collationis septimae scripta aliqua obfert, quae in illis omnino non leguntur[2]). quod quidem sitne re uera ita explicandum, ut forma breuior contrahendo omittendo ex Parisini recensione orta sit, hic non examinauerim, praesertim cum in eis partibus, in quibus nobis uersandum est, duarum illarum familiarum nulla extet differentia. sufficiat statuisse cum Bellouacensi Suriique codice stare etiam Sangallensem (C^2), quippe qui in actis primae et secundae collationis (septimam enim non iam exhibet) eandem quam illi obferat formam breuiorem.

Adhibui igitur in recensendis Theodori capitulis a Uigilio in Constitutum receptis et codicem Parisinum C^1 et, quantum quidem extat, Sangallensem C^2; contra Bellouacensis deperditi lectiones non nisi eis adnotaui locis, ubi diserte de eis Baluzius uerba fecit: cauendum enim esse, ne ex silentio Baluzii de codicum lectionibus quidquam concluderemus, ubi primum paucas Parisini paginas denuo contuli, ilico perspexi. deinde in ea parte, ubi non solum C^1 sed etiam C^2 nobis praesto est, consensum eorum significaui littera C neque in eadem parte, ubicumque aut C^1 aut C^2 cum V concordat, codicis discrepantis leues corruptelas adnotaui. quibuscumque enim locis aut VC^1 stant contra C^2, aut VC^2 contra C^1, ueri quam simillimum uidetur lectionem duobus communem iam in eo fuisse codice, quem eundem (aut cuius apographa inter se simillima) legebant et Uigilius et synodus quinta Constantinopolitana.[3]) quem codicem minime

---

[1]) cf. Hefele, Conciliengesch. II^2 865 adn. 1; Mansi IX 181 sq., 194—198.

[2]) Conferenda sunt de hac re, quae disputauerunt Baluzius l. c. 1475 sqq. (= Mansi IX 163 sqq) et Hefele l. c. § 267.

[3]) Duo loci fortasse excipiendi: 255_3 solus C^2 recte exhibet *differentiam..tantam* (διαφορὰν..τοσαύτην uerba Graeca apud Leontium seruata), *differentiam..tantum* falso VC^1; 234_8 *conferri* recte C^2 et teste Baluzio C^3 (ἀντιβληθῆναι textus Graecus), *confiteri* corrupte VC^1. qui

fuisse mendis uacuum, exempli causa probatur communi eaque falsa codicum VC¹C² lectione 258_{16} *talibus* (pro *talis*) uel corrupta scriptura codd. VC¹ (C² deest) 282_{22} *oboedientiam* (pro *inoboedientiam*).

Superest, ut moneam partem capitulorum Theodori, quorum uersio Latina legitur apud Uigilium et in actis synodi quintae, etiam Graece aetatem tulisse, seruatam uidelicet a Leontio Byzantio. edidit ea A. Mai in scriptor. ueter. nouae collectionis tomo VI p. 299 sqq., cuius textum ego subscripsisse satis habui codice ipso denuo non inspecto.

De collectione Anselmi Lucensis:

Collectionis Anselmi Lucensis usque ad hunc diem nondum editae codices inspexi hos:

A¹ = Uatic. 1364 membr. saec. XII.

A² = Barberin. XI 178 membr. saec. XII.

A³ = Uatic. 4983 chart. saec. XVI,

de quibus conferas Ballerinios in Appendice operum Leonis I p. CCXCV sqq. Anselmus quas cum Auellana communes habet aut epistulas integras aut particulas epistularum, eas non omnes ex Auellana hausit. immo ex codice quodam deteriore Codicis Iustiniani transsumpsit epistulam 84 (A¹: lib. I 88: A²: lib. I 91), ex collectione Hispana uel potius Pseudoisidori [1]) epistulae 37 uerba 84_{7-19} *denique praedicante . . studia profutura* (A¹: lib. VI 14; A²: lib. VI 17) et frustula quaedam ep. 160 (A¹: XI 31; A³: XII 31), scilicet initium usque ad 611_6 *iudicaueras* et 611_{15-20} *negatum est . . correcti.* contra ex Auellana hausit et particulas illas ep. 103, de quibus uide ad p. 483_2 et 484_3 (A¹: XII 23; A³: XIII 22)

---

loci ita uidentur explicandi, ut uerae lectiones in C² (et C³) occurrentes aut coniectura restitutae sint aut casu quodam et in V et in C¹ eadem corruptela deprauatae.

[1]) Uerisimile hoc efficitur exempli gratia his Anselmi lectionibus: 84_{11} exhibet *forte*, 84_{19} *sua studia;* 610_{15} in titulo *Sacratissimo ac beatissimo archiepiscopo almae urbis Romae et patriarchae Hormisdae;* 611_2 *nobis* (cum Isidoro), 611_4 *uobis consentiunt* (cum Isidoro).

et, quod in adparatu commemorare neglexi, uerba quaedam ep. 101. scilicet 467_{6-20} *nec quisquam . . . discretam* quibus ipse eundem quem V praeposuit titulum: *Gelasius uniuersis episcopis per Dardaniam siue per Illiricum constitutis* (A^1: XI 30; A^3: XII 30).[1]) denique ex codice quodam Auellanae etiam integram ep. 95 mutuatus est (A^1: XI 69; A^3: XII 68) quamquam, ut alio loco uberius explicabo, interpolatam hic illic lectionibus eius formae epistulae breuioris, quam littera Σ significaui.

De recensione epistularum 95 et 99.

De recensione harum epistularum cum uberius agendum sit quam harum paginarum angustiae uidentur permittere, hic eis, quae sub initio utriusque adnotaui, nihil addo sed relego ad ea, quae de hac re propediem alibi exponam.

De recensione epistulae 104.

Epistula 104 (*Quod plene fieri cupimus*) a Symmacho papa ad Orientales data antequam per Carafam depromeretur ex codicibus collectionis Auellanae, iam edita erat in libro satis raro, quem mihi suppeditauit regia nostra bibliotheca Berolinensis quique inscriptus est '*Gesta duorum conciliorum, quae inter reliqua minus reperiuntur, nempe Maguneiaci quod celebratum est anno salutis DCCCXXXIII V Idus Iunii et Vuormaciensis XVII Calendas Iunii . . Basileae excudebat Henricus Petrus*'. in fine additum est '*Basileae excudebat Henricus Petrus mense augusto anno MDXXXII*'. quo quidem in libro actis duarum illarum synodorum p. 57 'coronidis uice' subiungitur nostra epistula, quam unde sumpserit editor quamuis non profiteatur, tamen hanc editionem (ψ) non dependere ex Auellanae codicibus nobis etiamnunc seruatis demonstratur talibus locis, quibus contra V stet cum codice Berolinensi B. uelut, ut non nisi paulo grauiora adferam, exhibent:

---

[1]) Ex Anselmo haec desumpsit Gratianus (C. 24 qu. 2 c. 4), qui ex ipsa Auellana nihil hausit.

488_{13} *nestorii contagione laborauerit* Bψ: om. V
488_{21} *scaeuo* B, *saeuo* ψ: *crebro* V
489_{14} *mutata* Bψ: *mutua* V
492_{21} *ista* Bψ om. V.

sed ne ex codice B quidem uel simili eius fratre originem duxit ψ, cum permultis locis consentiat cum V, distet a B. immo fortasse non desunt indicia, quibus concludi possit ψ ne ex eodem quidem fonte fluxisse, ad quem et V et B redire statuendum est; cf. 489_9 sq. *Apamiae Tyri* VB: *Apameae Ethyrii* ψ, ubi certissime legendum est *Apamiae et Tyri*; 490_{15} *maiorum* B, *malorum* V: *maiora* recte ψ. quamquam haec et pauciora et leuiora sunt, quam unde certi quidquam ausim colligere. id tamen tenendum est editionem ψ, quamuis permultis corruptelis ineptisque mutationibus deprauata sit, tamen ideo nonnullius esse momenti, quod ubicumque V et B inter se dissentiunt nec facile dixeris, utri maior fides habenda sit, eius codicis scriptura uera genuinaque uidetur, quocum illa consentit.

Repetiuerunt editionem ψ Petrus Crabbe in Conciliorum omnium tam generalium quam particularium .. tomo I (Col. Agr. 1551) p. 1028 et Orthodoxographia theologiae sanctae (Basil. per Henr. Petri 1555) p. 910; nonnullis locis eam adhibuit iam Baronius (ad a. 512, 36), qui exempli gratia lacunam illam in V eiusque propagine initio § 3 p. 488_{13} extantem ex illa expleuit.

De collectione Hispana.

Hispana quae dicitur collectio cum Auellana communes habet epistulas quinque:

1) rescriptum Honorii imperatoris ad Bonifatium *Scripta beatitudinis*[1]) = Auellanae ep. 37.

2) epistulam Iohannis Constantinopolitani ad Hormisdam *Redditis mihi litteris*[2]) = Auellanae ep. 159.

---

[1]) Collectio canonum ecclesiae Hispanae (ed. Gonzalez): Tom. II Epistolae decretales ac rescripta Romanorum pontificum, Matriti 1821, p. 39.

[2]) ibid. n. 88 p. 144.

3) epistulam Iustini Augusti ad Hormisdam *Scias effectum*[1]) = Auell. ep. 160.

4) epistulam Hormisdae ad Iustinum *Inter ea quae ad unitatem*[2]) = Auell. ep. 236.

5) epistulam Hormisdae ad Epiphanium Constantinopolitanum *Multo gaudio*[3]) = Auell. ep. 237.

E quibus cum epistulam 37 e Dionysii Exigui decretalium collectione una cum ceteris huius collectionis epistulis in Hispanam transisse iam supra[4]) commemorauerim, restat, ut pauca addam de quattuor reliquis epistulis aut scriptis ab Hormisda aut ad eum ab aliis datis. quas quidem ne ex Auellana in Hispanam translatas esse statuamus, obstant plura. sane quod haud paucis earum locis Hispana lectionem seruauit integram, quibus corruptam obfert V, id nihil ualet, neque enim per se ullo modo ueri dissimile putandum esset ei, qui Hispanae decretales in unum collegit, Auellanae codicem praesto fuisse Uaticano nostro aliquanto emendatiorem.

Neque uero desunt loci, ubi in Hispana eam deprehendas recensionem, quae ex Auellana fluxisse non possit. omissis aliis duo adferam exempla ex epistularum inscriptionibus repetita. epistulae 236 titulum Auellana, ut in hac quidem parte solet, quam maxime exhibet contractum: *Hormisda Iustino Augusto*; pleniorem inscriptionem: *Gloriosissimo atque clementissimo filio Iustino Hormisda episcopus (salutem)* praefigit Hispana eamque ita comparatam, ut non sit, cur eam non esse genuinam putes. eodem modo ne ep. 237 quidem inscriptionis in Auellana quidquam relictum est praeter *Hormisda Epiphanio episcopo Constantinopolitano*, id quod eodem modo una excepta in omnibus epistulis ab Hormisda ad aliquem episcopum datis factum est. at Hispana hic quoque titulum exhibet pleniorem *Dilectissimo fratri Epiphanio*

---

[1]) ibid. n. 87 p. 143.
[2]) ibid. n. 86 p. 141.
[3]) ibid. n. 93 p. 150.
[4]) cf. p. LXI

episcopo Hormisda, qua adloquendi episcopos formula Hormisdam re uera usum esse testantur non solum omnes fere[1] ceterae huius papae epistulae in Hispana seruatae (Thiel, Hormisdae epp. 24, 25, 26, 142, 143) sed etiam nonnullae eiusdem epistulae alibi traditae, scilicet duae, quas dedit ad Caesarium Arelatensem (Thiel n. 9 et 150), et una illa, de qua supra dixi, etiam in Auellana pleniore inscriptione praedita: Auell. ep. 106 *Dilectissimo fratri Dorotheo episcopo Hormisda episcopus.*

Sed accedit aliud. Auellana enim collectio si re uera ei, qui Hispanae decretales collegit, praesto fuisset, hunc etiam alias inde epistulas collectioni suae inserturum fuisse quam maxime ueri simile est. sed neque ullum extat indicium, ex quo omnino ullum Auellanae exemplum antiquis temporibus[2] in Hispaniam perlatum esse aliquo modo concludi possit, et certo demonstrari potest, quomodo quattuor illae epistulae, quas Hispanae cum Auellana communes sunt, eo peruenerint. ipsum enim Hormisdam singula epistularum 159, 160, 236, 237 exemplaria in Hispaniam misisse ipsius edocemur uerbis. ac primum quidem mense Iulio a. 519 ad Iohannem Illicitanum datis[3]: *De qua parte ut ad dilectionem tuam plenius perfectum gaudium perueniret, libelli Iohannis fratris et consacerdotis nostri Constantinopolitani episcopi* (= ep. 159) *et Iustini clementissimi principis Orientis sacrarum litterarum* (= ep. 160) *exemplaria pariter credimus destinanda;* deinde eis, quae haud ita multo post a. 521 d. 26 Martii scripsit ad episcopos per Baeticam prouincias constitutos[4]: *Mox post nostrorum reditum ab Orientalibus missa legatio est, certa sperauit, certa consuluit. sed facimus de his, quae fuerunt dicenda, compendium,*

[1]) Epistula ad Iohannem Illicitanum data (Thiel n. 88) in uetustis Hispanae codicibus adloquendi formula omnino carere uidetur, cf. edit. Gonzal. II n. 89 p. 145.

[2]) Unum Auellanae codicem hodie ex Hispania notum (Escor. ç II 21) pendere ex codice Uatic. α saec. XI exarato p. XXXIII demonstraui.

[3]) Thiel ep. 88 p. 885.

[4]) Thiel ep. 143 p. 981.

ipsa potius ad instruendam notitiam uestram, quae a nobis sunt responsa, dirigentes, quibus responsis nemo non uidet denotari ep. 236 ad Iustinum et ep. 237 ad Epiphanium datas, quippe quas una cum epp. 238 et 239 die 26 Mart. datas Constantinopolim detulerint Iohannes Claudiopolitanus ceterique legati ab Epiphanio Romam missi.[1]) hoc igitur modo quattuor illae epistulae in Hispaniam peruenerunt; ubi cum essent diuulgatae,[2]) factum est, ut insererentur collectioni Hispanae.

Itaque statuendum est Hispanam ex Auellana non pendere.[3]) quod quamquam ita est, tamen non desunt loci, sane paucissimi, ubi duae illae collectiones eandem obferant uerborum corruptelam. nam cum 609_{26} in libello fidei a Iohanne Constantinopolitano ad papam dato et V et Hisp. exhibeat *quod si in aliquo a professione mea dubitare temptauero, his, quos condemnaui, et per condemnationem propriam consortem me esse profiteor*, pro *dubitare* restituendum esse *deuiare* et per se patet et comprobatur altero eiusdem libelli exemplo, quod e scrinio sedis apostolicae editum Hormisda subiunxit epistulae (Thiel n. 26) ad omnes episcopos Hispaniae datae, ubi *deuiare* recte legitur (Thiel p. 796, 6). deinde in eadem Iohannis epistula 608_{12} et V et Hispanae editio Gonzalezii uetustis Hispaniae codicibus innixa exhibet: *omnibus actis a sanctis istis quattuor synodis .. de confirmatione fidei .. adsentio et nihil titubare de bene iudicatis patior sed et conantes aut enisos usque ad unum apicem placiturum perturbare lapsos esse a sancta dei generali et apostolica ecclesia scio*, in quibus uerbis *placiturum* ineptum esse nemo non uidet. Pseudoisidorus haud bene mutauit *placitorum*, cum sine dubio scriptum fuerit *placita* <*ea*>*rum*.

---

[1]) cf. O. Günther, Beiträge zur Chronologie der Briefe des Papstes Hormisda (Sitzungsber. d. k. Akad. d. Wiss. CXXVI n. XI) p. 40. p. 42.

[2]) cf. Hormisdae ad Iohannem Illicitanum uerba (Thiel p. 885): *Ea uero, quae significare curauimus, in eorum sacerdotum, qui fraternitati tuae uicini sunt, curabis perferre notitiam ..*

[3]) Auellanam quattuor illas epistulas hausisse ex Hispana non uereor ne quisquam autumet.

Hae igitur Auellanae Hispanaeque corruptelae [1]) ad eundem quendam fontem referendae sunt; qui quis fuerit. dubium esse nequit. certum enim est sedi apostolicae antiquis illis temporibus in adseruandis epistulis a papis et ad papas scriptis eundem fuisse morem, quem secuti sunt fere uniuscuiusque aetatis homines: epistulae seu ab ipso papa seu a notariis eius conceptae priusquam emitterentur. describebantur in libro ut ita dicam copiali eundemque in librum referebantur quascumque epistulas papa ab aliis accipiebat. iam fac in describenda Iohannis Constantinopolitani epistula errores illos commissos esse: nonne paene necessarium erat transferri eos non solum in collectionem Auellanam sed etiam in illud exemplar. quod ipsum quoque e libro copiali descriptum mittebatur ad Iohannem Illicitanae ecclesiae episcopum? [2])

Pauca hic addere licet de ratione, quam in Hispanae lectionibus adnotandis secutus sum. uetustos enim codices eius in Hispania adseruatos (cf. Maassen, G. d. Q. p. 667 sqq.) cum ipsos adire non possem, inprimis adhibui editionem Gonzalezii supra commemoratam. quae codicum illorum fundamento innititur. sed cum uni Gonzalezio fidem habere nollem, quippe quem in subscribendis uariis lectionibus multo parciorem fuisse inter omnes constet, primum quidem [3]) contuli codicem

i¹ = Uatic. 1341 saec. X,

[1]) Addendum uidetur, quod 721_{14} et in Hispana et in Auellana (et Hadriana) legitur: *anne aliud expectat quod;* neque enim persuasum habeo ipsum Hormisdam pro *spectare* dixisse *expectare.*

[2]) Ea quae dixi de hisce Hispanae epistulis ex registris sedis apostolicae deriuandis non pugnant neque cum eis quae supra dixi de genuinis epp. 236 et 237 in Hispana inscriptionibus neque cum eis, quae alio loco exponam de contracta quam Auellana exhibet titulorum forma iam ad ipsa illa registra referenda. quid enim mirum. si iubente papa epistularum quarundam apographa addi litteris ad aliquem episcopum mittendis in illis non breuis forma titulorum retinebatur propter solam notariorum commoditatem in registris adhibita sed ab ipso notario plenae usitataeque restituebantur inscriptiones?

[3]) Codicem Passioneum a Maasseno p. 667 commemoratum in bibliotheca Angelicana ut inuenirem, non contigit; cod. Uatic. Palat. 575 non est integer neque earum epistularum, de quibus nos agimus, ullam exhibet.

de quo adcuratissime egit Maassenus in Studiorum Pseudoisidorianorum parte altera (= Sitzungsber. der K. Akademie der Wissensch. CIX, II). quem codicem Maassenus ad eam formam Hispanae referendum esse demonstrauit, quam ipse dixit Hispanam Gallicam quamque etiam puriorem exhibet cod. Uindob. 411.[1]) ad quem codicem Uaticanum proxime accedunt codices collectionis Pseudoisidori, quem priusquam collectionem suam Gallica Hispanae forma innixam emitteret, ad uelandam fraudem idem Maassenus quam maxime reddidit probabile alteram adornasse collectionem, eam scilicet, quam hodie obfert Uaticanus ille 1341. Pseudoisidorianae igitur codices excussi duos:

i^2 = Uatic. 630 saec. XI[2]);

i^3 = Uatic. 3791 saec. XII[3]).

iam lectionibus codd. $i^1i^2i^3$ comparatis cum editione Gonzalezii uidi, id quod expectaueram, in uniuersum quidem illas cum hac consentire neque tamen deesse locos, ubi $i^1i^2i^3$ ab editione Matritensi ita distarent, ut potius concordarent cum lectionibus Auellanae. quod quidem minime ita uidetur explicandum esse, ut Pseudoisidorus Hispanae uerba ex Auellana mutauerit: immo omnes illos locos, si adcuratius examinaueris, ita esse comparatos uidebis, ut Gonzalezium eis non uetustorum illorum codicum lectiones reddidisse sed aut errore aut falso corrigendi studio pro codicum uerbis substituisse sua paene certum sit. quae cum ita essent, eam secutus sum rationem, ut ubicumque consentiunt V et Hispanae editio Matritensis, non fere curarem nec interpolationes codicibus $i^1i^2i^3$ communes nec uniuscuiusque eorum menda propria; ubicumque autem V et Gonzalezii editio inter se distant, siglo Hisp. tantummodo eas significarem lectiones, quae communes sunt et editioni illi et i, id est consensui codicum $i^1i^2i^3$, eas

[1]) Ipsum Uindobonensem, cum Uindobonae degerem, ad nescio quem hominem doctum foras datum conferre non potui.

[2]) cf. Maassen, Sitzungsberichte .. CVIII p. 1065, Decretales Pseudo-Isidor. ed. Hinschius p. LXI sqq.

[3]) cf. Maassen l. c., Hinschius p. XXXII.

uero lectiones editionis Matritensis, a quibus et V et i pariter discedunt, adnotarem litteris '*Gonz.*' adpositis.

De collectione Dionysio-Hadriana.

Eis, quae exposui de ratione inter Auellanam et Hispanam intercedente, apte adiciuntur pauca de epistulis et Auellana et Dionysio-Hadriana traditis.

Principalis forma collectionis decretalium a Dionysio Exiguo institutae, qualem prae ceteris exhibet cod. lat. Paris. 3837, cum Auellana nullo uinculo conexa est; epistulam enim 37, quae et in hac legitur et in illa, neque ex Auellana transisse in Dionysianam neque ex hac in illam quam certissime ex eis euadit, quae p. LX sq. de hac epistula breuiter adumbraui. plures quamquam ne eae quidem multae epistulae Auellanae communes sunt cum ea Dionysianae forma recentiore, quam siue Dionysio-Hadrianam siue Hadrianam adpellare consueuimus. exhibet enim Hadriana praeter ep. 37 Auellanae epistulas hasce:

1) Hormisdae ad presbyteros etc. secundae Syriae epistulae *Lectis litteris* (= Auell. ep. 140) initium usque ad uerba 572_{10} *considerans propheta*; cf. Maassen, Gesch. d. Q... p. 448 n. 20 d.

2) epistulam Iustini ad Hormisdam *Quo fuimus semper* (= Auell. ep. 232) una cum adnexa sacerdotum Orientalium supplicatione *Haurite aquam* (= Auell. ep. 232[a]); cf. Maassen, l. c. n. 20 a b.

3) epistulam Hormisdae ad Iustinum *Inter ea quae ad unitatem* (= Auell. n. 236), quam supra uidimus extare praeterea etiam in collectione Hispana; cf. Maassen l. c. n. 20 c.

Quas Hadrianae epistulas si contuleris cum uerbis Auellanae, et hanc et illam statim uidebis plane eandem exhibere recensionem; eadem enim forma inscriptionum, eaedem subscriptiones, eaedem denique haud paucae corruptelae. quarum adtulisse sufficiat has: 704_1 sq. et V et magna pars codicum H(adrianae) praebent: *fontes salutis euangelicas ueritates praedicationes manifeste ostendens*, ubi *ueritates* cum aliquot Hadrianae codicibus in *ueritatis* corrigendum uidetur. 705_{11} sq. *dominus noster Iesus Christus unus est ex sancta et*

unius essentia trinitatis VH; id quod unum uerum est *unius essentiae trinitate* et hic et 705_{15} et 706_{12} dudum restitutum est. 705_{14} *deum uerbum incarnatum est* et V et H falso pro *deus uerbum incarnatus est.* 705_{17} *secundum dei uerbi natiuitatem* VH corrupte pro *secundam dei uerbi natiuitatem.* 706_{5} sqq. *passibilem carni impassibilem deitati, circumscriptum corpori non circumscriptum spiritui* VH; in quibus uerbis librarii describentis errore uno loco commisso factum esse uidetur, ut etiam pro ceteris casibus ablatiuis ponerentur datiui. neque enim credo eum, qui hanc supplicationem e Graeco in Latinum sermonem transtulit nec meliorem nec peiorem quam quo omnes fere litterati eius temporis homines utebantur, datiuos Graecos falso etiam in Latino expressisse datiuis, praesertim in formula illa *passibilem carne, impassibilem deitate* tunc unicuique Latine uel mediocriter docto abunde nota. 707_{6} sqq. *supplicamus igitur uestram clementiam sollicitudinem de perfecta ecclesiarum unitione sanctarum habere debere, ut unitas, quae cum dei facta fuerit iuuamine, nec ullo deinceps rationabili aut inrationabili occasionis fomite inquietari pax possit* VH, nisi quod V omittit *de* et *facta.* aliquid turbatum esse in propatulo est; ego post *iuuamine* inserui *custodiatur.*

Itaque cum Auellana ex Hadriana hausisse non possit, tres illas epistulas Hadriana aut ex ipsa Auellana desumpsit aut ex fonte Auellanae i. e. registris sedis apostolicae. quorum utrum statuendum sit. facile perspicies adhibitis lectionibus, quas in ep. 236 obfert Hispana. ubi cum aliquot loci reperiantur, quibus ueram lectionem seruauerit una Hispana, cum eandem corruptelam deprehendas in V et H,[1]) apparet eum,

---

[1]) cf. 717_{15} *remansit* Hisp.: om. VH; 720_{10} *doctrinam* Hisp.: *doctrina* VH addenda uidentur uerba, quae leguntur 719_{14} sqq.:

Hisp.:	VH:
magnum est sanctae et incomprehensibile mysterium trinitatis: deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus trinitas indiuisa, et tamen notum est, quia proprium est pa-	*magnum est sanctae et incomprehensibile mysterium trinitatis: deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus trinitas indiuisa, et tamen notum est, quia proprium patris,*

qui epistulas illas Dionysii decretalium collectioni addidit, non ipsis sedis apostolicae registris sed exemplari quodam usum esse Auellanae iam illis corruptelis adfecto. quod exemplar codice nostro V aliquanto fuisse emendatius tuo iure expectaueris comprobaturque eis haud paucis locis, quibus uera lectio ab Hispana seruata etiam in Hadriana inuenitur, cum V aut lacunis aut aliis corruptelis deprauatus sit. itaque cum in recensenda ep. 236 hoc trium collectionum stemma statuendum sit



tris, ut generaret filium, proprium filii dei, ut ex patre patri nasceretur aequalis, proprium spiritus sancti, ut de patre et filio procederet sub una substantia deitatis. proprium quoque filii dei etc.	*ut generaret filium, proprium filii dei, ut ex patre patri nasceretur aequalis, notum etiam, quid sit proprium spiritus sancti. proprium autem filii dei* etc.

ubi quin genuinam lectionem seruauerit Hispana, dubium non est, neque enim credi potest Hormisdam, cum proprias duarum trinitatis personarum qualitates dilucide ac perspicue enumerasset, de tertia persona ita uerba fecisse, ut non solum, quod formam dicendi adtinet, ea quae proferret cum prioribus illis quam minime conuenirent sed etiam, quid spiritus sancti proprium esset, ipse non tam tacuisse quam ignorasse uideretur. immo uerba, quae praebent VH, interpolata sunt; quod ita factum esse putauerim, ut cum ante uerba *proprium quoque filii dei* etc. facili librarii cuiusdam errore excidissent uerba *proprium spiritus sancti ut de patre et filio procederet sub una substantia deitatis*, alius librarius, qui ut tertium quoddam membrum deesse bene perspiciebat, ita ecclesiastica doctrina minus erat imbutus, lacunam expleret insertis uerbis illis *notum etiam quid sit proprium spiritus sancti* quam maxime frigidis atque inertibus.

apparet, ubicumque V et Hadriana inter se distant, eam lectionem genuinam esse, cui accedit Hispana.

Superest, ut rationem reddam de Hadrianae codicibus a me excussis, neque enim ut adquiescerem in libris impressis [1]) adhibendis, posteaquam iterum iterumque uidi, quanta et incuria et libidine uel doctissimi saeculorum XVI et XVII homines in editionibus instituendis usi essent, a me potui impetrare. sed cum omnes Hadrianae codices, quorum numerum ingentem esse nemo ignorat, nec possem euoluere nec uellem, praeter aliquot Monacenses satis habui eorum contulisse antiquiores, in quos Italiam peragrans forte fortuna incidi. sunt uero hi:

h^1 = Monac. lat. 6242 saec. IX/X; cf. Maassen, Gesch. d. Q. p. 442 n. 29;
h^2 = Monac. lat. 6355 saec. IX; cf. Maassen p. 442 n. 20;
h^3 = Uatic. Reg. 1021 saec. IX; cf. Maassen p. 441 n. 5;
h^4 = Ottobon. 312 saec. X/XI; cf. Maassen p. 442 n. 33;
h^5 = Lucens. 125 saec. X: cf. Maassen p. 443 n. 59;
h^6 = Uatic. Reg. 1043 saec. X; cf. Maassen p. 442 n. 32;
h^7 = Uatic. Palat. 578 saec. IX/X; cf. Maassen p. 442 n. 25;
h^8 = Monac. lat. 3860 saec. X; cf. Maassen p. 443 n. 55;
h^9 = Monac. lat. 3860ª saec. X; cf. Maassen p. 443 n. 56;
h^{10} = Uatic. 1337 saec. X ut mihi uidebatur; cf. Maassen p. 443 n. 36;

quibus, quod tres illas epistulas adtinet, adiungendus est

d^2 = Uatic. 5845 saec. IX,

qui cum genuinam Dionysii decretalium collectionis formam exhibeat, post hanc tamen ipsa illa obfert additamenta, quae alio ordine disposita Dionysio-Hadrianae propria sunt [2]).

Quos codices si ita in usum uocaui, ut non adnotarem nisi lectiones aut omnibus aut certe parti eorum communes nec fere respicerem recentiorum manuum correctiones, hoc

---

[1]) Extant tres editiones annis 1525, 1609, 1687 emissae; cf. Maassen p. 444, § 587 n. 1—3.

[2]) cf. Maassen p. 450.

omnibus spero probatum iri, neque enim ad id, quod nos agimus, singuli singulorum librariorum errores aut lectiones ex his libris in illos interpolatae quidquam faciunt. deinde per se patet, ut qui e multis codicibus elegissem paucos forte oblatos, me non esse conatum horum stemma quod dicitur eruere. quod num in Hadrianae codicibus, qui etiam magis quam ceterarum collectionum libri manu scripti alius ex alio esse correcti atque interpolati uidentur, omnino possit fieri, aliquo modo dubito. sufficiat igitur de codicum illorum adfinitate adumbrasse pauca sed ea satis certa. ad unam familiam pertinere codd. $h^1h^2h^3h^4$, ad alteram $h^5h^6h^7h^8$ $h^9h^{10}d^2$ inde uidetur euadere, quod 717_{11} uerba *quid enim est*, quae cum Auellana et Hispana exhibent etiam $h^1h^2h^3h^4$. omissa sunt[1]) in $h^5h^6h^7h^8h^9h^{10}$, quibus cum accedat d^2, aut (id quod non satis ueri simile uidetur) archetypum quendam codicum $h^1h^2h^3h^4$ ex Auellana seu Hispana correctum esse aut eos falli necesse est, qui eam totius Dionysianae formam, quam d^2 exhibet, Hadriana putant antiquiorem esse.[2]) deinde inter codices illius classis non solum h^2 et h^3 artissimo uinculo conectuntur[3]) sed etiam h^2 et h^1 ita uel in leuissimis uitiis concordant, ut non uideatur fieri posse, quin ex uno eodemque exemplari descripti sint. quod alteram familiam adtinet, inprimis monendum est de libris Augustanis h^8 et h^9, qui cum ipsi quoque inter se quam simillimi sint, fluxisse uidentur ex archetypo quodam hic illic Hispanae lectionibus inquinato; cf. e. gr. 719_{11} *essentiam* Hisp. h^8h^9: *essentia* uel *essentiae* ceteri codd. H; 719_{17} *est* Hisp. h^8h^9: om. V et ceteri codd. H. neque aliter iudicandi uidentur alii haud pauci loci ex adparatu critico facili opera colligendi, ubi omnibus ceteris Hadrianae codicibus eodem uitio deprauatis integram lectionem cum Hispana (et Auellana) obferunt h^8h^9.

---

[1]) Omittuntur etiam in Hadrianae editionibus supra commemoratis.

[2]) cf. Maassen p. 449 sqq.

[3]) cf. quae de his codicibus exposui *Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtsforschung* XVI p. 239 sqq., p. 249.

Initium ep. 140 atque integrae epp. 37 232 232ᵃ 236 ut in Dionysio-Hadriana leguntur etiam in duabus aliis collectionibus cum principali Dionysiana cognatis. ex quibus eam, quam Maassenus adpellauit Hadrianam auctam (cf. Maassen p. 454 sqq.), ideo non curaui, quod ex Hadriana eam originem duxisse inter omnes constat. altera ea est Dionysianae forma, cui Maassenus nomen dedit Dionysianae Bobbiensis (l. c. 471 sqq.). in qua cum eaedem inueniantur Hilari Simplicii Felicis Hormisdae Gregorii II epistulae, quae in Hadriana extant, iam Maassenus coniecit eas ex hac in illam transisse. quod quidem eo comprobatur, quod 717_{11}, ubi uerba *quid enim est* pars codicum Hadrianae omittit, pars recte seruauit, haec uerba desunt etiam in codicibus Dionysianae Bobbiensis Ambros. S. 33 sup. et Uercell. CXI. itaque in recensendis illis epistulis ne huius quidem collectionis ratio habenda erat.

De epistula 231.

Epistula 231 ab Hormisda ad Possessorem episcopum data iam ante quam a Carafa ex Auellana collectione depromeretur typis descripta erat inter opera Iohannis Maxentii, quae una cum scriptis Fulgentii Ruspensis prodierunt Hagenouiae a. 1520 curante Ioh. Cochlaeo. quae editio quo nitatur codice, et ipse Cochlaeus et Willibaldus Pirckheymer duabus litteris ad Charitatem Pirckheymer uirginum Sanctae Clarae abatissam Norimbergensem directis luculenter exponunt (cf. pag. II et XC editionis commemoratae). fuerat codex 'peruetustus, Longobardicis et insuetis atque adeo incognitis huic saeculo litteris perscriptus' antea Ioannis Tritemii, quo mortuo Pirckheymer optinuit ut sibimet describendus permitteretur. qua opera haud sine magna difficultate Ioh. Cochlaeus tum Norimbergae uersatus ita perfunctus est, ut tempore instante ipse nil nisi Fulgentii opera absolueret, Maxentii uero opuscula eodem codice comprehensa per alium describenda curaret descriptaque Francofurdiae cum archetypo, quem in hac nouissima parte minus dicit fuisse integrum, ipse conferret.

ita factum est, ut Fulgentii Maxentiique opera coniuncta a. 1520 prodirent. de reliquis codicis fatis nihil ut uidetur compertum est omnesque, qui postea edidere Maxentium, inde ab editione Coloniensi anni 1526 satis habuerunt repetiuisse editionem principem Cochlaei.

Hormisdae epistula, de qua hic agitur, inter scripta Maxentii extat fol. XXVIII. lectiones eius littera ϑ significaui. et quidem ϑ haud paucis locis uerba Hormisdae integriora reddere quam V ex adparatu critico ipse doceberis. animaduertendum autem omnino ϑ aliam prae se ferre recensionem quam quae collectione Auellana tradita est, id quod hisce inprimis locis euadit: 696_{16} *Hormisda Possessori episcopo* V: *Dilectissimo fratri Possessori Hormisda* ϑ 699_{6} *deciperent* V: *possint aliquos decipere* ϑ 700_{13} *praeceptis* V (*alias 'disciplinis'* V man. 1 in marg.): *disciplinis* ϑ. etiam uerba *deus te incolumem custodiat frater charissime*, quae 700_{21} post *agnoscat* exhibet ϑ, uix librarii errore factum est, ut in V desint; immo talia scribebantur in eis epistularum exemplaribus, quae re uera papa misit, omittebantur in schedis seu apographis, quae retinebantur in scriniis sedis apostolicae.

Aliud ad epistulae huius uerba restituenda subsidium praebet ipsius Iohannis Maxentii tractatus a Cochlaeo fol. XXIX editionis commemoratae expressus (= μ). quem tractatum ut redargueret ea, quae ad Possessorem Hormisda scripserat, ita Maxentius instituit, ut papae uerba, quae extant inde a § 1 usque ad initium § 10, paene ad litteram frustatim ipse repeteret repetitaque perstringeret. praebet uero μ eandem quam ϑ recensionem, nam, ut alia omittam, 699_{6} ubi in V legitur *deciperent*, non solum ϑ sed etiam μ exhibet *possint aliquos decipere*.

Sed aliud obiter monendum. 698_{11} sqq. Hormisda monachos Scythicos ita depingit: *eo usque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum esse iudicium, nec in numero fidelium deputantes sequaces traditionis paternae, si suae uiderint* c e d e r e *nolle sententiae.* pro *cedere*, si Cochlaeo fides habetur, uetus codex, ex quo et ϑ et μ fluxerunt, in

utraque epistula minus bene exhibuit *credere*, id quod librarii tantum errori adtribuendum esse in propatulo est. quem errorem nisi quis iam a notario sedis apostolicae, qui iussu papae epistulam Possessori transmittendam litteris mandauit, commissum ac dein per omnia exemplaria propagatum esse putauerit (id quod haud ita ueri uidetur simile esse), aliquo modo probabile fit iam ipsum Maxentium papae epistulam suo tractatui praeposuisse coniunctaque edidisse et hunc et illam. neque enim facile credideris id epistulae Hormisdae exemplum, quod nescio quis quandoque Maxentii scriptis inseruerit, casu quodam loco illo idem uitium contraxisse, quo deprauatum erat aut exemplar epistulae ad Maxentium delatum aut tractatus Maxentii exemplum, quo utebatnr is, qui ei Hormisdae epistulam adiunxit.

Sed hoc ipse confiteor paulo esse incertius. in edenda uero epistula eam secutus sum rationem, ut recensionem V quam accuratissime redderem emendaremque ex ϑμ eis tantum locis, ubi sola librariorum incuria aliqua aut omissa uiderentur aut deprauata esse, neque tamen reciperem ea, quae a recensione V aliquo modo afuisse cogitari possent.

Scribebam Berolini mense Octobri a. 1895.

O. Günther.

Corrigenda.

39_{17} leg. *Eutychi* 50_{16} leg. *dissentienti* 131_{11} tenendum erat *aestimans*, cf. exempli gratia locos a Woelfflino in editione regulae Benedicti p. 81 s. u. 'nominatiuus absolutus' congestos. 201_{13} leg. τετράδα 223 adnot. lin. 10 leg. *librarius tertius* 320 adnot. lin. 10 leg. *1364 saec. XII;* epistula 87 edita est etiam *BTA I 489.* 342 ep. 91 edita est etiam *BTA I 519.* 431 adnot. lin. 1 leg. (<*loqueretur*> *de solo*). 445 adnot. lin. 11 leg. 10 *aput.*

EPISTULAE

IMPERATORUM PONTIFICUM ALIORUM

INDE AB A. CCCLXVII USQUE AD A. DLIII DATAE

AUELLANA QUAE DICITUR COLLECTIO

Conspectus siglorum quae inprimis adhibita sunt.

Collectio Auellana.

V = Uatic. 3787 saec. XI ineuntis.
F = fragmentum saec. X/XI extans in fine cod. Uatic. 4961.
α = Uatic. 4961 saec. XI ineuntis ex V descriptus.
α^2, α^3, α^4 = cod. α posterioribus manibus correctus.
o = Ottobon. 1105 saec. XVI ex apographo codicis α descriptus.
o^2 = o posterioribus manibus correctus.
ρ = Uatic. 5671 saec. XVI ex o descriptus.
ρ^2 = ρ posterioribus manibus correctus.
Angelic. = Angelic. 292 saec. XVI/XVII ex ρ descriptus.

B = Berolin. lat. 79 (Phillipp. 1776) saec. IX.

Q = collectio Quesnelliana.
q^1 = Einsidl. 191 saec. IX.
q^2 = Uindob. 2141 saec. IX.
q^3 = Uindob. 2147 saec. IX/X.

D = Dionysianae forma antiquissima.
d^1 = Paris. 3837 saec. IX.
d^2 = Uatic. 5845 saec. IX.

H = collectio Dionysio-Hadriana.
h^1 = Monac. 6242 saec. IX/X.
h^2 = Monac. 6355 saec. IX.
h^3 = Uatic. Regin. 1021 saec. IX.
h^4 = Ottob. 312 saec. X/XI.
h^5 = Lucens. 125 saec. X.
h^6 = Uatic. Regin. 1043 saec. X.

h^7 = Uatic. Palat. 578 saec. IX/X.
h^8 = Monac. 3860 saec. X.
h^9 = Monac. 3860ª saec. X.
h^{10} = Uatic. 1337 saec. X.

ξ = collectio Hadriana aucta.
ξ^1 = Uallicell. A 5 saec. IX/X.
ξ^2 = Uercell. LXXVI saec. X.
ξ^3 = Uatic. 1353 saec. XV.

Z = collectio Sanblasiana.
ζ^1 = Sanblas. 6 saec. VI.
ζ^2 = Lucens. 490 saec. VIII.
ζ^3 = Paris. lat. 3836 saec. VIII.
ζ^4 = Paris. lat. 1455 saec. X.

ω = collectio 'codicis Uaticani'.
ω^1 = Uatic. 1342 saec. IX.
ω^2 = Barberin. XIV 52 saec. IX.
ω^3 = Laurent. bibl. aedil. Florent. 82 saec. X.

Hisp. = collectio Hispana.
Gonz. = editio Gonzalezii.
i = Pseudoisidorus.
i^1 = Uatic. 1341 saec. X.
i^2 = Uatic. 630 saec. XI.
i^3 = Uatic. 3791 saec. XII.
i^4 = Ottob. 93 saec. IX/X.
i^5 = Uatic. 1340 saec. XIV.
i^6 = Uatic. 631 saec. XIII.

A = collectio Anselmi Lucensis.
A^1 = Uatic. 1364 saec. XII.
A^2 = Barberin. XI 178 saec. XII.
A^3 = Uatic. 4983 chartac. saec. XVI.

Φ = consensus codicum:
π = Paris. lat. 12097 saec. VI/VII.
κ = Paris. lat. 1564 saec. IX.
σ = Sangall. 190 saec. IX.
φ = Albig. 2 saec. IX.
χ = Tolos. 364 saec. VIII/IX.

C = consensus codicum:
 C^1 = Paris. lat. 16832 (Notre Dame 88) saec. X.
 C^2 = Sangall. 672 saec. IX.
 (C^3 = cod. Bellouacensis deperditus.)
N = Uatic. Regin. 1045 saec. X.
Γ = Uatic. Regin. 1997 saec. IX.
Δ = Monac. 5508 saec. IX.
δ = additamentum codicis Δ.
β = Monac. 6243 saec. IX.
υ = Ueronens. XXII (20) saec. VII.
K = Paris. lat. 12098 saec. IX.
T = Uatic. 1344 saec. X.
R = Uatic. 3832 saec. XII.
W = Uallicell. XVIII saec. X.

Cod. = Codex Iustinianus.
 $Cod.^1$ = codices eius notae melioris.
 $Cod.^2$ = codices deteriores.

Collectio Graeca ad res monophysiticas pertinens:
 e = Paris. Fonds grec 418 saec. XV.
 o = Ottob. graec. 28 saec. XVII.
 a = Monac. graec. 186 saec. XV.
 g = Uindob. Hist. gr. XLV saec. XV.
 h = Paris. Fonds grec 419 saec. XVI.

Car. I^2 = Epistolarum decretalium summorum pontif. (studio (Carafae) tomus I. Romae 1591 (pars 2).
Bar. = Annales ecclesiastici auctore Baronio.
Coust. = Epistolae Romanor. pontif. studio P. Coustant tom. I (1721).
Collect. Concil. = Collectiones conciliorum inde a Binii usque ad Mansii
BT = Bullarum . . Taurinensis editio (Tom. I 1857).
BTA = Bullarum . . Taurinensis editio. Appendix (1867).
Thiel = Epistolae Romanor. pontif. genuinae rec. Thiel, tom. I (1868).

Uncis ⟨ ⟩ circumsaepsi quae contra codices addenda, uncis [ ] quae eicienda uidebantur. lineola | hic illic in adparatu significaui finem uersus, lineolis || finem paginae codicis.

(1.)

QUAE GESTA SUNT INTER LIBERIUM ET FELICEM EPISCOPOS.

Temporibus Constantii imperatoris filii Constantini durior orta est persecutio Christianorum ab impiis haereticis Arrianis annitente Constantio, qui et Athanasium episcopum resistentem haereticis persecutus est et, ut damnaretur ab omnibus episcopis, imperauit. quod etiam metu principis facere temptauerunt omnes ubique pontifices inauditum innocentemque damnantes; sed Liberius Romanus episcopus et Eusebius Uercellensis et Lucifer Caralitanus et Hilarius Pictauensis dare sententiam noluerunt. hi ergo mittuntur in exilium pro fide seruanda. cum Liberio Damasus diaconus eius se simulat 2
proficisci. unde fugiens de itinere Romam redit ambitione corruptus. sed eo die, quo Liberius ad exilium proficiscebatur, clerus omnis id est presbyteri et archidiaconus Felix et ipse Damasus diaconus et cuncta ecclesiae officia omnes pariter praesente populo Romano sub iureiurando firmarunt se uiuente Liberio pontificem alterum nullatenus habituros. sed clerus contra fas, quod minime decebat, cum summo periurii scelere

1. *Edidit una cum n. 2 et 2a Iac. Sirmond, Marcellini et Faustini libellus precum .. Parisiis 1650; n. 1 et 3—40 edidit Guil. Meyer Spirensis in Indicibus scholarum Gottingensibus 1888 et 1888/9.* 1 *Titulo* IN HOC CODICI CONTINENTUR EPISTOLĘ CCXLIII. QUĘ GESTA SUNT .. *in margine V man. 1 adscripsit:* Quae uera sunt uenerans (uenerare o^2), lector, quae in detractionem romani pontificis et in defensionem hereticorum inueneris, caue. *his in codice* ρ *addit* $ρ^2$: Illa uerba fuerunt addita a Papa Marcello 2^0 cum esset adhuc presbyter cardinalis ecclesiae Romanae. *de quo errore uide quae exposui Prolegom. cap. I* 2 Constantii o^2: constantini *V* 3 arianis *V* 4 annuente *o Sirm.* 5 dannaretur *V* omibus *V* 10 mittantur *V, corr.* o^2 11 simula *V, corr.* α 13 quod *V, corr. Sirm.* 16 romano *o:* umano *V* 18 dicebat *V, corr. o*

Felicem archidiaconum ordinatum in loco Liberii episcopum
susceperunt. quod factum uniuerso populo displicuit et se ab
3 eius processione suspendit. post annos duos uenit Romam
Constantius imperator; pro Liberio rogatur a populo. qui mox
annuens ait 'habetis Liberium, qui, qualis a uobis profectus
est, melior reuertetur'. hoc autem de consensu eius, quo
manus perfidiae dederat, indicabat. tertio anno redit Liberius,
cui obuiam cum gaudio populus Romanus exiuit. Felix notatus
a senatu uel populo de urbe propellitur. et post parum temporis
impulsu clericorum, qui peiurauerant, inrumpit in urbem
et stationem in <basilica> Iuli trans Tiberim dare praesumit.
quem omnis multitudo fidelium et proceres de urbe iterum
4 cum magno dedecore proiecerunt. post annos octo Ualentiniano
et Ualente consulibus X Kalendarum Decembrium die
defunctus est Felix. Liberius misericordiam fecit in clericos,
qui peiurauerant, eosque locis propriis suscepit. itemque
octauo Kalendas Octobr. Gratiano et Dagalaifo consulibus
5 Liberius humanis rebus eximitur. tunc presbyteri et diacones
Ursinus Amantius et Lupus cum plebe sancta, quae Liberio
fidem seruauerat in exilio constituto, coeperunt in basilica
Iuli procedere et sibi Ursinum diaconum pontificem in loco
Liberii ordinari deposcunt; periuri uero in Lucinis Damasum
sibi episcopum in loco Felicis expostulant. Ursinum Paulus
Tiburtinus episcopus benedicit. quod ubi Damasus, qui semper
episcopatum ambierat, comperit, omnes quadrigarios et imperitam
multitudinem pretio concitat et armatus fustibus ad
basilicam Iuli perrumpit et magna fidelium caede per triduum
6 debacchatus est. post dies septem cum omnibus periuris et

2 uniuerso *V, quod moneo contra Meyerum* 4 constantinus *V, corr.* o^2 5 habebitis *dubitanter Meyer* 11 iuli *Vatic. 3786:* uili *V*, iulii o^2; basilica, *quod ante* Iuli *inserui (cf. § 5), ante* trans *inseruit* o 15 cleros *V*, *corr.* ρ^2 16 in locis *a Sirm.* 17 Kalendas Octobris *Sirm.:* Kalendis octob̄ *V* dagalaifa *fort.* α^3 20 exio *V*, *corr.* o basilicam *Meyer* 22 periuria *V*, *corr.* o 23 ep̄sc̄ *ex* epc̄c̄ *corr. V* 26 armatus *Sirm.:* armatos *V*, *quo seruato pro* perrumpit *dubitanter* perducit *proponit Meyer*

arenariis, quos ingenti corrupit pretio, Lateranensem basilicam
tenuit et ibi ordinatus episcopus et redimens iudicem urbis
Uiuentium et praefectum annonae Iulianum id egit, ut Ursinus
uir uenerabilis, qui prius fuerat pontifex ordinatus, cum
Amantio et Lupo diaconibus in exilium mitteretur. quod ubi
factum est, coepit Damasus Romanam plebem, quae sibi
nolebat procedere, fustibus et caede uaria perurguere. presby-
teros quoque numero septem detentos per officium nititur ab
urbe propellere, sed plebs fidelis occurrens eosdem presbyteros
eruit et ad basilicam Liberii sine mora perduxit. tunc 7
Damasus cum perfidis inuitat arenarios quadrigarios et fossores
omnemque clerum cum securibus gladiis et fustibus et ob-
sedit basilicam hora diei secunda septimo Kalendarum Nouem-
brium die Gratiano et Dagalaifo conss. et graue proelium
concitauit. nam effractis foribus igneque subposito aditum,
unde inrumperet, exquirebat; nonnulli quoque de familiaribus
eius tectum basilicae destruentes tegulis fidelem populum
perimebant. tunc uniuersi Damasiani irruentes in basilicam
centum sexaginta de plebe tam uiros quam mulieres occiderunt;
uulnerauerunt etiam quam plurimos, ex quibus multi defuncti
sunt. de parte uero Damasi nullus est mortuus. post tres 8
autem dies sancta plebs in unum conueniens coepit aduersus
eum domini mandata recitare dicentis: nolite timere eos
qui occidunt corpus, animam uero non possunt occi-
dere; psallebat etiam in laudibus et dicebat: posuerunt
mortalia seruorum tuorum escas uolatilibus caeli,
carnes sanctorum tuorum bestiis terrae; effuderunt
sanguinem eorum uelut aquam in circuitu Hieru-
salem et non erat, qui sepeliret. saepe igitur eadem 9
plebs adunata in basilica Liberii clamabat dicens 'Christiane
imperator, nihil te latet. omnes episcopi Romam ueniant.

23 Matth. 10, 28 25 Psalm. 78, 2 sq.

1 eranariis *V, corr.* o² 6 sibi *V:* se *Sirm.* 11 eranarios *V, corr.* o²

agatur causa. quintum iam bellum Damasus fecit. a sede Petri
homicidas foras!' dei autem populus episcopos conuenire
multis precibus exorabat, ut memoratum tanta impietate
maculatum sententia iusta percellerent; quem in tantum ma-
10 tronae diligebant, ut matronarum auriscalpius diceretur. uoces
ergo plebis ad Ualentinianum principem sunt delatae, qui
pietate commotus reditum concessit exulibus. tunc Ursinus
cum Amantio et Lupo diaconibus septimo decimo Kalendarum
Octobrium Lupicino et Iouino conss. ad urbem rediit. cui
11 plebs sancta gratanter occurrit. sed Damasus tantorum sibi
conscius scelerum non mediocri timore concussus redemit
omne palatium, ne facta sua principi panderentur. imperator
nesciens quid Damasus perpetrasset edictum prorogat, ut
Ursino exilio relegato nulla ulterius populos contentio nefanda
collideret. tunc Ursinus episcopus uir sanctus et sine crimine
consulens plebi tradidit se manibus iniquorum et sexto decimo
Kal. Decembr. iussione imperatoris ad exilium sponte prope-
12 rauit. sed populus timens deum multisque persecutionibus
fatigatus non imperatorem, non iudices nec ipsum auctorem
scelerum et homicidam Damasum timuit sed per coemeteria
martyrum stationes sine clericis celebrabat. unde cum ad
sanctam Agnem multi fidelium conuenissent, armatus cum
satellitibus suis Damasus irruit et plurimos uastationis suae
13 strage deiecit. quod factum crudelissimum nimis episcopis
Italiae displicebat. quos etiam cum ad natale suum sollem-
niter inuitasset et nonnulli conuenissent ex eis, precibus apud
eos molitur et pretio, ut sententiam in sanctum Ursinum
proferant. qui responderunt 'nos ad natale conuenimus, non
14 ut inauditum damnemus'. ita praua eius intentio caruit quo
nitebatur effectu.

2 dei *V:* ideo *Meyer* 9 ioueno *fort. ex* iouino *corr. V* 12 omnem *V, corr. o* 14 ursinus exilio *V, corr. o*[2]*:* Ursino in exilium ***Meyer*** 16 sexta *V, corr. o* 17 Kalendas Decembres *Sirm.:* kalendis decembribus *V* 18 nullisque *Sirm.* 19 Iudicem *Sirm.* 24 trage *V, corr. o*

EXINDE PRESBYTERI DIUERSIS MODIS AFFLICTI PER EXILIA ET PEREGRINA LOCA DISPERSI SUNT. EX QUIBUS MARCELLINUS ET FAUSTINUS PRESBYTERI DE CONFESSIONE UERAE FIDEI ET OSTENTATIONE SACRAE COMMUNIONIS ET PERSECUTIONE ADUERSANTIUM UERITATI PRECES UALENTINIANO THEODOSIO ET ARCADIO PRINCIPIBUS OPTULERUNT ITA:

(2.)

Deprecamur mansuetudinem uestram, piissimi imperatores Ualentiniane Theodosi et Arcadi, ut haec in contemplatione Christi filii dei, qui uestrum iuuat imperium, infatigabiliter legere dignemini. sublime regnum uestrum tunc ad sublimiora dei patris omnipotentis et Christi unigeniti filii eius opitulatione conscendit, cum nec in exiguis hominibus despicitis ueritatem nec in multis uel potentibus mendacium roboratis. hoc enim iustissimum est et saluberrimum apud regnum iustitiae, ut personae probentur ex merito ueritatis, non ueritas praesumatur ex potentia personarum; siquidem ius saeculi ideo scriptum est, ne contra uerum aequumue potentia uel multitudo praeualeat, etiamsi ab exiguis uindicetur. quod si haec 2

1—6 *in V ipsa quoque litteris minusculis scripta seiunxi ab eis quae praecedunt ut eius, qui primam collectiunculam (epp. 1—40) conflauit* 2 faustus *V, corr.* o 3 uere *V* et ostent. *Meyer (cf. titulum ep. 2 quem exhibet* Φ): ex ostent. *V* 6 ita EXPLICIT LIBELLUS QUORUMDAM SCHISMATICORUM. INCIPIT EPISTOLA CATHOLICORUM *V*

2. *Libellus datus est Constantinopoli a. 383 uel 384. Praeter Auellanam collectionem extat in codicibus hisce: 1) Paris. lat. 12097 (= π); 2) Sangall. 190 (= σ); 3) Paris. lat. 1564 (= ϰ); 4) Albig. 2 (= φ); 5) Tolos. 364 (= χ).* Φ = *consensus codicum* πσϰφχ *aut omnium aut, ubi unus alterue deest, reliquorum;* X = *consensus codd.* πσϰ, Y = *consensus codd.* φχ. *cf. Prolegom. cap. III* 7 *titulum* Incipit de confessione uere fidei et ostentatione sacrae communionis (communis ϰσ) et persecutione (persecutionis ϰσ) aduersante (aduersanti *Y*) ueritati (ueritatis ϰσ) *praeponit* Φ, *nisi quod his omissis* Incipit epistula episcoporum ad imperatores breuis statutorum *praefigit* π 9 Christi *om.* Φ fili Φ 12 conscendet *V* in *om. Y* dispicetis π, dispicites σ, dispicitis ϰ, despectis φ, dispectis χ 14 etenim Φ 15 ueritas *om.* Φ 16 ius saeculi *Sirmond:* eius saeculi *V*, *om.* Φ

tanta cura etiam in rebus rei publicae a uestra tranquillitate et prouisione seruanda est, ut contra omnem uim potentiamue etiam in minimis ius ueri optineat, quo possit tradita uestro imperio dei nutu florere res publica, quomodo in negotiis diuinis sanctae fidei ueritas impiorum caterua et fraudulentissimis eorum circumuentionibus obfuscatur et premitur? maxime cum uos principes Romani imperii piam Christianae religionis fidem puritatemque tot uestris constitutionibus uindicetis: totum quidem quia ueneratores Christi filii dei pro fide catholica decernitis et omni nisu contra haereticos et perfidos imperii uestri auctoritate conscribitis, non quasi aliqua propriae sententiae noua temptantes, sicut quidam anteriores principes in suam aliorumque perniciem conati sunt, sed ut ostendatis uestras sententias uestramque piam fidem cum sacris scripturarum diuinarum sententiis et piis confessi-
3 onibus conuenire. sed hoc cum magis post atrocissimas prioris temporis persecutiones iuuare sanctam deberet ecclesiam, magis affligit, cum idem ipsi egregii episcopi, qui eam ante hoc sub adsertione uel adsensu haereseos persecuti sunt, nunc quoque sub auctoritate catholici nominis persecuntur et, quanto nunc sub ementita piae fidei professione hoc fraudulentius agunt, tanto et perniciosius grassantur et dolentius aestuat ueritas, quod ei adhuc non licet nec sub uobis imperatoribus,
4 qui piam fidem defenditis, respirare. sed ne hoc ad inuidiam sine rei probatione referre uideamur, causam ut possumus explicamus; quaesumus autem, supplices quaesumus, ut regias aures uestras nobis exiguissimis commodetis, dum ostendimus

2 seruandae istud Φ 3 ius Φ: eius *V* ueri *V:* ueritatis Φ obtineat Φ uestri imperii Φ 5 fraudolentissimis Φ 8 puritatisquae Φ 9 quia *V:* qua *X*, quae *Y* 10 omni nisu *V:* omnes *Y*π, oīhs σ, omnis κ 13 suam *X:* sua *VY* quanati Φ 14 piam fidem Φ: fidem piam *V* 17 proprioris Φ 21 ementia *V*, *corr.* o: mentiti *X*, mentite *Y* piae *X:* pia *V*, pii *Y* 22 et *om.* κ crassantur *V*π aestuat *ex* aestuas *corr.* *V:* est ut Φ 23 ei *om.* κ sub *om.* *Y* 24 respirare *V* inuidam *V* 25 possumus (possimus *X*) explicare Φ 26 autem *om.* Φ quaesumus *om.* Φ

non nos esse haereticos et tamen quasi haereticos uehementer adfligi, cum nec ipsi, qui nos uehementer adfligunt, uel socii eorum possint nunc dicere uel probare, quod simus haeretici, sed ne quidem de se negare, quod superiori tempore haeresim aut acerrime uindicauerint cum intolerabili supplicio fidelium aut certe ei manus dederint damnata catholica fide, quam prius adserebant, dum metuunt pro Christo filio dei exilium perpeti, pro quo etiam laico fideli quaeuis mors atrocissima subeunda est, quia nobis donatum est, ut ait apostolus, pro Christo, non tantum ut in eum credamus sed ut etiam pro illo patiamur; talis enim mors uel passio beatae inmortalitatis occasio est.

Non latet mansuetudinem et deuotam deo religionem uestram, 5
quam impia quamue pestifera sit haeresis Arriana, contra
quam a patribus nostris apud Nicaeam spiritali uigore con-
scriptum est, ita ut et apostolicae fidei pia confessio serua-
retur atque ipsius haereseos perpetua damnatio seruaretur, ne
quis falli posset in posteris. sed Arrius ut cor Pharaonis non 6
credens diuinam in se tunc datam fuisse sententiam nescio
qua ratione subripuit apud Constantinum sperans, quod ipsius
suffragio spiritalium sacerdotum sententia rescissa recipi posset
in ecclesiam. denique idem Constantinus iusserat, ut ei sanctus
ac beatae memoriae episcopus Alexander communicaret, non
ille Alexander, qui fuit diuinae fidei episcopus in Alexandria
(qui et plenus sapientia et spiritu sancto feruens eundem
Arrium primus et detexit et expulit et in perpetuum damna-

9 Philipp. 1, 29

2 cum nec ipsi *om.* *V* 3 eorum *V:* quorum Φ uel probare *om.* Φ 8 loico *V* 11 ut *om.* π 15 nicheam Φ spiritali *V:* tali Φ conscripta Φ 16 et *om.* Φ confessio *V*πκχ: confessione σφ 17 atque ipsius . . seruaretur *om.* π damnatione Φ seruaretur *V*Φ*:* firmaretur *in marg.* o² *Sirm.* 18 posset o: posse *V*, possit Φ arius *V* 19 diuina Φ 21 spiritalium *V*σ: spirete talium π, speret et talium κ spiret et alium φ, spiret et talium χ; specialium *Sirmond* rescissa *om.* Φ 22 deneque *V* constantius Φ ei *V:* eis *X*, eius *Y* 23 communicaret non ille alexander *om.* *Y* 25 fruens Φ 26 perpetuo Φ

uit), sed iste Alexander, qui in hac Constantinopolitana urbe
7 fuit et ipse admirabilis episcopus. qui cum uideret, quod Arrius saeculi istius rege niteretur, exclamauit ex imo pectoris dolore stans in loco sacrarii ad Christum uerum et sempiternum regem et dominum omnium regum, ne illam labem in ecclesia pateretur intrare. cuius oratio quam constans fuerit, quam fidelis, hinc probatum est, quod idem Arrius, antequam intraret ecclesiam, dedit poenas nouas et grauissimas usque ad turpem interitum. nam cum pridie quam se putauit sanctam ecclesiam imperatoris auxilio homo impius intraturum, cum nihil languoris, nihil doloris in corpore pateretur sed, quod grauius est, solo animi morbo insanabiliter aegrotaret, humana consuetudine secessum petit atque illic cum sedit, grauissimo repente dolore cruciatus omnia sua uiscera et ipsum cor, quod erat thesaurum impietatis, effudit in stercora atque ita (mirabile dictu!) internis omnibus euacuatis attenuatus est uel ad momentum sicut luridati corporis tabe resolutus est, ut per angustias foraminis et sedilis totus ipse
8 laberetur. digna haec poena impio, digna haec mors turpis pestifero haeretico atque de spiritu diaboli foetidissimis membris digna haec sepultura: nouo enim exemplo et cruciari debuit et perire, qui nouas aduersus unigenitum filium dei commentatus fuerat impietates, dicens eum non uere de patre natum et quia erat, quando non erat, et quia ex nihilo sub-

1 hac *om.* Φ 2 uiderit Φ 3 regni (regno *Y*) teneretur (teneret π) Φ eximium Φ 4 dolo Φ loca *V* 6 ecclesiam *Sirm.* 7 hic *V* 9 quam *V:* iam Φ 10 homo *V:* immo Φ 11 langoris *V*πσ 12 quod *om.* φ 13 petiit Φ 14 cum sedit *X:* dum sedit *Y,* cum sederet *V* repente *om. Y* 15 thesaurus o² 16 dictum Φ interaneis Φ 17 monumentum *V* ludridati π, lurididati σκ, lurididati *Y* tabes est lotus est κχ, tabes est solutus est φ, tabes lotus est σ, tabis est lutus est π 18 ut *om.* Φ 19 haec poena impio digna *om.* Φ haeo mors *V* 20 menbris *V* 21 digna *om.* Φ haec *V:* ac Φ 22 perire qui] *finis folii 47 in* χ; *exciderunt duo folia, ita ut folium, quod hodie est 48, incipiat inde a uerbis* fidem integram nec sub (§ 83) 23 impietatis dicente Φ 24 qui erat quod non Φ et *om. X*

stitutus est, ne eiusdem substantiae et diuinitatis et sempi-
ternitatis et omnipotentiae, cuius et pater est, crederetur.
hoc ideo retulimus augustae mansuetudini uestrae. ut uero 9
intenta uestra prudentia animaduertat, quam uenerabilis fides
sit conscripta apud Nicaeam aduersus Arrium, cui et deus
non solum per auctoritatem scripturarum diuinarum sed etiam
per sacratissimam orationem sancti quoque Alexandri testi-
monium dedit, et quam exsecrabilis est impia doctrina Arrii,
quam in ipso Arrio nouo genere supplicii sententia diuina
damnauit non expectans in illo diem iudicii, ut exemplo poe-
nae eius ceteri perterriti praecauerent. quo utique exemplo 10
nec illud dubitandum est, etiam hos apud deum esse damnatos,
qui Arrii impiam doctrinam renouandam uel suscipiendam esse
crediderunt. quomodo enim eos perpetua poena disiungit, quos
impia doctrina non separat? pares reos etiam uestris legibus
unus carcer includit atque una ferit sententia. sed et illud
ambigi non potest, hos esse uere catholicos, qui per exilia,
per genera suppliciorum, per atrocitatem mortis illam fidem
sine dolo uindicant, quae apud Nicaeam euangelica atque
apostolica ratione conscripta est, quam deus apertissime pro-
bauit supplicio Arrii impugnantis eam. quod si haec apud 11
uos uera sunt, quae apud scripturas diuinas uera roborantur,
aduertite, piissimi et religiosissimi imperatores, in quo rei
sint, qui sub his diuinis regulis et professionibus fidem suam
ac deuotionem Christo deo consecrauerunt nullum timorem
diuino timori praeponentes. sed licet Arrius sit sepultus in 12
stercoribus, reliquit tamen suae impietatis heredes; denique
non defuerunt uermes, qui de eius putrido cadauere nasce-

1 nec *X* et diuinitatis . . omnipotentiae *om.* *V* 2 creditur Φ 3 auguste *V*φ*:* augusti κ, agusti πσ 5 nichenam πς, nicenam φ, nycheam κ 7 quoque *om.* φ 9 in *om.* Φ arriano Φ 10 illo diem ρ²*:* illo die *VX*, illum diem φ ut *V:* sed ut Φ 11 praecauerint πκφ 12 eum Φ 14 poena *om.* φ 17 hos πς, os φ: hoc *V*κ 20 aplica *V* 24 diuinis *om.* κ 26 arius *V* in *om.* *V* 27 stercoribus aliquos tamen suae impietatis heredes dereliquit Φ reliquid *V* 28 qui de *V* quid κς, qui πφ putredines σφ, putridines κ, putritudines π

rentur. per quos quae gesserit diabolus artifex erroris, longum est exsequi, etiamsi exsequi possemus; infinita sunt enim et incredibilia, non tamen falsa. illud uero nunc, quod ad praesentem causam facit, exponimus, quod imperatorem Constantium per fraudulentam disputationem Arrianae impietatis participem fecerunt. dedissent et isti in praesenti poenas, si non oporteret secundum apostoli sententiam et haereses esse,
13 ut probati manifesti fierent. habentes ergo hi, quos diximus, uermes Arrii adsistentem sibi regiam potestatem primum quidem per singulos in euersionem catholicae fidei et in excidium sacrae religionis pro Arriana impietate contendunt, ita ut resistentes aut calumniis adpeterent uel poenis uel exilio cruciarent et necarent. ubi tamen amplius per suam rabiem grassati sunt et fecerunt sui ubique terrorem, non iam contenti ire per singulos, postremo cogunt undique in unum episcopos conuenire et datur locus ad synodum Orientalibus quidem Seleucia Isauriae, Occidentalibus uero ciuitas Arimi-
14 nensis. atque illic primum quidem episcopi pro sancta fide uenientes confirmant illam expositionem, quae apud Nicaeam conscripta est, ita ut nihil inde minueretur, eo quod euangelicam fidem uerbis inexpugnabilibus explicaret et Arrii impiam doctrinam diuina auctoritate damnaret. tunc demum oblatam ab Ursacio, Ualente, Germinio et Gaio huiusmodi fidei conscriptionem, quae et fidem catholicam reprobaret et Arrium absolueret, immo et introduceret pestiferam eius doctrinam, execrantur et damnant tam impiam fidem eorum quam etiam ipsos, inexpiabile scelus esse iudicantes, qui patrum fidem uenerabilem uiolent, si hos tam impios atque impiam
15 eorum conscriptionem pateretur ecclesia. mittunt quoque

7 Cor. I 11, 19

2 possimus Φ 3 uero *om.* π 4 constantinum Φ 9 adsentientem Φ primus *V* 11 arrianam impietatem Φ ita ut resistentes *usque ad* inuadere non potuerunt (§ 75) *om.* Φ 12 penis *V* 14 crassati *V* sui *scripsi:* sibi *V* 17 isaurire *V* areminensis *V* 23 ursatio *V* 27 qui *scripsi:* si *V*

decem legatos ad imperatorem Constantium scribentes, quae gesta sunt, et hortantes simul, ut ipse quoque decreta patrum pro fide uenerabili contra haereticos inuiolata seruaret. mit- 16
tunt sane et haeretici legatos: quos tunc familiarissime et ut suos suscepit Constantius; eos uero legatos, qui pro fide catholica contra haereticos uenerant, reprobat et per suos nunc gratia inuitat, nunc minis perterret et interim sola dilatione discruciat, ut in ultimum, cum iram regis metuunt, cum non dignantur pro Christo filio dei exilium perpeti, cum propriis sedibus et ecclesiarum perniciosissimis possessionibus oblectantur, rescindant, quod pie uindicauerant, et suscipiant, quod ut impium damnauerant. liceat in hoc apud uos religiosos 17
imperatores in causa dei dolentius ingemiscere: episcopi plus iram regis terreni timuerunt quam Christum uerum deum et sempiternum regem; grauius exilium temporale esse crediderunt quam perpetuam poenam secundum Esaiam indormitabilis uermis et ignis inextinguibilis; suauiora habuerunt propria domicilia et possessiones quam in regno Christi beatam et perpetuam habitationem. sed Constantius non contentus 18
ruina et labe decem legatorum mittit Ariminum, ut omnes illic episcopi similiter uerterentur. qui et ipsi malo illo exemplo legatorum suorum piam fidem patrum, quam uindicauerant, reprobant subscribentes in illa fide Arrianorum, quam integro et libero iudicio damnauerant. aduertit sapientia uestra 19
Ariminensem synodum piissime coeptam sed impiissime terminatam. eadem autem et apud Seleuciam Isauriae ab episcopis impietas commissa est. iudicate, piissimi et religiosissimi imperatores, in quo rei sunt et in quo merentur adfligi, qui nolunt cum talibus episcopis conuenire, qui cum primum fidem integram uindicarent et impiam fidem reprobarent, postea, cum metuunt exilium, cum rebus suis et sedibus oblectantur, uertunt sententias, damnantes ad nutum haeretici imperatoris

16 Esaias 66, 24

10 perniciosis siriis *V*, *corr.* *o* 11 rescindunt *V*, *corr.* *o* suscipiunt *V*, *corr.* *o* 13 ingemissere *V* 24 damnauerunt *V*, *corr.* *Sirm.* 29 qui *a*: qu *V*

illam apostolicam, quam uindicauerant, fidem et suscipientes
20 illam Arrii, quam reprobauerant, impietatem. nonne gratum
habere debuerunt, si tamen credebant futurum dei iudicium,
omnia mala perpeti quam esse uenerabilis fidei proditores,
cuius uirtus sancti quoque Alexandri orationibus et Arrii
supplicio fuerat adprobata? maxime cum et gloriosae passionis
praecessisset exemplum licet paucissimorum episcoporum, qui
ne euangelicam apostolicamque fidem uiolarent, ne impiis
adquiescerent, non exilium, non supplicium nec aliquam atro-
21 citatis mortem recusauerunt. denique ante synodum Arimi-
nensem Paulinus de Trieris constantissimus episcopus datur
in exilium piam fidem uindicans et execrans consortium
22 Arrianorum. sed et apostolicus uir Lucifer de Sardinia Ca-
ralitanae ciuitatis episcopus ob hoc, quod bene esset agnitus
per contemptum saeculi, per studium sacrarum litterarum,
per uitae puritatem, per constantiam fidei, per gratiam diui-
nam, a Romana ecclesia missus est legatus ad Constantium
et ob hoc, quod fidem uenerabilem uindicauit, quod detexit
et conuicit haereticos, ductus est in exilium cum omni atro-
23 citate iniuriarum. similiter et Eusebius a Uercellis nec non
et Dionysius Mediolanensium, Constantio regi primum fami-
liaris, cum adhuc ignoraret eum fautorem esse haereticorum;
postea tamen quam ei cognitum est et probatum, quod hae-
reticos uindicaret, respuit regis impiam familiaritatem, malens
exilium, ne Christi dei amicitiam perderet, ne sanctorum con-
24 sortium non haberet. sed et Rodanius mittitur in exilium
nec non et Hilarius, qui etiam scripta contra haereticos et
praeuaricatores edidit, licet postea uero interruperit fauens
praeuaricatoribus, ut non dicamus interim, quia † ubi et haere-

5 uirtus *V:* ueritas *Sirm.* 7 qui nec *V*, *corr.* ρ^{2} atrocitatis mortem *V:* mortis atrocitatem *Sirm.* 15 sacrum *V*, *corr. Sirm.* 21 dionisius *V* 25 amicitias *V*, *corr.* ρ 29 ubi et *corrupte V:* fauit *Mazochius, Commentar. Neapol. Kalend. p. 576;* interim <haereticis> quia ubi <prae-uaricatoribus ibi> et haereticis *editor Oxoniensis*

ticis, in quos eloquentiae suae uiribus perorauerat. Maximus 25
quoque de Neapoli Campaniae, eo quod esset inhabili stomacho
et corpore delicatior, primum quidem, ut cederet, diu ad-
flictus iniuriis, deinde ubi ob constantiam animi fideique
uirtutem carnis infirmitate non uincitur, ductus est in exilium
atque illic martyr in domini pace requieuit. sed et Ru- 26
fininus, mirae quidem simplicitatis sed admirabilior in tuenda
fide, effusione sui sanguinis praeuenit exilium. denique cum
pro fidei integritate persistit, hunc Epictetus atrox ille et
dirus de Centumcellis episcopus ante raedam suam currere
coegit et, cum diu currit, sic in uia ruptis uitalibus sangui-
nem fundens expirauit. sciunt hoc Neapolitani in Campania,
ubi reliquiae cruoris eius in obsessis corporibus daemonia
affligunt, pro gratia utique fidei illius, pro qua et sanguinem
fudit. fuerunt et alii episcopi de Aegypto, licet pauculi, 27
quorum alii in fugam uersi sunt, alii uero in exilium dati,
eo quod nollent cum episcopis impiis et crudelibus conuenire.
quam utique salubre fuerat, quam pulcrum quamue gloriosum,
si omnes illi episcopi pari uirtute et simili conspiratione
fidem, quam recte semper uindicauerant, in finem usque ser-
uassent, non exilia neque supplicia pertimescentes ad capiendam
utique futuram in dei Christi regno perpetuam beatitu-
dinem! et tacemus, quod fortassis ipsum illum Constantium, 28
quamuis regni potestate terribilem, tantorum tamen episco-
porum unita constantia confutasset et frangeret, fortassis
etiam et intellegere fecisset magnum pretium esse istius fidei,
pro qua nullus episcoporum exilium proscriptiones tormenta
mortemque recusaret. sed paululum territus tantus episcoporum
numerus cateruatim dederunt manus impietati et ad maiorem
iam uesaniam incalluit impietas tam facili strage multitu-
dinis. non hoc minus sacrilegium est, non haec minor im- 29
pietas, quam si sub persecutore gentili idolo sacrificatum est,

3 adflictis *V*, *corr.* o 6 Rufinianus *Sirm.* 10 dyrus *V* 15 egypto *V* 27 pscriptiones *V*, *corr.* o² 30 incall////uit *V* (*eras.* a): incallauit α, incaluit o, inclinauit *cod. Angelic.* 292, *Sirm.* 32 super secutore *V*, *corr.* o

quia et in haeresi perterritum subscribere daemoniis sacri-
ficare est, siquidem docentibus scripturis diuinis doctrina
30 daemoniorum est haeresis, sicut et idolatria. interea quia
apud quosdam multitudo praeponitur ueritati, eo quod pau-
culos habeat sectatores, et ob hoc affligimur, quod in paucis
sequimur inuiolabilem fidem et multos uitamus propter impias
haereses et sacrilegas praeuaricatorum subscriptiones: quid
censetis in hac causa, o iustissimi imperatores et catholicae
fidei uindices? de his duabus partibus cui calculum datis?
una est pars, in qua multi sunt episcopi; sed ubi multi sunt,
illic per praeuaricationem sacra Christi fides uiolata est semper
ante defensa, illic metu regis Arrii suscepta impietas est
semper ante damnata. ubi uero paucissimi sunt, illic per
exilia, per cruciatus, per effusionem sanguinis, per ipsam
mortem fides Christi uindicatur et Arrii impietas atque omnis
31 haeresis ut summum malum execrabiles sunt. sed etsi non
est dubitandum paucos episcopos esse pretiosos de merito
confessionis et inuiolabilis fidei, multos uero nullificari merito
haereseos uel praeuaricationis, quia in causa ueri, maxime in
causa religionis et sacrae fidei, non numerus numero compa-
randus est sed pura illa apostolica fides probata exiliis, pro-
bata cruciatibus licet unius, multorum infidelitatibus praepo-
nenda est: tamen necessarium est damnatae praeuaricationis
diuinum quoque praesens proferre documentum, ut sicut in
Arrio impia secta eius diuina animaduersione punita praeiu-
dicat et de sectatoribus eius, quod eadem illos poena maneat,
qua torquetur et Arrius, ita et de praeuaricatoribus sacrae
fidei nihil aliud sentiendum sit, quam quod in uno uel duobus
praeuaricatoribus poenis praesentibus diuino iudicio deter-
32 minatum est. Potamius Odyssiponae ciuitatis episcopus
primum quidem fidem catholicam uindicans, postea uero prae-
mio fundi fiscalis, quem habere concupiuerat, fidem praeuari-

2 cf. Timoth. I 4, 1

2 est ρ² *Sirm.*: et *V* 3 idololatria *Sirm.* 6 uitemus *V*, *corr. Sirm.*
30 potamus *V* odyssipęnę *V:* Olysippone ρ² *in marg.*

catus est. hunc Osius de Corduba apud ecclesias Hispaniarum et detexit et reppulit ut impium haereticum. sed et ipse Osius Potami querela accersitus ad Constantium regem minisque perterritus et metuens, ne senex et diues exilium proscriptionemue pateretur, dat manus impietati et post tot annos praeuaricatur in fidem et regreditur ad Hispanias maiore cum auctoritate, habens regis terribilem iussionem, ut si quis eidem episcopus iam facto praeuaricatori minime uelit communicare, in exilium mitteretur. sed ad sanctum Gregorium 33
Eliberitanae ciuitatis constantissimum episcopum fidelis nuntius detulit impiam Osii praeuaricationem; unde et non adquiescit memor sacrae fidei ac diuini iudicii in eius nefariam communionem. sed Osius, qui hinc plus torqueretur, si quis ipso iam lapso staret integram fidem uindicans inlapsa firmitate uestigii, exhiberi facit per publicam potestatem strenuissimae mentis Gregorium, sperans quod eodem terrore, quo ipse cesserat, hunc quoque posse cedere. erat autem tunc temporis Clementinus uicarius, qui ex conuentione Osii et generali praecepto regis sanctum Gregorium per officium Cordubam iussit exhiberi. interea fama in cognitionem rei 34
cunctos inquietat et frequens sermo populorum est 'quinam est ille Gregorius, qui audet Osio resistere?' plurimi enim et Osii praeuaricationem adhuc ignorabant <et>, quinam esset sanctus Gregorius, nondum bene compertum habebant. erat enim etiam apud eos, qui illum forte nouerant, rudis adhuc episcopus, licet apud Christum non rudis uindex fidei pro merito sanctitatis. sed ecce uentum est ad uicarium et multi 35
ex administratoribus intersunt et Osius sedet iudex, immo et supra iudicem, fretus regali imperio, et sanctus Gregorius exemplo domini sui ut reus adsistit non de praua conscientia sed pro conditione praesentis iudicii, ceterum fide liber, et est magna expectatio singulorum, ad quam partem uictoria

1 ossius *V et sic semper per duplicem* s hyspaniarum *V* 3 Potamii *Sirm.* quęrela *V* minisque *Sirm.*: in his quę *V* 10 eliberitarię *V, corr.* ρ^2 16 quod *del.* ρ^2, *om. Sirm.* 23 et *add. Sirm.*: *om. V* 32 at *V, corr.* o

declinet. et Osius quidem auctoritate nititur suae aetatis,
Gregorius uero auctoritate nititur ueritatis; ille quidem fiducia
regis terreni, iste autem fiducia regis sempiterni. et Osius
scripto imperatoris utitur, sed Gregorius scripto diuinae uocis
36 obtinet. et cum per omnia Osius confutatur, ita ut suis
uocibus, quas pro fide et ueritate prius scripserat, uindicaretur,
commotus ad Clementinum uicarium 'non' inquit 'cognitio
tibi mandata est sed exsecutio. uides, ut resistit praeceptis
regalibus: exsequere ergo, quod mandatum est, mittens eum
in exilium'. sed Clementinus, licet non esset Christianus,
tamen exhibens reuerentiam nomini episcopatus in eo maxime
homine, quem uidebat rationabiliter et fideliter obtinere, respondit
Osio 'non audeo' inquiens 'episcopum in exilium
mittere, quamdiu adhuc in episcopali nomine perseuerat. sed
da tu prior sententiam eum de episcopatus honore deiciens
et tunc demum exequar in eum quasi in priuatum, quod ex
37 praecepto imperatoris fieri desideras'. ut autem uidit sanctus
Gregorius, quod Osius uellet dare sententiam, ut quasi deiectus
uideretur, appellat ad uerum et potentem iudicem Christum
totis fidei suae uiribus exclamans 'Christe deus, qui uenturus
es iudicare uiuos et mortuos, ne patiaris hodie humanam
proferri sententiam aduersus me minimum seruum tuum, qui
pro fide tui nominis ut reus adsistens spectaculum praebeo,
sed tu ipse, quaeso, in causa tua hodie iudica, ipse sententiam
proferre dignaberis per ultionem. non hoc ego quasi
metuens exilium fieri cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum
supplicium non suaue sit, sed ut multi praeuaricationis errore
liberentur, cum praesentem et momentaneam uiderint ulti-

20 cf. Petr. I 4, 5 (Timoth. II 4, 1)

4 utitur *V:* nititur *Sirm.* scripta *Sirm.* 6 iudicaretur *o* 11 exibens *V* in eo *o:* meo *V* 12 homine *ras. ex* hominē *V* 15 deicient *V, corr.* o^2 17 *uerba* ut autem uidit *usque ad* iudicare (§ 40) *fere ad uerbum adfert Pseudo-Isidorus de uiris illustr. c. 14* 18 dare *V:* ferre *Isidor.* deiectum *V, corr.* o^2 19 ad uerum o^2: aduersum *V* 20 uisceribus *Isidor.* 25 dignare *Isidor.* non ego quasi exilium metuens fugere cupio *Isidor.* 26 metues *V, corr. o*

onem'. et cum multo inuidiosius et sanctius deum uerbis 38
fidelibus interpellat, ecce repente Osius, cum sententiam
conatus exprimere os uertit, distorquens pariter et ceruicem
de sessu in terram eliditur atque illic expirat uel, ut quidam
uolunt, obmutuit. inde tamen effertur ut mortuus. tunc ad-
mirantibus cunctis etiam Clementinus ille gentilis expauit et,
licet esset iudex, tamen timens, ne de se quoque simili sup-
plicio iudicaretur, prostrauit se ad pedes tanti uiri obsecrans
eum, ut sibi parceret, qui in eum diuinae legis ignoratione
peccasset et non tam proprio arbitrio quam mandantis imperio.
erat tunc stupor in omnibus ac diuinae uirtutis admiratio, 39
quod in illo spectaculum totum nouum uisum est: nam qui
proferre uoluit humanam sententiam, mox diuinam perpessus
est grauiorem, et iudex, qui iudicare uenerat, iam pallens ut
reus timebat iudicari, et qui quasi reus in exilium mittendus
adstiterat, a iudice prostrato rogabatur, ut parceret quasi
iudex. inde est, quod solus Gregorius ex numero uindi- 40
cantium integram fidem nec in fugam uersus nec passus exi-
lium, cum unusquisque timuit de illo ulterius iudicare. uide- 41
tisne damnatae a deo praeuaricationis mira documenta? scit
melius omnis Hispania, quod ista non fingimus. sed et
Potamio non fuit inulta sacrae fidei praeuaricatio. denique
cum ad fundum properat, quem pro impia fidei subscriptione
ab imperatore meruerat impetrare, dans nouas poenas linguae,
per quam blasphemauerat, in uia moritur nullos fructus fundi
uel uisione percipiens. non fuit auari hoc tormentum leue: 42
moritur, qui propter concupiscentiam fundi fiscalis fidem
sacram uiolauerat et, cum ad fundum properat, poenali morte
praeuenitur, ne uel uisionis solatio potiretur. in sacro euan-
gelio legimus uerba improperantis ad diuitem, qui sibi de

2 Osius residens fastu quasi regalis imperii cum *Isidor.* 3 conatus *scripsi:* conatur *V*, conaretur *Isidor.* ceruicem ac de *Isidor.* 4 illico *Isidor.* 8 tanti *V:* sancti *Isidor. Sirm.* 10 mandantis *Isidor.:* mandatis *V* 12 nouum *Gams (Kirchengesch. von Spanien II 277):* nouimus *V* 18 uersus est nec passus est exilium *Isidor.* 19 iudicare *Isidor.:* uindicare *V*

conditis uanissime gloriabatur: stulte, inquit, hac nocte
anima tua abs te auferetur; quae praeparasti, cuius
erunt? si quis hoc scriptum et de Potamio conuenire con-
sideret, intelleget in eum non leuiter iudicatum, maxime pas-
sum linguae supplicium, in qua et diues ille apud inferos
43 uehementius cruciatur. sed et Florentius, qui Osio et Po-
tamio iam praeuaricatoribus sciens in loco quodam communi-
cauit, dedit et ipse noua supplicia. nam cum in conuentu
plebis sedet in throno suo, repente eliditur et palpitat atque
foras sublatus uires resumpsit. et iterum et alia uice cum
ingressus sedisset, similiter patitur nec adhuc intellegens
poenas suae maculatae communionis. nihilominus postea cum
intrare perseuerasset, ita tertia uice de throno excutitur, ut
quasi indignus throno repelli uideretur, atque elisus in terram
ita palpitans torquebatur, ut cum quadam duritia et magnis
cruciatibus eidem spiritus extorqueretur, et inde iam tollitur
44 non ex more resumendus sed sepeliendus. scit hoc, quod
referimus, magna ciuitas Emerita, cuius in ecclesia plebs hoc
ipsum suis uidit obtutibus. sed et hoc considerandum est,
quia Florentius haec passus est, qui nondum subscripserat
impietati, sed tantum quod communicauit praeuaricatoribus
45 fidei non ignorans eorum praeuaricationem. hoc ideo intu-
limus, ut uideant illi, quid sibi agendum sit, qui cum non
subscripserint ut praeuaricatores, tamen per communionem
praeuaricatoribus sibi cognitis copulati sunt, et puto quod
46 intellegant, quid exemplo Florentii timere debeant. sed
longum est referre alia quoque documenta poenis praesentibus
damnatae praeuaricationis, quae diuinum iudicium uariis in
locis exercuit, ad hoc scilicet, ut qui scripturas diuinas qua-
dam ratione non respicit, uel praesenti ultionis diuinae animad-
uersione intellegat, quid sibi sectandum sit quidue uitandum.

1 Luc. 12, 20

17 more *V*: morte *inepte Gams l. c. p. 315* 22 retulimus *Sirm.* 30 ultionis *scripsi:* ultione *V* diuina *o* animaduersionis *cod. Corsin. 817* 31 uitandum o^2: utendum *V*

uindicare uoluit deus uel in paucos sine dubio et illa ratione,
<ne>, quae per scripturam diuinam de praeuaricatorum futuris
suppliciis minitatur, uelut fabula putaretur, si nunc in hoc
saeculo in neminem uindicaret. intellegant nunc omnes 47
episcopi praeuaricatores fidei, quam grauissimis suppliciis
reseruati sunt, quando in suos socios in hoc quoque saeculo
ad stuporem omnium uindicatum est. ad hoc enim etiam
praesentes poenas praeuaricationis exposuimus, ut quod in
paucos uindicatum est, credatur et in omnes eorum similes
uindicari, maxime cum et scriptura diuina hoc ipsum adse-
ueret, quod et per praesentia documenta monstratum est, et
hoc consideretur, piissimi imperatores, in quo rei sunt, qui
cum talibus diuina sacramenta non copulant, quorum et per-
petua supplicia sacris leguntur in libris et suppliciorum exempla
uidentur in saeculo.

Sed quaesumus miram beniuolentiam uestram, ut adhuc 48
nobis pro contemplatione Christi dei infatigabilem audiendi
patientiam commodetis, dum adhuc, summatim licet, ex-
ponimus, in quantum creuit impietas. execrabiles enim
Arriani in partibus Orientis et maxime in Aegypto non
fuerunt hoc solo contenti, ut episcopi damnata fide integra
in eorum impiam sententiam declinarent, sed hos ipsos, qui
primum fuerant per catholicos episcopos ordinati, ubi pro
eorum desideriis subscripserunt, in laicorum numerum exige-
bant et postea iterum eos idem haeretici episcopos ordi-
nabant, ut non solum fidem catholicam damnare uiderentur
sed etiam ordinationem factam per catholicos episcopos. in- 49
tendite in hoc aduersus catholicos quasi quendam triumphum
haereticorum et miseram et quasi ultimam et foedissimam
captiuitatem in his episcopis, qua damnata pia fide et catho-
licis episcopis in eorum se dominium delusionemque tradiderunt
metu exilii et ut episcopale nomen apud homines retinere
uiderentur, quod utique iam apud deum post subscriptiones

2 ne *add.* ρ² 19 execrabilis *V*, *corr.* ρ 20 egypto *V* 28 q̈dam *V*
30 qua damnata *scripsi:* quadam nata *V*, condemnata *Sirm.* 32 per-
tinere *V*, *corr.* ρ² *Srm.*

impias non habebant. sed ideo nominis istius etiam cum omni
dedecore quaerebatur auctoritas, ne illis possessiones ecclesiae
tollerentur, quas utinam numquam possedisset ecclesia, ut
apostolico more uiuens fidem integram inuiolabiliter possi-
deret! et nunc his talibus non communicare summa impietas
dicitur et hoc sub uobis imperatoribus, qui, ut uestrae con-
stitutiones elocuntur, uenerabilis ecclesiae diuinam sanctimoniam
uindicatis (non est autem mirum, si haec tam atrocia eorum
50 commissa occupati rei publicae prouisionibus ignoratis). has
eorum impietates execrantes episcopi, qui pro fide poenas
exilii perpetiebantur uel qui se in fugam dederunt, licet essent
corpore discreti per interualla regionum, tamen spiritu in unum
positi per mutuas litteras apostolico uigore decernunt nullo
genere talibus episcopis posse communicari, qui fidem illo
modo, quo supra retulimus, prodiderunt, nisi si laicam postu-
51 lauerint communionem dolentes suis impietatibus. sed mortuo
Constantio patrono haereticorum Iulianus solus tenuit im-
perium. ex cuius praecepto omnes episcopi catholici de exiliis
relaxantur. solet hoc facere diuinitas, ut etiam per aduersarios
Christianae religioni suae consulat, ut tanto magis, qui cul-
52 tores sunt Christi, pro fidelibus elaborent. sed non multo
post Iuliano intercepto Iouianus efficitur imperator, qui uin-
dicans fidem catholicam dedit calculum episcopis catholicis. sed
illi egregii episcopi, quam⟨quam⟩ sub Constantio integram, quam
uindicauerant, fidem haeretica subscriptione damnauerant,
uidentes quod imperator pro catholicis episcopis interuenit,
iterum se ad confessionem fidei catholicam transtulerunt. et
ubi iam fides et ueneratio Christi est, quando pro terreni
imperatoris arbitrio episcopi nunc ex catholicis fiunt haeretici
et idem ipsi ex haereticis ad fidem catholicam reuertuntur?
53 sed etsi quidam confessores fatigati in ultimo talium se com-
munioni iungendos esse crediderunt euertentes illa statuta,
quae prius aduersus eos prophetica et euangelica atque apo-

20 religionis *V*, *correxi* 22 iobianus *V* 24 quamquam *scripsi:* quam *V* 32 statua *V*, *corr.* v[2]

stolica auctoritate decreuerant, numquid hoc potest diuinam ob-
ruere ueritatem? numquid hoc potest euangelicis praeiudicare
doctrinis? numquid apostolicas labefactare sententias et illam
praesertim dei uocem dicentis: qui perseuerauerit usque
in finem, hic saluus erit? sed et apostoli Pauli uasis electionis 54
a Christo domino pronuntiati, cuius ad Galatas scribentis haec
uerba sunt: sed etsi nos aut angelus de caelo euan-
gelizauerit praeterquam euangelizauimus uobis,
anathema sit! unde et idem ipse inferius in eadem epistola pro-
sequitur dicens: si enim, quae destruxi, haec iterum
aedifico, praeuaricatorem me constituo. confessor
utique factus est de euangeliis, de uocibus prophetarum, de doctri-
nis apostolorum: quis fidelium dubitet hunc confessionis
meritum non habere, si scripturarum diuinarum iura subuertens
incipiat aedificare, quae destruunt euangelia? an non scripturae 55
diuinae impugnantur, quando cum episcopis filii dei negatoribus
pax ecclesiastica copulatur? quis est enim, qui considerans uim
diuinae religionis pacem perfidorum deo placere confidat, nisi si,
ut a patribus decretum est, in laicorum se numerum tradant suae
perfidiae dolentes? sed esto, habeant pacem cum infidelibus: 56
in quo tamen offendunt, in quo laedunt imperatores, in quo rem
publicam uexant, qui diuini contemplatione iudicii huiusmodi
pacem respuunt, quae sacrilegos recipit, praeuaricatores fidei
honorat, fauet hypocritis, despicit ueritatem, Christi dei ueri
filii negatores tamquam dominos ecclesiae constituit, populum
perfidiae labe contaminat, euertit euangelia? hinc rei sumus,
hinc sub nominis uestri auctoritate patimur persecutiones ab
his episcopis, qui pro nutu prioris imperatoris haeresim uin-
dicantes contra fidem catholicam perorabant. heu gemitus:
idem episcopi aduersus fideles et catholicae fidei defensores

4 Matth. 10, 22 5 cf. Act. 9, 15 6 Gal. 1, 8 9 Gal. 2, 18

5 uasis .. pronuntiati *scripsi:* uas .. pronuntiantis *V* 6 galathas *V* 13 fidelium *V:* fidelibus *a*, *unde* fidelis $\wp^2$, fideles *Sirm.* quis *Hartel:* qui *V* dubitat *Sirm.* hunc *V:* tunc *Sirm.* 18 si *om. Sirm.* 25 dominus ecclesia *V*, *corr.* $\wp^2$ *Sirm.* 29 perhorabant *V*

haeretici prius imperatoris decreta praeferebant, idem et nunc
episcopi aduersus fideles et catholicae fidei defensores catho-
57 licorum imperatorum iura proponunt! haec cum dolore om-
nium uiscerum loquimur deflentes, non quod non sit fidelibus
gloriosum sub quolibet pro uero perpeti, sed quia tantus
est stupor in saeculo, ut haec illorum tantis inuoluta per-
fidiis non agnoscatur impietas, ut nemo intellegat, quomodo
etiam regias aures semper inludunt in uexationem Christiano-
rum et fidelium sacerdotum sed sub uocabulo pacis impietas
tegitur et speciosum nomen unitatis opponitur ad patrocinium
58 perfidorum. sed bene, quod ipse saluator uirtutem suae
pacis exposuit, ne quis simplici pacis uocabulo caperetur et
eam quibuscumque saeculi impietatibus copularet, dicens
pacem meam relinquo uobis, pacem meam do uo-
bis; non sicut hic mundus dat, ego do uobis. pacem
suam a mundi pace discreuit. nam si haec pax deo grata est,
quae in ecclesiam recepit episcopos infideles, quid ergo opus
est in persecutionibus aestus perpeti, carcerem sustinere, ire
obuiam gladiis atque omnia genera suppliciorum mortisque
tolerare, quando quidem post negationem, post perfidiae
sacrilegia propter pacem hanc, quam deo placere confidunt,
securus unusquisque infidelium tamquam inlibatus saluo
59 episcopali honore suscipitur? uani iam secundum hanc
adsertionem et martyres iudicandi sunt. ad quos enim fructus
poenas mortemque ferre maluerunt? si enim, qui metu
persecutionis negauerunt filium dei, non habent poenam,
immo potius honorantur, nec martyres coronam passionis
sperare debuerunt, immo potius pendunt supplicia suae
temeritatis. hoc enim necesse est consequatur; non enim fieri
potest, ut non ubi † contraria iudicentur. nonne manifestum

14 Ioh. 14. 27

3 praeponunt *Sirm.* 5 pro uero, *quod coniecerat Sirm., habet V* 12 et eam *Sirm.:* etiam *V* 13 quibuscumque *scripsi:* quecumque *V,* quicumque *Sirm.* 23 uano *V, corr. Sirm.* 30 ubi *V:* ibi *Sirm.,* sibi *Hartel, sed nescio an post* ubi *aliqua exciderint*

est. ad quam uocem coartantur uocabulo pacis istius uel
quod pronuntiare cogantur, ut si negatores filii dei recte in
honore corroborantur, credamus martyres tamquam pro sua
temeritate puniri? sed absit: absit, ut hoc admittat con 60
scientia Christiana; credimus enim filio dei pronuntianti: qui
me negauerit coram hominibus, et ego negabo
eum coram patre meo, et qui me confessus fuerit
coram hominibus, et ego confitebor eum coram
patre meo. uerumtamen et in hac causa diuinum iudicium 61
cognoscite prolatum praesentibus documentis, ne quis putaret
acceptandam pacem talium episcoporum, etiamsi ad uerae
fidei confessionem reuerterentur post subscriptiones impias
uel nefarias haereticorum communiones, quibus scientes sub-
cubuerunt, ne aut possessiones ecclesiae perderent aut hono-
res. sanctus uir Maximus episcopus, cuius supra meminimus, 62
fidem uindicans rectam consortiumque reprobans haereticorum
ductus est in exilium. in loco eius praeuaricatores ordinant
nomine Zosimum, qui et ipse prius quidem catholica uindi-
cabat. res ista in Neapoli ciuitate Campaniae acta est. cogno-
scit hoc sanctus Maximus et de exilio scribens dat in eum
sententiam non solum episcopali auctoritate sed etiam aemu-
latione ac uirtute martyrii feruens in gloriam diuinam. sed 63
post aliquot annos beatus Lucifer de quarto exilio Romam
pergens ingressus est Neapolim Campaniae, ut diximus, ciui-
tatem, ad quem Zosimus uenire temptauit illa forte fiducia,
qua scilicet iam de impietate correxisse uidebatur. sed hunc
confessor Lucifer suscipere noluit non ignorans, quae gesserat.
immo et sancti spiritus feruore episcopi et martyris Maximi
sententiam robustius exequitur dicens, quod episcopatum
ipsum, quem sibi ut adulter uindicat spiritalis, animaduertentis

5 Matth. 10, 33 et 32

1 quo artantur *V*, *correxi* 8 confiteor *V*, *corr. Sirm.* 10 probatum *Sirm.* 17 exilio *V*, *corr.* ο praeuaricatorem . . Zosimum quia et *Mazochius l. c. p. 578* 18 *fort.* quidem ⟨fidem⟩ catholicam 22 feruens *Mazochius l. c*: fruens *V*

dei iudicio non habebit <et> hic quoque sentiet poenam suae
64 impietatis. sed non post multum temporis idem Zosimus
cum in coetu plebis uult exsequi sacerdotis officia, inter ipsa
uerba sacerdotalia eius lingua protenditur nec ualet eam
reuocare intra oris capacitatem, eo quod contra modum naturae
extra os penderet ut boui anhelo. sed ut uidit se linguae
officium perdidisse, egreditur basilica et (res mira!) foris iterum
in officium lingua reuocata est. et primum quidem non intellegitur
compleri in eum sententiam martyris et confessoris, sed
cum hoc totiens patitur, quotiens et basilicam diuersis diebus
temptauit intrare, ipse postremo recognouit ob hoc sibi linguam
inter pontificii sollemnia uerba denegari, ut sanctorum episcoporum
in eum rite prolata sententia probaretur. denique cessit
65 episcopatum, ut ei lingua, quae cesserat, redderetur. non
res antiquas referimus, quae solent quadam ratione in dubium
uenire: uiuunt adhuc praesentia ista documenta, nam et Zosimus
hodieque in corpore est usum iam linguae non amittens,
posteaquam maluit cum amissione episcopatus uiuere dolens
suis impietatibus. nonne etiam de similibus praeiudicatum
est nihil illis prodesse, quod quasi sub correctione episcopi
esse perseuerant? non enim correctio est ista sed inlusio,
66 prout sunt imperatorum tempora, fidem uertere. haec, haec
res decepit et Ualentem imperatorem, cum in haereticis uidet
constantiam defensionis, in istis autem egregiis catholicis inconstantiam
fidei. nam utique probatur illi, quod hi, qui se
catholicos adserebant, subscripsissent prius cum haereticis
damnantes quam primum defenderant fidem, et dicebant haeretici
'si nostra fides mala est, quare sub Constantio pro ipsa
subscriptum est ab his, qui nunc se catholicos dicunt hanc
fidem uindicantes, quam cum primum defenderent conuicti

1 et *add. Sirm.: om. V* hic *V:* sic *Sirm.* 5 capatitatem *V:* meatum *Sirm.* 6 os ο: hōs *V* 7 basilicam *V, corr. Sirm.* 10 et *V:* in *Sirm.* 11 ob ρ^2: ab *V* 14 episcopatu α^3 *rectius ut puto*, episcopatui *Sirm.* 20 correptione *V, correxi* 21 correptio α 30 conuinti *V, corr.* ο

rationibus sub Constantio damnauerunt?' his rebus Ualens
motus ignorans uirtutem uerae fidei et constantiam cum in-
constantia conferens impietatem haereticorum cum quadam
iustitia uindicabat. et tacemus, quod etiam sub Ualente 67
iterum se quidam haereticis tradiderunt, quos nunc nihi-
lominus uidemus inter catholicos nominari. inde est, unde
etiam plebes haereticorum ad fidem impiam roboratae sunt,
dum haeretici in malo perseuerant et, qui putantur catholici,
de bono recedunt aliquotiens subcumbentes haereticis. qua
enim auctoritate hi tales episcopi contra haeresim praedicant,
cui se subscripsisse negare non possunt? et qua fiducia
catholicam fidem plebi suadere nitantur, cum constet, quod
eam impiis subscriptionibus reprobauerint? uidetisne etiam 68
uestris temporibus, sed ut credimus ignorantibus uobis, fidem
quidem piam, atque utinam uel uere, sed etsi uere cum quadam
tamen iniustitia uindicari, cum per indignos episcopos uindi-
catur in afflictionem piam fidem defendentium sacerdotum et
in perniciem fidelium laicorum? sed nefas putatur tot prae-
uaricatores deicere et conscientem ad iniustitiam turbam
reprobare. et ubi est iustitia uerae religionis, si addicenda est
impiae multitudini et hoc sub piissimis et religiosissimis im-
peratoribus? non sic in diluuio iudicatum est, ut turba 69
uinceret infidelium, sed et Noe ille iustissimus ideo magis
deo placuit, quod in illo excidio mundi solus iustus inuentus
est. nihilominus et in Sodoma et Gomorra graues poenas dedit
impia multitudo, unde hospitalissimus Loth ob iustitiam libe-
ratus est cum duabus tantummodo filiabus. sed nec dei
aemulator Helias, qui fuit singularis, obtritus est, cum
aduersus illum quadringenti quinquaginta falsi sacerdotes
niterentur, sed omnis turba illa impia sacerdotum lüit poenas

23 cf. Genes. 7, 1 25 cf. Genes. 19 27 cf. Regn. III 18

5 quidem *V*, *corr.* $\wp^2$ 9 quam *V*, *corr.* o^2 19 consentientem $\wp^2$ *in marg., Sirm.* 21 multitudini//// (*eras.* s) *V* 26 iustissimam *V*, *corr.* o 28 *fort.* quia obtritus *scripsi:* obtentus *V* 29 quadringenti o: contingenti *V*

sub unius fidelis manu et hoc spectante rege Achab, qui
70 falsos sacerdotes impie uindicabat. sed nec Iehu rex Israel
detulit impiae multitudini sacerdotum; denique omnes falsos
sacerdotes, qui sub rege Achab fuerant in culmine, cum
religiosa fraude in domum religionis impiae conuocasset quasi
eos post ritus religionis remuneraturus, iussit occidi, ita ut
nemo de his superesset, et legimus, quia ob hoc factum ita
placuit domino, ut filii eiusdem regis quarta progenie sederent
71 in throno Israel. sunt et alia multa simillima exempla. quae
quidem nos non ideo dicimus, quasi qui uelimus alicuius
sanguinem fundi: absit hoc a uotis nostris; hoc enim qui
nunc fieri cupit, exorbitat a legibus Christianis. factum est
quidem tunc, quia et illo tempore id ipsum diuina lege fieri
licebat, quando adhuc totum corporaliter agebatur, donec
cresceret instructio spiritalis. sed non, quia quidem nunc non
licet bonis et fidelibus falsorum sacerdotum sanguinem cupere,
idcirco fideles falsis sacerdotibus addicendi sunt, ita ut grauis-
72 simis eorum persecutionibus affligantur. falsum uideatur,
quod dicimus, si non uariis in locis ecclesiae fidelium sacer-
dotum alibi inuasae et alibi destructae sunt, si non interpel-
lationibus illorum sancti quique comprehensi et diu ad iniurias
inclusi et postremo missi sunt in exilium, si non etiam et
ceteri quidam in carcere, alii autem tractu et caede mulcati
animas reddiderunt, ob nullam aliam causam, quam quia metu
diuini iudicii nolebant communicare cum perfidis uel sociis
73 perfidorum. in Hispània Uincentius presbyter uerae fidei
antistes quas non atrocitates praeuaricatorum passus est, eo
quod nollet esse socius impiae praeuaricationis illorum, eo
quod beatissimo Gregorio communicaret, illi Gregorio, cuius
supra, ut potuimus, fidem uirtutemque retulimus? contra quem

2 cf. Regn. IV 10, 19 sqq. 7 Regn. IV 10, 30

1 manum *V*, *corr.* *o* 2 ieu *V* 3 multitudini *o* *Sirm.*: multitudinis *V* 4 achab *V* 12 exorbitat a *o*: euorbitata *V* 14 agebantur *V* 15 quia quidem *scripsi:* quicquid *V*, quia *o*² 17 adicendi *V*, *corr.* *o* 23 mulctati *o* 26 hyspania *V*

primum quidem interpellauerunt Baeticae prouinciae consu-
larem, tunc demum sub specie intercessionis postulatae ex
aliis locis plebeia colligitur multitudo et irruunt die dominica
in ecclesia et Uincentium quidem non inueniunt, eo quod ipse
praemonitus etiam populo praedixerat, ne illo die procederent,
quando cum caede ueniebant. hoc enim putauit fieri melius,
si irae locum daret. sed illi, qui ad caedem parati uenerant, 74
ne sine causa furor illorum uenisse putaretur, certa Christo
deo deuota ministeria, quae illic inuenta sunt, ita fustibus
eliserunt, ut non multo post expirarent. sed quia plebs sancta
Uincentii presbyteri magis eos execrabantur post illas eorum
caedes, quae in dominico factae sunt, egregii episcopi, ut
plebs uniuersa terreretur, ab ipsis principalibus incipiunt:
denique postulant exhibitionem decurionum ciuitatis illius et
ut includantur in carcerem. ex quibus unus principalis patriae
suae, eo quod fidem firmiter ut fidelis in deo retineret exe-
crans labem praeuaricationis, inter eos et ipse catenatus fame
frigore necatus est cum fletu et gemitu illius prouinciae,
quae honestam uitam eius optime nouerat. egregii et catho- 75
lici episcopi Luciosus et Hyginus huius crudelitatis auctores
sunt. et interea inuaserunt quidem basilicam, sed fidem plebis
inuadere <non> potuerunt. denique alibi in agello eadem plebs
basilicam sibi ecclesiae fabricauit, ad quam cum sancto Uin-
centio conueniret. sed satanas, qui nusquam patitur Christum
pie coli, inflammat eos et iterum deposita postulatione ex
diuersis urbibus decurionum ac plebeia multitudo colli-
gitur. simul etiam et presbyteri eius ad locum ueniunt, 76
ecclesiae illius ianuas confringunt diripientes inde, quicquid
ad sacra ecclesiae ministeria pertinebat, et postremo, quod

1 beaticae *V, corr.* o^2 4 ecclesiam α^3 *Sirm.* 5 procederet *Sirm.* 12 *post* dominico *del.* cede *V* egregii *scripsi:* egressi *V* 14 et *supra lin. V: om. Sirm.* 15 includantur *V sed* a *ex* u *corr.* 21 sunt *V:* fuerunt *Sirm.* 22 non *add.* o: *om. V* denique| *rursus incipit* Φ (*excepto* χ) 23 ecclesiae *V*ϰ: ecclesiam πϛ, eclesia σ, *om. Sirm.* 24 sathanas *V* 26 plebeia πσ: plebea *V*, plebia ϰ, plebem iam ϛ 27 et *om.* ϰ 29 sacrae Φ posttremo *V*

horroris est dicere, ad cumulum perpetrati sacrilegii ipsum
altare dei de dominico sublatum in templo sub pedibus idoli
posuerunt. haec utique illi faciunt, qui paenitentes de impia
subscriptione suscepti sunt ad catholicam disciplinam propter
bonum pacis et unitatis! quid grauius gentilis cultor idolorum
77 faceret, si haberet licentiam ecclesiam persequendi? sed
apud Triueros Bonosus presbyter inclusus intestatus ac diu
poenas senex dedit propter obseruantiam intaminatae fidei
illius, pro qua et inclytus Paulinus eiusdem ciuitatis episcopus
in exilio martyr animam dedit. |in ipsa quoque urbe Roma
quam graues persecutiones fidelibus inlatae sunt! ubi et
beatus Aurelius episcopus communicans beatissimo Gregorio
aliquotiens afflictus est; sed hic uir sanctus, licet sit saepe-
78 numero afflictus, tamen propria accersione requieuit. in
Macarium uero presbyterum multa impiorum commissa sunt.
hic erat in eadem urbe Roma presbyter mirae continentiae,
non uino stomachum releuans, non carnis esculentia corpus
curans, sed oleo solo escas asperiores mitigans, ieiuniis et
orationibus uacans. sane pro merito fidei et abstinentia habe-
bat gratiam sancti spiritus in hoc, ut de obsessis corporibus
eiceret daemonia. ideo uitam eius meritumque memorauimus,
ut tanto magis impii iudicentur hi, qui tales uiuere non
79 sinunt in Romano imperio. eodem tempore grauis aduersum
nostros persecutio inhorruerat infestante Damaso egregio archi-
episcopo, ita ut fidelibus sacerdotibus per diem sacros plebis
coetus ad deseruiendum Christo deo conuocare libere non lice-

1 erroris Φ cum illum *X*, cum illo φ perpetratis *V* 2 altarem πσφ sublatum . . idoli *om.* φ 4 catholica disciplina Φ 5 quid *V:* que Φ 6 si haberet *om.* φ 7 treuiros κ, treueros σ, treuerus πφ 9 inclytus *om.* φ 11 grauis πκφ persecutionis σκφ, persecutionibus π 12 communicat *X*, commune cum φ 14 arcessione Φ 15 macharium *V*Φ (machario κφ) multa *V:* uitia Φ 16 in *V:* de Φ eadem *om.* Φ 17 escolentia φ, excolentia *X* 18 solo *V:* et Φ 19 abstinenti φ, abstinentiae *Sirm.* 21 eiceret *o:* eicere *V*, eiecerit Φ (eieceret σ) 22 hii σκφ uidere Φ 23 senunt *X*, sustinent φ 25 dies Φ plebes κσφ 26 coetus *V:* colligere (collegere *X*) et eos Φ (et eos . . liceret *om.* κ) seruiendum σφ

ret. sed quia pro conditione rerum quolibet tempore uel clam
salutis nostrae sacramenta facienda sunt, idem sanctus pres-
byter Macarius dat uigilias in quadam domo conuocans frater-
nitatem, ut uel noctu diuinis lectionibus fidem plebs sancta
roboraret. sed diabolus, qui fauet impiis, quia et impii fauent 80
diabolo, nec in occulto patitur diuina sacramenta celebrari.
denique tendunt insidias clerici Damasi et, ubi cognouerunt,
quod sacras uigilias celebrat cum plebe presbyter Macarius,
irruunt cum officialibus in illam domum et plebem dissipant
non resistentem ipsumque presbyterum comprehensum non iam
ducere dignantur sed per silices trahunt, ita ut in coxa eius
perniciosum uulnus fieret, atque alio die sistunt eum ante
iudicem ut magni criminis reum. cui quidem iudex ueluti 81
sub imperiali rescripto et minis extorquere contendit, ut cum
Damaso conueniat. sed presbyter memor diuini iudicii prae-
sentem iudicem non timens reppulit perfidi communionem
atque ideo datur in exilium et, cum est apud Ostiam, atro-
citate illius uulneris moritur. cuius quidem tanta fuit sancti- 82
tas, ut eum etiam episcopus loci illius nomine Florentius
communicans Damaso cum quadam ueneratione suspexerit.
namque cum in quodam uetusto monumento eum fratres sepe-
lissent, non est passus idem Florentius iacere eum illic, ubi
indigna sepultura uideretur, sed transfert eum inde et sepelit
in basilica martyris Asterii, ubi in loco presbyterii qui † iuxta
sepulturam. hoc pio suo obsequio, in quantum poterat, Damasi

1 uel clam .. facienda sunt *om.* ϰ 3 macharius *V*Φ conuocans σ: conuocari//// (*eras.* s) *V*, conuocant Φ 4 ut *om.* Φ diuina fide .. roboraretur Φ 6 in *om.* Φ 7 et *om.* σϰ 8 macharius *V*Φ 9 inruunt Φ officiliabus *V* 11 coxsa *V* 12 sistunt *V:* statuunt Φ 13 uelut Φ 15 praesente iudice Φ 16 perfidiae Φ (perfidei φ) 17 est apud *om.* Φ ostiam φ: hostiam ϰσ, hostia//// *V*, hostia π atrocitatis Φ 23 transfert *V:* transferens φϰ, transfers πσ et *om.* Φ sepelliit *X*, sepeliens φ 24 basilicā *V* ubi *V:* ibi Φ; presbyterii *V:* presbiteri *X*, presbiter φ: iuxta *V*πφ: iusta ϰσ; 25 sepulturam *V:* sepulturam habent Φ; *locus corruptus. fort.* ubi in loco presbyterii quiescit iusta sepultura

83 scelus a se facere contendebat alienum. aduertat tranquillitas uestra: si haec fieri uultis in Romano imperio aduersus sanctos et fideles ab his qui praeuaricatores sunt, nonne metus est, ne sanguis fidelium Romanum grauet imperium? nam idem Damasus accepta auctoritate regali etiam alios catholicos presbyteros nec non et laicos insecutus misit in exilium perorans hoc ipsum per gentiles scolasticos fauentibus sibi iudicibus, cum utique uestrae constitutiones aduersus haereticos decretae sint. non aduersus catholicos, et tales catholicos, qui fidem integram nec sub haereticis imperatoribus reliquerunt,
84 et quidem grauia multa perpessi. sed et nuper temptauit grauiter persequi beatissimum Ephesium episcopum sanctae fidei aemulatione feruentem, ordinatum intaminatae plebi Romanae a constantissimo episcopo Taorgio et ipso inlibatae fidei uiro, sub inuidia falsi impositi cognomenti per suos defensores interpellans iudicem Bassum quasi aduersum Luciferianos.
85 sed Bassus olim catholicam fidem uenerans sciebat in Lucifero nullam haereseos fuisse prauitatem, quippe quem et bene nouerat pro fide catholica decem annos exilia fuisse perpessum, et pro constantia suae integritatis reppulit accusationes Damasi negans se facturum, ut homines catholicos et integrae fidei uiros insequeretur, dicens maxime, quod ipsae constitutiones imperatorum contra haereticos solummodo promulgatae uideantur, non contra hos, qui sanctissimam fidem sine saeculi ambitione conseruant. et tunc primum erubuit Damasus, quod inuentus est iudex, qui solus imperialia scripta piissime inter-
86 pretans tueretur. nam et hoc ipsum necessarium est, ut falsi cognomenti discutiamus inuidiam, qua nos iactant esse

4 romanorum Φ 7 sibi *om.* φ̣ 10 fidem integram| *incipit rursus* γ 12 effesium *V*, eresium κσγ, heresium πφ̣. sanctitate Φ 13 feruente Φ intemante *X*, intimante φ, intimanite χ plebe (plebem γ) romana Φ 15 uero Φ inuidia a falsi *V* 17 luciferum Φ 18 hereseus σκ, heresius *Y* 20 constantiae suae integritate Φ 22 ipse *V*Φ. *corr.* σ 23 modo *ex* modū *corr.* *V* 24 fide πσφ̣, fidei κ 25 conseruans *Y*σ 27 et *om.* σ ipso *V* 28 falso *X*, falsum *Y* iactant esse *V*: iactantes Φ

Luciferianos. quis nesciat illius cognomentum tribui secta-
toribus, cuius et noua aliqua doctrina transmissa est ad disci-
pulos ex auctoritate magisterii? sed nobis Christus magister
est, illius doctrinam sequimur atque ideo cognomenti illius
sacra appellatione censemur, ut non aliud iure dici debeamus
quam Christiani, quia nec aliud sequimur quam quod Christus
per apostolos docuit. haereses autem ideo hominum appel-
lationibus denotatae sunt, quia et hominum commenta tradi-
derunt. perdit enim in se Christiani nominis appellationem,
qui Christi non sequitur disciplinam. dicant nunc, quid Lucifer 87
nouum docuerit. quod non ex Christi magisterio traditum est,
quod non ab apostolis discipulis saluatoris transmissum est
in posteros. et bene, quod libros scripsit ad Constantium,
non, ut plerique, gloriam captans ingenii sed diuina testimonia
aptissime congerens contra haereticos et contra ipsum patronum
haereticorum, ad diuinam aemulationem pro filii dei amore
succensus. denotent, quid illic contrarium scripturis, quid
nouum quasi haereticus scripsit. quos quidem libros, cum 88
per omnia ex integro ageret, suspexit et Athanasius ut ueri
uindicis atque in Graecum stilum transtulit, ne tantum boni
Graeca lingua non haberet. parum est: quin etiam propriis
litteris idem Athanasius eosdem libros praedicat ut prophe-
tarum et euangeliorum atque apostolorum doctrinis et pia
confessione contextos. et quamuis plurimis in eum laudibus
erigatur, tamen non aequat ad meriti eius praeconium, et
quidem cum amplius laudare non posset: ita rerum eius
supereminentia quaeuis laudans lingua superatur. sed Lucifer 89

22 Athanasii ad Lucifer. epist. (VI, Luciferi opp. ed. Hartel p. 325, 8 ff.)

1 tribuisse Φ 2 et *V:* in Φ 5 apellatione *V* dici (dicere *Y*) iure *trsp.* Φ 6 quia Φ: qui *V* 10 quid *V:* qui Φ (quae ς) luciferum Φ 11 magisterium *Yπ* 15 patronum *V:* tronum Φ 18 cum *om. V* 19 uiri Φ 20 uindicis *V:* uindices *X*, uindex *Y* 21 graeca *om.* Φ qui *V* 23 euangelistarum *Sirm.* doctrinis] *reliqua om.* ς 24 plurimis meritis eius Φ *omissis intermediis* 26 posset *V:* possit et Φ eius *om. V* 27 supereminentiam *Yκ*

ignarus licet artificiosae eloquentiae, tamen ut prophetico et
euangelico atque apostolico more scriberet, quod super omnem
humanam eloquentiam est, habuit gratiam sancti spiritus ex
merito rectae fidei et sincerissimae conscientiae. per quem
etiam diuinas uirtutes operatus est non solum in Sardinia sed
in ipsis quoque quatuor exiliis usque adeo, ut eum aduersarii
magum dicerent, cum apostolicas uirtutes per eum fieri negare
90 non possent. uenit ad hunc et sanctus Gregorius et admi-
ratus est in illo tantam doctrinam scripturarum diuinarum et
ipsam uitam eius uere quasi in caelis constitutam. iam
quantus uir Lucifer fuerit, cum illum admiretur et Gregorius,
qui apud cunctos admirabilis est non solum ex conlisione illa
Osii sed etiam ex diuinis uirtutibus, quas habens in se gratiam
91 sancti spiritus exsequitur? quid ergo? et in hoc impii sunt,
<quod> cum Lucifer secundum scripturas diuinas et crediderit
et docuerit et uixerit et in nomine Christi sit uirtutes operatus,
ad opprimendos uerae fidei uindices Luciferi nomen imponant,
nescientes miseri summum se committere sacrilegium, cum
doctrinam Christi sub hominis appellatione designant, sicut et
in hoc impii sunt, quando sacrilegas institutiones pro arbitrio
hominum editas sub Christiani nominis auctoritate defendunt.
an non summa impietas est iniquitates suas et sacrilegia sub
Christi nomine uindicare? an non summa impietas est piam
doctrinam sub Christi nomine consecratam humanis appellati-
onibus denotare? sed haec fraus, haec atrocitas aduersus fideles
in Hispania et apud Triueros et Romae agitur et in diuersis
Italiae regionibus.

1 artificiosę *V:* artificium reus *Y*, artificio reus π, artificior cos ϰ 3 ex Φ: et *V* 4 quem *X:* quae *VY* 7 magum *Y* ***et ex*** magnum *corr.* ϰ: magnum *V*π fierint *X*, fierent φ, fierent et χ 10 constitutam *Sirm.:* constitutum *V* (constituti o²), constituta Φ 11 quantum uis Φ 12 condicione (-nem πϰ) illa (-am π) hostiae Φ 13 habent Φ 15 quod ***inserui:*** ***om.*** *V*Φ et *om.* Φ 17 primendos *V* opponant Φ, imponunt *Sirm.* 20 sint *V* 21 edita *V* 23 est *V:* et Φ pia (impia *Y*) doctrina Φ 24 consecrata Φ 25 donari Φ 26 hyspania *V* triberos *V*, treueros ϰ, treuerus *Y*π 27 re////gionibus (***eras.*** li) *V*

Adserendum nunc necessario est, quod in his partibus gestum 92
est, ubi egregii episcopi non fidei ueritate sed sola catholici
nominis appellatione uestiti non solum per iudices neque
tantummodo per manum militarem fideles et ueros catholicos
dissipant sed etiam interdum per suos clericos ignorantibus
iudicibus uel etiam dissimulantibus atrocia exercent. et qui
finis erit, si cuncta referamus, quae singuli quique fidelium
passi sunt atque patiuntur? unum tamen atrox persecutionis
facinus ad compendium referendum est, quod in Aegypto apud
Oxyrynchum commissum est sub totius testimonio ciuitatis.
certa pars est apud Oxyrynchum sanctae plebis, in cuius sacro 93
numero plerique quanto intentius ad res diuinas studium
curamue posuerunt, tanto sollicitius diligentiusque fidem catholicam inuiolabiliter seruare contendunt, ita ut se nullis haereticis nullisque praeuaricatoribus per diuina commisceant sacramenta. ad hanc obseruantiam plerique eorum eruditi sunt
exemplo et motu beatissimi Pauli, qui isdem fuit temporibus,
quibus et famosissimus ille Antonius, non minori uita neque
studio neque diuina gratia quam fuit sanctus Antonius. nouit
hoc et ipsa ciuitas Oxyrynchus, quae hodieque sanctam Pauli
memoriam deuotissime celebrat. sed haec ipsa pars plebis, 94
ubi uidit episcopum illius ciuitatis nomine Theodorum in
impiam praeuaricationem fuisse conlapsum, ita ut non solum
fidem integram condemnaret neque ut tantummodo impie
subscriberet sed ut etiam laicum se fieri ab impio Georgio
pateretur et denuo ab ipso haeretico episcopum ordinari,
exsecrata est eius communionem habens secum presbyteros et
diacones illibatae fidei, per quos fruebatur diuinis sacramentis

1 adserendum . . partibus *om.* π necessarium Φ 2 egrigii (*sic*) *V:* aegri Φ 3 iudicem Φ neque *V:* aeque πϰ, et que *Y* 4 militare Φ uiros *Y*π 5 cłos *V* 7 referimus singillatim quique Φ 8 persecutiones ϰ, persecutionem *V* 9 egypto *V* 10 oxorynchum *V:* exorynchum πϰ, exorincum *Y et similiter per* exo *etiam ceteris locis* 11 sancte *V:* sacre Φ 13 posuorum *V* 14 seruare *om.* π ita *om.* Φ 15 praedicatoribus Φ 17 monitu ϰo *Sirm.* 18 minor *Hartel* 19 noū *V* 20 sancti Φ 21 memoria Φ 23 impiarum πϰ, impiorum errorum *Y* 27 exsecreta (*corr.* o) est *V:* exacratam Φ 28 fouebatur Φ (fabebatur π) diuini sacramenti Φ

una cum supra memorato beatissimo Paulo. sed postea etiam episcopum sibi per tunc temporis episcopos catholicos ordinauit sanctum Heraclidam, tanto magis idoneum, quanto et firmius contra haereticos et praeuaricatores debuit ordinari, qui et in uita esset perspicuus, a prima aetate deo deseruiens contemptis bonis saecularibus et in fide et doctrina perfectus existens. unde et pro apostolica fide, pro doctrina euangelica, pro conuersatione caelesti apud cunctos illic uenerabilis est, solis tantummodo haereticis et praeuaricatoribus displicens;
95 unde et magis deo placet, cum talibus displicet. sed hic tantus ac talis ita coepit exercere pontificium, ut ad opinionem fidei eius et doctrinae atque ipsius sanctissimae conuersationis plerique etiam de longissimis regionibus aduenirent execrantes nefariam praeuaricatorum societatem eiusque sacrosanctum
96 consortium desiderantes. sed ille egregius bis episcopus hoc non patitur. et primum quidem uexat per publicas potestates, ita ut aliquotiens solum intempesta nocte raptum per lancearios de urbe sustulerit. sed cum eaedem potestates non in hoc perseuerant, in quo temerarie coeperant (quod enim ius habere poterant contra episcopum catholicum? unde et merito a coepta persecutione cessarunt, maxime unus ex ipsis etiam diuina plaga admonitus), tunc egregius iste bis episcopus iam propriis uiribus nititur et mittit turbam clericorum ad ecclesiam beati Heraclidae catholici episcopi eamque euertit destruens undique parietes, ita ut ipsum altare dei securibus

1 una *V:* sunt π, *om.* ϰ, sententia *Y* super *V* 2 ep̊s π, episcopis ϰ, episcopus *Y* catholicus *Y*ϰ 3 sanctam Φ eraclidam *V:* heraclidem Φ idoneo Φ 6 sclaribus *V* 7 p̧ aplica *V* 8 conuersione *V* apud *V:* a populo Φ cunctus χ, uinctus πϰφ 10 deo *om.* π 12 atque ipsius] *finis folii 49 in codice* χ; *excidit folium unum; quod hodie est folium 50 incipit a uerbis* ubi autem idem (*pag. 38, 18*) 13 aduenerint φϰ 14 societatem eiusque *V:* societate que πϰ, societate atque φ sacrosancto (!) fidei consortium *interpolat* φ 17 intempestate ϰφ lanciarios φ, lanciarius πϰ 18 eadem *V*Φ, *corr.* o 19 temerarię cęperant *V* 20 habere *om.* Φ episcoporum *V* et *om.* Φ 21 a cepta o: accępta *V*, accepta Φ 24 heraclyde *V*

dissiparet, cum horrore totius ciuitatis et gemitu, quod illa
ecclesia euerteretur, cuius episcopum etiam diuersae partis
homines rectae et illibatae fidei confitentur. aduertite, quae- 97
sumus, piissimi imperatores et rectae fidei uindices: numquid
pro tam impiis episcopis edicta proponitis, ut hi affligantur,
qui ob meritum fidei et sanctissimae uitae mundo ipso preti-
osiores sunt? credite, religiosissimi imperatores, beatum Hera-
clidam unum esse de illo numero sanctorum, de quibus refert
scriptura diuina dicens: circuierunt in melotis et
caprinis pellibus, indigentes, in tribulationibus
et doloribus afflicti; quorum non erat dignus
mundus. quomodo enim beatus Heraclida non talis est, 98
qui omnia saecularia respuens oblectamenta per ipsas amari-
tudines confragosae uitae istius aemulans dominica uestigia
nudus expeditusque uirtutum iter salutare sectatur, qui sic
pro diuinae fidei amore conspirat, sicuti et sanctos legimus
conspirasse, nihil habens de saeculo quam pro fide tribulati-
ones et dolores, sic uiuens, sic incedens, sicuti et illi sancti,
de quibus supra positum est testimonium? merito ergo et
beatus Gregorius ceterique sancti episcopi sanctimoniae istius
uenerabili consortio in tot malis afflictae ecclesiae uelut
diuinis solatiis releuantur. non solum autem in tam uene- 99
rabilem episcopum grassatus est Theodorus sed et in ipsam
sanctissimam plebem eius, quae pro sincerissimi et fidelissimi
sacerdotis doctrina et moribus instituta est. et longum est
referri, quae contra pudorem propositumue sacrarum uirginum
molitus est, quarum monasteria pro merito sanctimoniae earum

9 Hebr. 11, 37 sq.

2 uerteretur *V* parti Φ 3 hominis πφ fidei *om.* Φ auertite *V* 4 recte *V*πφ, rictae κ 5 hii adfligant Φ 6 meritis Φ 7 heraclydam *V*, eraclidam φ, heraclidem κ 8 esse *om.* φ 9 in *om.* Φ melotias κ, melotic.s π, melucias φ 11 quorum non erat numerus (!) salutaria (salutarique φ) sacramenta fidelium *etc.* (*pag.* 37, 9) Φ *omissis intermediis* 12 heraclyd/// *V* non talis *bis scripsit V*, *corr.* o 16 sicuti *bis scripsit V*, *corr.* o scos (*pro* s̄c̄ōs) *V* 23 crassatus *V* 24 eiusque *V* 26 sacratum *V*, *corr. Sirm.*

ciuitas ipsa ueneratur. sed et ipsos seruos dei aliquotiens
atrocibus afflixit iniuriis, quos magis probauerat sanctiores.
sed quid mirum, si oues ut lupus affligeret, quarum bonum
100 pastorem frequenter affligit? ecce, qui sub uobis piis
imperatoribus et pro fide catholica uenientibus iactat se esse
catholicum, euertens ecclesiam catholicorum, persequens catho-
licos sacerdotes et seruos Christi nec non et sacras eius
uirgines impie affligens! hic est egregius et sanctissimus ille
episcopus, qui cum fuisset primum a catholicis episcopis
episcopus ordinatus, postea ab impio Georgio in laicorum
numerum redactus nihilominus ab ipso Georgio episcopus
ordinatus est in uexationem fidelium, sedens et communicans
in una eademque ciuitate cum Apollonio Melitianorum episcopo
consentienti impietatibus Georgii et cum ipso item Apollonio
idem Theodorus persequens beatum Heraclidam catholicae
101 fidei uindicem! ecce, cui quasi catholico basilica nunc tra-
dita est Apollonii ex generalis edicti uestri auctoritate, cum
utique idem Theodorus, qui quasi catholicus haeretici Apollonii
basilicam accepit, similiter impie gessit, ut gessit et Apollonius,
nisi quia atrocius gessit Theodorus, cum de episcopo catho-
lico fit laicus, damnans piam fidem et subscribens Arrianae
impietati, ut ab haeretico iterum episcopus ordinetur! sane
hinc se uult catholicum uideri, quod et ipse nunc quosdam
presbyteros seu diacones Apollonii facit suasu quodam laicos
et eos iterum ordinat, ut uideatur turpissimae istius ordinati-
onis uicem referre, quam passus est. numquid non excedit
omne sacrilegium haec ludibria sub nomine catholico uindicare
102 in afflictionem fidelium sacerdotum atque laicorum? sed et
apud Palaestinam in Eleutheropoli est sacra uirgo Christi
nomine Hermione, generosis quidem edita natalibus sed fide
et sanctimonia multum facta generosior, ipsam uirginitatem

2 quos o^2: hos *V* 4 affligitur *V*, *corr. o* 11 numero *V*, *corr. Sirm.*
12 uexatione *V*, *correxi* 14 item *Sirm.*: idem *V* 15 heraclydam *V*
16 catholica *V*, *corr.* o^2 24 dicones *V*, *corr. α* 25 turpissime *V*
30 hermiome *V*, *corr. o*

condecorans contemptu rerum saecularium et humanae gloriae,
ad quam plerique affectant, etiam qui se saeculo et concu-
piscentiae carnis abrenuntiasse gloriantur. haec in quantum 103
castimoniam corporis sacro rigore custodit, in tantum animae
puritatem casta piae fidei obseruatione conseruat, non haere-
ticis, non praeuaricatoribus communicans, eo quod intellegat
uirginitatem corporis nihil prodesse, nisi et integritatem animae
sacra confessione tueatur, labem adulterinae communionis
effugiens et sectans salutaria sacramenta fidelium sacerdotum.
denique supplicat religiosis litteris apud beatum Heraclidam,
ut eius sacris uisitationibus iuuaretur. sed pro beato Hera- 104
clida sanctus Ephesius uisitat, qui id temporis ob utilitates
ecclesiasticas ad episcopum Heraclidam de urbe Roma uenerat.
hic est Ephesius, quem supra diximus inlibatae plebi Romanae
episcopum a constantissimo Taorgio episcopo ordinatum. sed
cum uenisset Eleutheropolim, non solum Hermione cum suo
sacro monasterio releuatur sed et quidam fidelissimi serui
dei; inter quos etiam nobilis domus religiosi ad catholicam
fidem Seueri ex tribunis, diu quidem non communicans haere-
ticis et praeuaricatoribus sed nondum qui inuenisset catholi-
corum sacram communionem. ubi autem uidit sanctum 105
Ephesium, post multas examinationes probans eum catholicum
tradidit se ei in sacram communionem, beatum se iudicans,
quod domum suam ex insperato diuina misericordia uisitasset
tam sancti sacerdotis aduentu, ductus in eius admirationem

2 quem *V*, *corr.* *o* 6 non praeuaric. *Sirm.*: cum praeuaric. *V* 10 heraclydam *V* 11 beato heraclyda *V*: beatum eraclidam φ, batum (beatum *man.* 2) heraclidam κ, bato heracleda π 12 qui id *V*π: quid κφ 13 episcopum heraclydam *V*: episcopatum heraclidem κ, episcopatum eraclidem φ, episcopatum heraclide π 14 hic est *V*: et φκ, e π inlibatae *om.* Φ plebis Φ romę *V* 16 eleuteropolem φ, eleutheropolem κ, eleuteropolim π erminioni φ, herminioni κ, hermioni π eum suo . . releuauit φ 18 etiam *om.* Φ 19 *fort.* communicantis 20 necdum Φ qui *om.* πκ inuenisse πφ, uenisse κ 22 examinationis φ, examinacionis κ 25 tam *scripsi*: tamen *V*Φ, tantam *Sirm.* sacerdotes Φ

non solum uitae eius puritate sed et quibusdam caelestibus documentis. est enim tantae fidei et sanctimoniae beatus Ephesius, ut quocumque perrexerit, eum gratia diuina comitetur. probauit hoc et plebs sancta apud Oxyrynchum beato Heraclidae communicans, quae illum ob meritum diuinae gratiae pia eius dilectione constricta ut quondam Asiani apo-
106 stolum Paulum cum magno fletu deduxit proficiscentem. non haec laudandi studio loquimur sed ut scire possitis, quam sanctae et fideles animae sub uestri nominis auctoritate grauissimis persecutionibus affliguntur ab his, quos constat ignorantibus uobis etiam nunc usque aut haereticos esse aut
107 praeuaricatores aut socios talium. sed aduersus sanctum Ephesium modicum quid conati in Palaestina hi, quibus sacra ueritas onerosa est, postea destiterunt metuentes in illo et fidei libertatem et constantiam animi et hoc ipsum cogitantes, quod magis haeresis eorum et impietas prodi poterat, si sub uobis catholicis imperatoribus integrae et constantis fidei episcopum acrius inquietassent. ubi autem idem beatus Ephesius inuitatus fidelium litteris in Africam nauigauit nobis apostolico more dans praeceptum, ut circa sanctam fraternitatem diuinis et ecclesiasticis officiis incubaremus, id ipsum sancta illic fraternitate poscente, egregius Turbo Eleutheropolitanae episcopus ciuitatis nostram exiguitatem despiciens in nos coepit uelle consummare, quod in sanctum Ephesium consummare non ausus est, nesciens quod Christi dei gratia etiam mini-

7 cf. Act. 20, 37 sq.

3 effesius *V*, efesius κ, ephisius φ gratia *V:* iustitia Φ 4 hoc *V:* eos Φ et *om.* φ xyrinchum *V*, oxiscum φ, oxyrcum π, oxys cum κ 5 heraclydę *V* ob *V:* ut Φ 6 apostolo κφ 7 Paulum *om.* Φ deduxerint πκ, deduxerunt φ 10 affligantur *Sirm.* 11 aut *V:* ut πκ. *om.* φ esse *om.* Φ 13 effesium *V*, efesium κ, ephisium φ quod *V* palestina *V*Φ hii πφ 14 distiterunt πφ 17 uobis *om.* π integre et constanter Φ 18 ubi autem] ***incipit rursus cod.*** γ efesius *V*κ, ephysius γ, ephisius φ 19 in *V:* ad Φ 20 dat Φ 21 incumberemus Φ sc̄a illic *V:* illic se a Φ 24 quod in sanctum Ephesium (efesium *V*κ) consummare *om.* Υ 25 nesciens *om.* φ dei *om.* π

missimis seruulis eius patrocinetur, maxime pro causa rectae
fidei laborantibus. namque hic Turbo, posteaquam audiuit 108
quosdam se integrae fidei copulare et per dei gratiam rem
ueri crescere, nobis exitia minitatur et turbas. sed et Seueri
domui incendium minitatum ueritati, qui tanto magis fidem
dei uindicat, quanto et Romano imperio fideliter militauit.
temptat quoque et sacram uirginem Hermionem insequi, illam
feminam, quam quicumque didicit, ut aliquam de euangelicis
feminis admiratus est. sed et singulis quibusque tendit insidias,
qui nobiscum sacrae communionis consortio copulantur, ueluti
nefas obiciens ex lege illa Babyloniae, quod intra nostra
domicilia sine labe haereseos et sine communione perfidiae
secundum euangelicas et apostolicas traditiones desiderantibus
fidelibus diuina sacramenta celebremus. simili enim furore et
quondam Babyloniae sanctum Danihelum hostilibus odiis insecuti
sunt, quod in sua domo deum obseruantia diuinae legis
adoraret. hic est Turbo, qui diaconus fuit Euthychi haere- 109
tici, sub quo beatus Lucifer Eleutheropolitanae ciuitatis patiebatur
exilium, qui et ipsum Luciferum fidem libere uindicantem
multis atrocitatibus uehementer afflixit. sunt adhuc hodie in
Palaestina, qui illo tempore istis insequentibus poenas grauissimas
dederunt, eo quod cum catholicae fidei episcopo Lucifero
conuenirent. negent, si non inter cetera sua atrocia ianuam
clausam securibus effregerunt, si non inruentes in Luciferum
fidelissimum sacerdotem diuina quoque sacramenta euerterunt.
unumquemque illic de his fratribus, qui conuenerant, impia

15 cf. Dan. 6

3 rem ueri *V:* rem uiri πϰ, remoneri et *Y* 4 exiit a ϰ, exiet a *Y* minitatur et turbus (*corr.* ρ²) *V:* me negatus (necatus π) turbo Φ 5 domui *V* (*cf. Rönsch, Collectan. philol. p. 30*)*:* domi Φ, domus *Sirm.* minitatem Φ ueritate π, ueritatem ϰ, pro ueritate χ, pro ueritatem ϙ; ueritati *del.* α⁴ 8 quam *om.* Φ 9 tend *V* 10 uelut Φ 11 nefando πϰ, nefandi *Y* 14 celebramus *Sirm.* 15 Babylonii *Sirm.* sanctum Φ: secundum *V* Danielem *Sirm.* odii *V* 16 domum *Y*ϰ 17 euthici *V*π, euthyti ϰ, euthyci χ, eutici ϙ 19 libere uindicantem (uindicante πϰ) Φ: liberam ei indicantem *V* 23 non Φ: ñc *V* 25 uerterunt *V*

caede mulcantes; negent, si non hodieque apud se mystica
uasa, quae tunc impie Lucifero diripuerunt, cum sacris codi-
110 cibus possident. tunc utique Turbo cum Eutychio haeretico
uersabatur: extunc se catholicum dicens catholicos persequitur
sub auctoritate uestri nominis. auctoritatis piae contemplatione
fidem catholicam uindicatis: permittetis, piissimi imperatores,
ut sub uestri nominis auctoritate aduersus fideles diu ubique
dominetur impietas? expedit enim hoc Romano imperio (quod
tamen affectu et fide eius, quam Christo deo exhibetis, obseruan-
tiae dicimus), ut qui Christum pie praedicant, persecutiones mor-
tesque patiantur, ita ut nusquam liceat deo pia altaria conlocare
111 aut certe, cum conlocata fuerint, destruantur? sub impio Achab
rege Israel occisis prophetis altariisque destructis interpellat
Helias deum aduersum Israel in libro regnorum dicens: do-
mine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua de-
struxerunt et ego relictus sum solus et quaerunt
animam meam: hanc inuidiosam interpellationem etiam
uestris temporibus sinitis ad deum fieri a singulis quibusque
112 fidelibus sacerdotibus? si enim et taceant, numquid deus
haec ipsa fieri ignorat? quid? putamus, quod sine offensione
dei haec in ueros catholicos et in ueram eius ecclesiam per-
petrentur, quae olim aduersus seruos dei perpetrata grauissime
diuinis animaduersionibus uindicata sunt? et unde sunt tot
113 plagae, quibus orbis Romanus quatitur et urguetur? non opus

14 Regn. III 19, 10 (et 14)

1 multantes Φ se mystica *V:* se habent (habens π) sancta Φ 3 ossident *V* euthycio κ, euthicio π, euticio φ 4 et tunc *V* catholicos *V*π: catholicus *Y*κ 5 auctoritate uestri nominis *om. V* auctoritatis piae Φ: auctoritate spei *V* contemplationis Φ (contemplacione κ) 6 uindicantes κ, uindecates χ permittetis ο: permittens *V*, permittentes Φ 7 aduersum Φ 10 persecutionis (-nes κφ) mortisque Φ mortesquę *V* 11 ut *om.* φ 13 regem *Y*π altariisque *V:* altaresque *Y*, altarisque (-quae κ) πκ, altaribusque ο 14 deum *V:* dominum Φ 16 sum solus Φ (sum ego solus *Vulgata*)*:* solus sum *V* 18 sinites χ, senetis κ, finetis π a *om. Y* 19 sacertibus *V* 20 sine *V:* sint Φ 21 uiros *Y*π, ūros κ in *om.* κ eius *om.* κ 22 seruos *om.* Φ

est nunc nos singula quaeque plagarum recensere, quae tranquillitas uestra recognoscit cum aestu et sollicitudine imperii sui: communem istum dolorem uel tacendo mitigemus, ne non tam compati quam exulcerare uideamur. sed hoc, quaesumus, piissimi imperatores, cogitare dignemini, quibus ex causis ista proueniunt, utrum quia fideles serui Christi metuentes leges diuinas nolunt cum infidelibus conuenire an quia ueri catholici a falsis sacerdotibus obteruntur. quomodo 114
enim non falsi sacerdotes sunt, qui iam non solum ob causam praeuaricationis supra expositam deuitandi sunt sed etiam quod plurimi quique eorum proprias etiam nunc haereses uindicant sub ementita apud uos catholici nominis professione? quis enim iam timeat episcoporum impia praedicare, quando totiens commissa impietas honorata est, cum minime deicitur sacerdotio? denique cum sint alii eorum Origenistae, alii anthropomorphistae, alii autem Apollinaris impii sectam tuentes, triplici cuneo alii aduersum sanctum spiritum diuersis studiis solis blasphemantes, sed et ipsi quoque, qui pie inter eos putantur credere, patris et filii et spiritus sancti tres esse substantias uindicantes uel respicientes: nihilominus hi omnes de uestris gloriantur edictis et sibi ecclesias uindicant, cum has impias sectas patres nostri apostolica semper et euangelica auctoritate damnauerint. quas quidem nunc discutere non est praesentis 115
opusculi; sed tamen, quod moueat ad horrorem intentum uerae fidei animum uestrum, dicimus. una, ut opinamur, haeresis 116
apud Ariminum sub haeretico rege suscepta est et nunc sub uobis piis catholicis imperatoribus tot haereses uindicantur

2 recognoscat Φ 3 communem *V:* communione *Yπ*, communionem *κ* 4 sed *om. V* 5 excogitare dignamini Φ 6 proueniunt *Vκ*: proueniant *Yπ* utra *V* 7 an *om.* Φ 8 uiri Φ obtinentur Φ 10 exposita *V*Φ, *corr. o* diuitandi *πκχ* 14 sacerdotium Φ 15 alii eorum *V:* aliorum Φ antromorphistę *V*, anthomorphste *κ*, anthromophitae *π*, anthropitae *Y* 16 apollinariis *V*, apollenariis *κ*, apollenares *Y* 17 cuneo *V:* curi eo *πκ*, errore *Y* aduersus Φ solis *om.* Φ 18 et ipsi . . filii *om. Y* 20 respuentes *Sirm.* hii Φ 22 semper apostolica *trsp.* Φ 24 ab errorem Φ 25 unam Φ

non minus impiae quam est Arrii impietas. et cum aduersus
se libros uel epistolas singuli quique conscribant, tamen sibi
omnes uel ex directo uel ex obliqua concatenatione communi-
cant, inani studio philosophorum solis disputationibus litigantes,
non etiam ut Christiani ex deuotione sacramenti alter alterum
uelut impium deuitantes, ut iam sicut in scolis ingenii uideatur
inter eos esse certamen, non autem sacra defensio uerae reli-
gionis, quandoquidem inter se sacramenta non separant, cum
117 impiis sententiis ab inuicem separentur. hoc autem ideo
faciunt, quia quidam eorum gloriae humanae, quidam uero
auaritiae student; et inde est, quod sibi inuicem sub impia
dissimulatione conludunt, ut nec possessiones perdant ecclesiae
nec honores. et interea, ut tot suas uelent impietates, ad in-
lusionem singulorum ueluti benignissimae mentis indicia
praeferentes aiunt ideo se etiam contraria sentientibus eccle-
siasticae communionis consortio copulari, ne bonum pacis in
ecclesia pereat, quasi uero huiusmodi pax Christo deo placeat,
118 quae in eius ecclesiam tantas recipit impietates. sed hoc
qui ita putant, audiant de se scriptum: et uiam pacis non
agnouerunt; non est timor dei ante oculos eorum.
sed apertius quoque et apud Hieremiam legimus de ea pace
impia et iniqua, sicut exequitur subiectum testimonium: a
pusillo eorum usque ad magnum cuncti perpetra-
uerunt iniqua, a sacerdote usque ad pseudopro-
phetam uniuersi operati sunt falsa et meditaban-
tur obtritionem populi mei pro nihilo constitu-
entes et dicentes 'pax, pax!', et ubi est pax? et
intendendum est, quam atrocia de illis prosequatur, qui hac

19 Psalm. 13, 3 22 Hierem. 6, 13 sq.

1 impie *V*πϙ 3 ex *ante* obliqua *om. V* obliqua π: obliquam *V*κ, sub aliqua *Y* concatinatione πκϙ, concatenationem *V* 5 alterum Φ: utrum *V* 8 separant ο: sperant *V*πκ, spirant *Y* 11 auariti *Y*, abasiae πκ sibi *om.* Φ sub *om.* κ 12 ecclesiae *om.* Φ 13 suos *Y* uelent *ex* uelint *corr. V:* uellent Φ 15 addunt Φ 19 audiant descriptum *V* 21 ea *om. V* 23 eorum *V*: et πκ, *om. Y* 26 obtritione χ, obtritioni π, obtricioni *V* 27 et *ante* ubi *om.* π

uanissima pace gloriantur; sequitur enim: confusi sunt,
quoniam defecerunt et nec sic quidem confusionem
sustinentes erubuerunt et ignominiam suam non
cognouerunt. propterea cadent in ruina sua et in
tempore uisitationis infirmabuntur. quid mali 119
committimus, quid impie facimus, si seruantes fidem Christo
huiusmodi pacem respuamus, cuius tanta confusio et ignominia
grauissimique exitus describuntur? sed isti egregii pacis ama-
tores fidelibus sacerdotibus bellum exagitant. quid enim uult
diabolus, quam ut impii et praeuaricatores saeculi pace glo-
rientur? quid enim uult diabolus, quam ut hi, qui pii sunt
et fideles, infestantium persecutione uexentur?

Haec ideo prosecuti sumus, ne per uestri ignorantiam diu fun- 120
datur sanguis Christianorum piissimam fidem defendentium. quid
enim prodest, si sitis catholicae fidei uindices et patiamini
catholicae fidei sectatores ubique cruciari, ubique effugari,
nusquam libere piam fidem praedicari? habeant illi basi- 121
licas auro coruscantes pretiosorumque marmorum ambitione
uestitas uel erectas magnificentia columnarum; habeant
quoque porrectas in longum possessiones, ob quas et
fides integra periclitata est: quid etiam suis impietati-
bus uindicant communes Romanis omnibus ciuitates, ut
neminem in his pie uiuere permittant, in quibus a plurimis
etiam uana superstitio sine periculo colitur et sine illorum
inuidia uindicatur? liceat saltem ueritati uel inter ipsa uilis-
sima et abiecta praesepia Christum deum pie colere ac fide-
liter adorare, ubi et aliquando natus secundum carnem idem

1 Hierem. 6, 15

2 ne *Sirm.* si Vφ, s^{c}i κ confessionem πY 3 et ignominiam .. cognouerunt *om.* Φ 6 fecimus Φ christi Φ 8 discribuntur Φ amatoribus Φ 9 quid enim .. glorientur *om.* V 11 hii Φ 13 uestram *Sirm.* 15 catholicae .. patiamini *om.* φ *inserens uerba* et patimini catholice fidei *paulo inferius ante* nusquam patimini Φ 22 communis Φ 24 uana *o*: uasa *V*, *om.* Φ sine periculo *V*: cum periculo Φ 25 saltim Φ

122 Christus infans iacere dignatus est. hoc, quod petimus, non ideo petimus, quasi expauescamus pro uero interfici: deus testis est, qui uerus speculator est cordis, quia per dei gratiam nobis ut summum refrigerium est et certa spes futurae beatitudinis, si pro hac fideli adsertione iugulemur. non ergo quasi qui timeamus perpeti, ideo sumus ista prosecuti, sed ne aliorum impietatibus et crudelitatibus sanguis effusus fidelium Christianorum diu piissimum uestrae principalitatis grauet
123 imperium. maxime sub te, religiosissime Auguste Theodosi, qui mira deuotione contra omnes haereticos Christianae religionis pia confessione conspiras, magnum nobis apud deum fore supplicium credidimus, si apud te tam religiosum, tam piissimum imperatorem et Christo deo diuino ac plenissimo timore consecratum, quem uere ad imperium deus Christus elegit, quae sunt uerae fidei ac uerae ecclesiae, taceremus. post haec non ambigimus, quo sollicitus agas qua pater imperii, ne in orbe Romano professae fidei communionisque sinceritas affligatur. quicquid in causa sacrae fidei ac professae ueritatis sanctius gesseritis, tanto gloriosius et hic et in perpetuum
124 Christi fauore regnabitis. ego Marcellinus presbyter optans felicissimo imperio uestro securam quietem et in regno Christi et dei perpetuam beatitudinem, piissimi imperatores. ego Faustinus, qui non possum dignus uocari presbyter dei, optans ut et hic multos annos clementissimae diuinitatis auxilio feliciter imperetis et in futuro Christi filii dei regno perpetuam cum sanctis beatitudinem consequamini, gloriosissimi imperatores.

2 quasi *V:* ut Φ 4 ut *V*Φ: et *Sirm.* futura et *V*πκ beatitudines *V* 5 si *om.* π 6 perpeti *om.* Φ sed ne *om.* κ 7 aliquorum Φ effundatur Φ 8 diu *V:* ne diu πκ, nedum *Y* 9 te *om.* Φ religiosissimi augusti Φ 10 omnes *V:* eos Φ 11 conspirans Φ 14 dei Φ 15 taceremus post *V:* acerrimus pontifex Φ 16 ambigemus Φ sollicitius *Hartel* in *om.* Φ 17 communionisquo Φ 18 in *om.* Φ 19 sanctius *V:* sanctae Φ 20 regnabitis (regnauetis π) Marcellianus presbyter obtuli πκ *reliquis omissis*; regnabitis Marcellinus presbyter obtulit epistola explicit feliciter χ, regnabitis Marcellinus presbyter obtulit epistolam φ *reliquis omissis* 23 dei ρ: dedi *V*

AD HAS PRECES ITA LEX AUGUSTA RESPONDIT:

(2a.)

Salue, Cynegi carissime nobis. Etsi nulla humanis pectori-
bus maior quam diuinae legis debet esse reuerentia nec adici
quicquam ad eam possit, cuius ambitiosa praestantia, mundi
terraeque moderatrix, omne, quod sub nobis esse uoluit fauor
omnipotentis dei, propitiata custodit: tamen, quia per Fau- 2
stinum atque Marcellinum plenissimos fidei sacerdotes inter-
pellata clementia nostra, ueriti sumus ne, si per nos nihil
fuisset responsum petentibus, nos uideremur annuere his, qui
diuinae legi, cui seruimus, contra propositum nostrum aliquid
addidissent, atque ideo ita utrumque moderamur, ut petitionem,
quae est oblata, ueneremur, fidei autem nihil ex nostro arbitrio
optemus uel iubeamus adiungi. nemo enim umquam tam pro-
fanae mentis fuit, qui cum sequi catholicos doctores debeat,
quid sequendum sit, doctoribus ipse constituat. et sane pro- 3
babilis et iusta laudatio precum est, quae omnem prope
seriem haereticae superstitionis, quae contraria est fidei catho-
licae, ordinemque complexa est. nam et unde exorta et quo
prouecta auctore fuisset, aperuit, quippe cum persuasu quo-
rundam totius saeculi antiquitate mutata acti pro fide in
exilium innocentes uitam cum summa laude posuerunt. sed 4
circa eos non est dilata ultio, qui insidiati bonis moribus et
caelestibus institutis paulisper ex contentione non fide sed
factione multorum mentes detestanda insinuatione peruerterent.
nam usque adeo omnipotentis dei mota patientia est, ut poenam,
quae criminosis post fata debetur, in exemplo omnium ante
fata sentirent. sed ne hoc quidem facto conuerti ad prae- 5
ceptum dei flectique potuerunt: catholicos occultis molitionibus

4 addici *V*, *corr.* *o* 7 propitiata custodit] *cf. ep. 60 § 6* custodita seruauit, *ep. 66 § 1* seruata custodit quia *om. Sirm.* 8 marcellum *V*, *corr. Sirm.* *fort.* <est interpellata 9 ne si *o*² *Sirm.*: nisi *V* 17 laudatio *V*: *fort.* illatio, *cf. § 6* 26 poena *V*, *correxi* 27 *sq.* facta *utroque loco Sirm.* in exemplo omnium *V*: extemplo omnia *Sirm.*

urguent insequuntur oppugnant; tanta perseuerantia erroris
est, ut cum aliis diuersae obseruantiae sectatoribus cottidie
6 peccare malint quam cum catholicis recta sentire. in quo
petentum laudanda illatio est, qui communicantes Gregorio
Hispaniensi et Heraclidae Orientali, sanctis sane et lauda-
bilibus episcopis, optant in fide catholica sine oppugnatione
alicuius ac molestia uiuere nullisque appetentum insidiis con-
uentionibusque pulsari, quippe quibus placeat susceptam semel
7 fidem omni in aeuum religione seruare. sit itaque inuiolatum,
quicquid esse meruit aeternum; non conuentio aliquid, non
appetitio, non fraus attemptet aliena; utantur, quo in loco
uoluerint, proposito suo, utantur ad catholicam fidem amore
8 diuino, Cynegi parens carissime atque amantissime. sub-
limitas tua praeceptum nostrae serenitatis, quo catholicam
fidem omni fauore ueneramur, sine qua salui esse non
possumus, ita iubeat custodiri, ut Gregorium et Heraclidam
sacrae legis antistites ceterosque eorum consimiles sacerdotes,
qui se parili obseruantiae dederunt, ab improborum hominum
atque haereticorum tueatur et defendat iniuriis sciantque
cuncti id sedere animis nostris, ut cultores omnipotentis dei
non aliud nisi catholicos esse credamus.

(3.)

DE CONSTRUCTIONE BASILICAE SANCTI APOSTOLI PAULI.

UALENTINIANUS THEODOSIUS ET ARCADIUS AUGUSTI SALUSTIO PRAEFECTO URBIS. Desiderantibus nobis contemplatione uenerationis antiquitus iam sacratae basilicam Pauli apostoli pro sanctimonio religionis ornare, pro quantitate conuentus amplificare, pro studio deuotionis attollere gratum fuit tuae sublimitatis officium, quod ad inspicienda uniuersa,

3 recte *Hartel* 5 heraclyde *V* 7 circumuentionibusque *Sirm.* 9 omne .. religiose *Hartel* 13 Cynegi p. c. a. a. *uulgo coniungebantur cum eis quae sequuntur* 15 sine *scripsi:* et sine *V* 16 heraclydam *V*

3. *Dat. a. 386. Ed. Baronius, Annal. eccl. ad annum 386, 40.* 24 archadius *V* 29 ad *Bar.:* ab *V*

ut res exigebat, detulisti et omnem situm locorumque faciem
sermonis congrui diligentia nostrae serenitatis auribus inti-
masti. instructiores enim nos iubere decuit, quae iubenda
sunt. quare participato examine cum uenerabili sacerdote in- 2
timatisque omnibus et magnificentissimo ordini et Christiano
populo, quae iubemus, sublimitas tua rem diligentiore tractatu
et plena rerum inspectione discutiat. ac si placuerit tam po-
pulo quam senatui iter uetus, quod basilicae praeterit dorsum
quodque ripae Tiberini amnis adiacet, innouari, ita ut praesens
uia spatiis futuri operis applicetur, eatenus per architectos
futurae basilicae diriget formam, quatenus se planities ex-
tructioni amica praetulerit, ne ulla inaequalitas splendorem
fabricae amplificentioris oblimet; siquidem in omni moenium
facie decor summus est, quem seruari oportere prima statim
fronte magnarum aedificationum demonstrat intentio. iam illud 3
ipsa res exigit, ut et synopsis operis construendi fideli tendatur
examine sumptuumque omnium iuxta pretia rerum, quae in
sacratissima urbe, praetaxatio plenius ordinetur atque ad nostram
clementiam debita maturitate referatur; ut communi omnium
consilio nostrae quoque serenitatis nutus accedat, quo facilius
id, quod deuota mens statuit, pro tantae religionis meritis
explicetur. ET ALIA MANU PRINCIPIS: Diuinitas te seruet per
multos annos, parens karissime atque amantissime.

(4.)

GRATULATORIA DE ORDINATIONE PAPAE SIRICII.

Haue Piniane carissime nobis. Populum urbis aeternae
gaudere concordia et optimum eligere sacerdotem et populi

1 res *o*: rex *V* exigeat *V*, exigat *o*, *corr.* *o*[2] 6 diligentiore *V*, *non* diligentiorem, *ut adfert Meyer* 8 quo *V*, *corr. Bar.* 9 tyberini *V* 10 spatii *V*, *corr. Petschenig 'Neue philol. Rundschau' 1888 n. 24*: spatio *Bar.* 13 amplificentiori sublimet *V*, *correxi* mẹnium *V* 16 sinopsis *V* pendatur *Petschenig* 17 quae <sunt> *Meyer*

4. *Dat. 24 Febr. a. 385.* *Edd. Bar. ad a. 385, 6; Coustant Epp. Pont. I 639; Collectiones Conciliorum; Haenel Corp. Leg. 230.* 25 SYRII *V*, *corr. Meyer* 26 habe *V*

Romani esse cernimus instituti et nostris gratulamur id euenire
2 temporibus. proinde quoniam religiosum Siricium antistitem sanctitatis sic praeesse sacerdotio uoluerunt, ut Ursinum improbum acclamationibus uiolarent, nostro cum gaudio memoratus episcopus esse permaneat, Piniane karissime ac iocundissime; siquidem magnum innocentiae et probitatis exemplum est in una acclamatione et ipsum eligi et ceteros improbari. Data VI. Kal. Mar. Mediolani.

(5.)

UBI URSINUS ET QUI CUM EO SUNT AB EXILIO RELAXANTUR.

Haue Praetextate karissime nobis. Licet iusta uideatur fuisse uindicta, quae illic turbulenter exercitam factionem cohercitione sedauit, ubi maxima debet esse concordia, scilicet in ecclesiae uel sede uel causa, quarum rerum utraque et modestiam poscit et cultum: tamen nos omnes, qui nuper propter illum tumultum deportatione damnati sunt, et propriae lenitate naturae et ipsius religionis ac legis contemplatione
2 miseremur, Praetextate karissime ac iocundissime. cunctos igitur, qui sunt eius et sortis et culpae, praecelsa snblimitas tua nostri auctoritate iudicii liberabit. hanc uero formam tenebit in posterum, ut si idem pristino statui restituti aliquid spiritu iterum gesserint inquieto, quo tranquillitas reformata turbetur, seuerissima in eos sententia proferatur. nullam enim possunt ueniam promereri, qui non desinunt peccare post ueniam.

1 nostri *V*, *corr. o* 2 syricium *V* 3 Ursicinum *in marg. Bar.*, *hanc formam aliis locis etiam in textum recipiens; cf. Rade, Damasus Bischof von Rom (1882) p. 11 adn. 1* 4 uiolarent *V:* noluerint *minus apte Coust.* 5 ac *Bar.:* iam *V,* atque o^2 iocondissime *V* 8 Dat. VII. *Bar.*

5. *Dat. a. 367 ante diem 15 mensis Septembris.* ***Edd. Bar. ad a. 368, 4; Haenel Corp. Leg. 223.*** 11 liceat *V, corr. Bar.* 12 excitatam o^2 13 sedat *V, corr. Meyer* maxime *Bar.* 15 possit *V, corr. Meyer* 17 regionis *V, corr. o* 22 spiritui *V, corr.* o^2

(6.)

UBI REDDITUR BASILICA SICININI.

UALENTINIANUS UALENS ET GRATIANUS PRAETEXTATO P. U. Dis-
sensionis auctore sublato omnis causa discordiae sopienda est,
ne aliqua manente materia nihil prosit e medio sustulisse
fomitem iurgiorum, Praetextate parens karissime atque aman-
tissime. quam ob rem praecelsa sublimitas tua defensorum 2
ecclesiae urbis Romae siue Damasi sacrae legis antistitis
petitione perspecta, qua una tantum ex ecclesiis catholicae
religionis obsequio a dissentientibus adhuc dicitur retentari,
quoniam pro publica securitate metuendum est, ne aliqui hinc
iterum tumultus oriatur, quandoquidem non parua sit separa-
tionis effigies, si ita aliquid putetur obclusum, Damaso eam
iubebit aperiri, ut singuli uniuersique cognoscant, quo unitas
studio sit colenda, qua omnibus pace uiuendum, cum ecclesiis
restitutis plenissimam postulet congregatio ubique permissa
concordiam.

(7.)

DE EXPELLENDIS SOCIIS URSINI EXTRA ROMAM.

IDEM AUGUSTI PRAETEXTATO P. U. Ea nobis est innata mo-
deratio, ut publicam disciplinam sine cuiusquam calamitate
munire cupiamus. itaque quoniam animaduersionum occasi- 2
onibus non fauemus, Ursini sociis ac ministris, quos praecelsa
sublimitas tua propter quietem urbis aeternae de medio putauit
esse tollendos, Roma tantum, cuius tranquillitati studetur,

6. *Dat. post diem 16 Novembr. 367 et ante diem 12 Ian. 368. Edd. Bar. ad a. 368, 2; Haenel Corp. Leg. 223.* 3 pu *V* 6 p k a a *V: et sic saepius* 7 defensoris *Bar.* 9 ex ecclesiis (*uel* ecclesia) *Meyer* ex ecclesiae *V*, ecclesia ex *Bar.* 11 aliquis *Bar.* 16 congregationem o^2 promissa concordia *V*, *corr. Petschenig*

7. *Dat. die 12 Ian. 368. Edd. Bar. ad a. 368, 3; Haenel Corp. Leg. 223.* 21 fine *V*, *corr.* *a* 22 animaduersionum occasionibus (*uel* animaduersorum occisionibus *seu* occasibus) *Meyer:* animaduersorum occasionibus *V* 25 romam *V*, *corr.* o^2

excepta, ubicumque maluerint absque aliqua religionis iniuria, ut peregrinari potius quam exulari uideantur, proprio liceat iure uersari, Praetextate parens karissime atque amantissime. neque enim interest nostra, quem habitationis eligant locum, dummodo incentiuis dissensionibus ablatis firma sit rursus in plebe concordia. Data pridie Idus Ianuar. Triu. AA. conss.

(8.)

IDEM AUGG. OLYBRIO P. U. Tu quidem, sicut proximis litteris indicasti, enixissimo studio praestare uoluisti, ut nulla in urbe Roma possit esse discordia Christianorumque populus profunda in otio securitate gaudere. sed quantum Aginatii clarissimi uiri uicariae praefecturae scripta testata sunt, adhuc aliquantos placata miscere delectat extramuranisque conuentibus frequens strepitus excitatur, Olybri parens karissime atque amantissime.
2 quam ob rem egregia sublimitas tua istius auctoritate praeceptionis et patriae praestet et legi, ut populo dissenentiti nulla intra uicesimum lapidem uel religio ad coeundum possit esse uel copia, ut, si cessare non uult, migret, ut iussum est, insana collectio. ita demum enim tumultibus cunctis procul longeque summotis certa pax plebi in aeuum omne tribuetur.

(9.)

IDEM AUGG. AD AGINATIUM UICARIUM. Omnem his dissensionibus causam, quae, ut prudentia <tua> scripsit, sacratissimam urbem Christianorum populo fluctuante confundunt, auferre

2 exulare *Bar.* 5 dissensionis *Bar. probante Petschenigio*, sublatis *dubitanter Meyer; at cf. ep. 9 § 1* 6 IANVAR̄ *V et Bar. in marg.:* Iun. *Bar. in textu* TRIV (*i. e.* Triueris) *V: om. Bar.* AA. II Coss. *Bar.*
8. *Dat. ut uidetur sub finem a. 368. Ed. Bar. ad a. 369, 3.* 8 olibrio p̄u. *V* 10 populos *V, corr. Bar.* 11 gauderet *Bar.* 12 aliquantus *V, corr. Meyer* 17 regio *dubitanter Meyer* 20 omne, *quod coniecit Meyer, est in V* (om̄e)
9. *Dat. eodem die quo ep. 8. Ed. Bar. ad a. 369, 4.* 24 quae *Bar.:* quem *V* tua *add.* o[2]

cupientes iubemus his litteris, ut ab his, quos iuuat turbu-
lenta seiunctio, nullus intra uicesimum lapidem conuentus
habeatur, Aginati karissime ac iocundissime. itaque spectata 2
sinceritas tua admodum salutare praeceptum et quod nullum
interpretationibus locum ex aliquo relinquat ambiguo, his
animis exequatur, quos paci tranquillitatique reparandae et
iudex debet et ciuis. habes et urbanae in hoc auxilium prae- 3
fecturae; nam etiam Olybrium clarissimum atque illustrem
uirum pari serenitas nostra conuenit arbitrio in factiosorum
impios coetus, ut termino, qui euidenter est limitatus, exclu-
deret, quo nec in uicino quidem exoreretur id motus, quod
in urbe non esset. et facile praestabitis duo, quod singuli
praestare possitis.

(10.)

IDEM AUGG. AD OLYBRIUM P. U. Cum nihil possit esse
iocundius uel abundantia uel quiete ac summa felicitas sit,
quotiens duo ista iunguntur, procul dubio sublimitas tua per-
spicit, quam gratae nobis litterae tuae fuerint, cum et eos
esse compressos, qui sanctissimam legem tumultu et seditione
miscuerant, et annonam communis omnium patriae paulatim
in statum pristinum redire coepisse testatae sunt. sed haec 2
propemodum non stupemus in noto; talem enim te futurum
esse praesumpsimus, cum detulerimus tuis meritis praefec-
turam, qualem statim in administrationis exordiis inuenimus.
denique non monemus, ut illustris auctoritas tua eandem
efficaciam deuotionemque custodiens penitus statum plebis
uel reformatione pristinae disciplinae uel necessariorum proui-
sionibus commodorum et modestiae gloria et bonis securitatis

3 agynati *V* 5 interpretatioibus *V* relinquatur *V*, ur *expunxit* ο 6 pacis *V*, *corr. Meyer* 7 ciues *V*, *corr. Bar.* 11 id *V:* is *uel* quid *Meyer*, uel *Bar.* quod *Meyer:* qui *V*

10. *Dat. aliquanto post ep. 8. Ed. Bar. ad a. 369, 5.* 15 olibrium pū. *V* 18 grae (= gratiae) *V*, *corr. Bar.* fuerint *ex* fuerunt *corr. V* 21 sint *Meyer* 25 deneque *V*, *corr.* ο ñ (= non) *V:* nos *inepte Bar.* 27 reformationem *V*, *corr. Meyer*

accumulet, Olybri parens karissime atque amantissime: proprio quippe cura ingenio; satis est, ut inceptis posteriora respondeant.
3 neque ita origines criminum metiaris, ut mansuetudinem nostram de correctionibus singulorum aestimes consulendam, cum omnia, ex quibus aliqua potest esse confusio, sponte praeuenias ac sic sollicite uerecundeque compescas, ut nobis non tam incitandi necessitas relinquatur quam gratia comprobandi.

(11.)

IDEM AUGUSTI AD AMPELIUM P. U. Iure mansuetudinis nostrae sensibus uel diuinitus datum est uel tranquillitate naturae, ne cum delinquentum facinore legum seueritate certemus ac spe emendationis futurae mitiorem esse uelimus correctionis iniuriam quam prouocat meritum noxiorum, Ampeli parens
2 karissime atque amantissime. dudum Ursini inquietudine prouocati, fauentes concordiae populi Christiani, quieti etiam urbis sacratissimae prouidentes uno interim loco intra Gallias dumtaxat perturbatorem tranquillitatis publicae statueramus iure cohiberi, scilicet ne applicatione morum late dissensionis incommodum spargeretur. uerum naturae nostrae mansuetudine leuigati ita memorato abscedendi copiam dedimus, ne ad urbem Romam uel certe suburbicarias regiones pedem introferre aut
3 nequitiae suae contagionem conetur infundere. id etiam de ceteris erroris eius consortibus, Gaudentio uidelicet, Urso, Rufo, Auxanone, Auxanio, Adiecto, <Leontio> et Rufino sancimus, ut quos nequitiae similitudo complectitur, eos eadem etiam

2 cura] *scil.* est incęptis *V* 3 origenes *V*
11. *Dat. simul cum ep. 12, dum gerit urbis praefecturam Ampelius, qui successit Olybrio inter 21. Aug. 370 (Cod. Theod. II 10, 5) et 1. Ian. 371 (C. Th. XV 10, 1) et locum dedit Bapponi inter 5. Iul. (C. Th. VI 7, 1) et 22. Aug. 372 (C. Th. VI 4, 21). Edd. Bar. ad a. 371, 1; Haenel C. L. 224.* 10 idem aa ad ampelium pu. *V* 19 latę *V* 21 abscedendi *Bar.:* abstinendi *V* 25 Rufo o[2]: rufino *V* Leontio *add. Meyer cf. p. 54, 8* sanctimus *V, corr.* o 26 eos eadem *scripsi:* eosdem *V*, eiusdem *Meyer*

conditio emendationis astringat. quod si quispiam ex memoratis sacrilega intentione statutum mansuetudinis nostrae transgrediendum putauerit, non iam ut Christianus sed ut legum ac religionis ratione seclusus seueritatem publicae animaduersionis agnoscat. de hac autem eadem obseruantia ad u. c. 4
Maximinum uicarium urbis Romae dedisse nos conducibilem iussionem etiam censurae tuae uolumus innotescere, quo circa memoratorum personas ab his, qui rei publicae nostrae praesident, procliuior statutis exsecutio deferatur maiorque sit eorum moderatio, qui qualitatem morum suorum atque actuum ad multorum specula senserint pertinere. ET MANU IMPERATORIS: Uale Ampeli karissime atque amantissime.

(12.)

IDEM AUGG. MAXIMINO UICARIO URBIS ROMAE. Est istud diuinitus institutum mansuetudini nostrae, ut, etiamsi morum emendatio in hominum uita sufficiat, numquam tamen ab indulgendi studio et uoluntate cessemus mitioremque esse cupiamus correctionis iniuriam quam prouocant merita delinquentum. e quo oritur, <ut> Ursino, quem propter quietem 2
populi Christiani et debitam religioni ac legibus disciplinam uno interim loco morari intra Gallias iusseramus, sub ea conditione euagandi arbitrium praeberemus, ne uel ad urbem Romam uel ad regiones suburbicarias audeat commeare. qui si ingrata pertinacia statutum mansuetudinis nostrae egre- 3
diendum putauerit, eundem non iam ut Christianum, quippe quem a communione religionis mentis inquietudo disterminat, sed ut hominem factiosum perturbatoremque publicae tran-

6 maximum *V, corr.* o² 9 statuti *Petschenig* maior quae *V, corr.* α 11 ET *Meyer:* IN *V* 12 A. <parens> kar. *dubitanter Meyer*
12. *Dat. eodem die quo ep. 11. Edd. Bar. ad a. 371, 3; Haenel Corp. Leg. 224.* 16 emendatio in *V:* emendationi *dubitanter Meyer sed ne sic quidem apta euadit sententia* 17 mitiorem ꝗ *V* 18 delinquentium *Bar.* 19 ut *add. Bar.* 21 iusseramus <discedendi copiam fecerimus> sub *Bar.* 22 condione *V, corr.* α euagandi *Meyer:* ne uagandi *V* ne uel *Meyer:* neue *V*

quillitatis legum et religionis inimicum iuris seueritas per-
3 sequatur, Maximine karissime ac iocundissime. sinceritas igitur tua iussionis nostrae serie debita ueneratione praelata singularum urbium atque regionum, quibus temporarie praeest, primores atque incolas propria scriptione conueniat, quatenus sciant ita memorato egrediendi terminos iure praescriptos una cum inquietudinis suae errorisue consortibus Gaudentio Urso Rufo Auxanone Auxanio Adiecto Leontio nec non Rufino licentiam praebitam, ut ab interdictis locis incessum intellegant abstinendum. sic enim mansuetudinis nostrae indulgentiam temperamus, ne occasione praestita uicinitate inquietorum ad aliquam forsitan uociferationem religiosi populi studia prouocemus.

(13.)

DE REBAPTIZATORIBUS.

GRATIANUS ET UALENTINIANUS AUGG. AQUILINO UICARIO. Ordinariorum sententias iudicum aut temporum limes aut contumacis pronuntiatio aut habitum coram partibus sancit examen et haec mediocris auctoritas labefactari atque conuelli nec a potentioribus nec ab impudentibus pertimescit: nostra praecepta per uestram neglegentiam destituta quae tandem poterit ferre patientia? quam quidem dum despicitis excitatis, ut longae

1 prosequatur *V*, *corr. Bar.* 3 probata *Bar.*
13. *Data uidetur inter diem 9 Aug. 378 et diem 19 Ian. 379 Ed. Bar. ad a. 381, 1, quem secuti sunt Sirmond Append. Cod. Theod. p. 90; Coustant I 530; Collect. Concil.; Haenel Corp. Leg. p. 226. Petitionem concilii Romani (= Conc. Rom.), qua ut haec Aquilino rescriberent imperatores adducti sunt, ex codice aliquo bibliothecae regiae i. e. Parisinae edidit Sirmond Append. Cod. Theod. p. 78 (= Mansi III 624).* 16 uicario ordinariorum. Sententias *Bar.*, *corr. Sirm.* 17 sententias (sententiae *Sirm.*) iudicum aut quae *Bar.* contumaciae *Sirm.* 18 patribus *Bar.* *(corr. Coust. in marg.)* sancit *V sed* n *ut uidetur ex* x *corr.*: sanxit *Bar.* examen nec a mediocri auctoritate *Bar.* 20 pertimescunt *Bar.* 21 ferri sententia *Bar.*, firmare sententia *Sirm.* 22 ⟨non⟩ excitetis *Bar.* longa tolerantia desperatos sumat accentus *Meyer*, longae tolerantiae in desperatos sumat effectum *Bar.*

tolerantiae desperatos sumat accentus et officium metu cogat
agnosci. etiamne uiuidius est, quod Ursini iussit amentia, 2
quam quod serenitas nostra mitibus persuasit edictis, ut omnes,
qui impios coetus profanata religione temptarent, uel ad cen-
tesimum urbis miliarium pellerentur, ubi pertinax furor ab
obsequentibus destitutus in eius tantum perniciem rueret,
qui solus erraret, et ut condemnati iudicio recte sentientium
sacerdotum reditum postea uel ad ecclesias, quas contamina-
uerant, non haberent uel integrationem iudicii frustra <a>
nobis impudenti peruicacia precarentur? repetat laudanda 3
et spectata sinceritas tua, quales ad uirum clarissimum
Simplicium quondam uicarium litteras clementia nostra trans-
miserit, et desinat iterationem sperare mandati, quia pigendus
mansuetudinis nostrae pudor est instaurare praeceptum. Ursi- 4
num quidem Gallia cohercet et, ne motus aliquos inquietos
exerceat, cohibet Agrippina secessio; quem tamen ipsum per
occursantes obtundentem saepius quam maerentem ad hoc,
ut frequentius abiceretur, audiuimus. Hisacem remotus Hispa- 5
niae angulus titulo damnationis inclusit. non bene capiti
consulturum, si quid turbarum uesanus agitauerit. Parmensis 6
episcopus eo perniciosior, quod inclytae urbi magis proximus,
et imperitorum multitudinem uicinus exagitat et ecclesiam
de qua iudicio sanctorum praesulum deiectus est, inquietat,
inanem uidelicet gloriam sententiae grauioris exspectans: quem

1 metus *Bar.* 2 etiamne uiuidius *V:* at nonne absurdius *Bar* iussit *Bar.* 4 cetus *V* uel ad *V:* ad *siue* ultra *(cf. p. 57, 12) Meyer* 5 milliare *Bar.* 9 redintegrationem *Bar.* a *add. Bar.* 10 repetat *Bar.:* repperta *V* 11 tua sinc. *trsp. Bar.* 12 litteras *hic commemoratas Gothofredus putat legem esse anno 374 datam, ex qua nonnulla seruauit Cod. Theodos. IX 29, 1* 15 *fort.* inquietus 17 obtendentem (*seu* obnitentem) *Coust.* merentem *V:* monentem *Bar.*, mouentem *Coust.* 18 frequentius abiceretur *temptaui:* frequentius abiceret *V*, sequentes abjiceret *Bar.;* saepiusque ammonentem ad hoc, ne frequentius se obiceret *Petschenig* Isacem *Sirm.*, Isaacem *Coust.* hyspanię *V* 19 angulos *V, corr.* v^2 20 consultum *Bar.* 22 imperiorum *V, corr. Bar.* uicinus *V:* magis *Bar.*

si quid decessor tuus deuoti uigoris habuisset, porro ultra
7 fines debuisset extrudere. et Florentius Puteolanus post
damnationem, quam recto iudicio conuictus accepit ac man-
suetudinem nostram inquietare conatus dignum tulit improba
offensione responsum: post quintum decimum annum ecclesiam,
de qua fuerat extrusus, rursus contaminare conatur, congre-
gationes illicitas facere molitur egentemque consilii multi-
tudinem perditi animi persuasione deprauat: nostrorum uide-
licet iudicum socordia fretus, qui priuatae gratiae imperialia
praecepta condonant et religionem, quam nos iure ueneramur,
quia fortasse ipsi neglegunt, inquietari patienter accipiunt.
8 Claudianus etiam ab his, qui contra diuina praecepta initia
religionis instaurant, ab his, inquam, quos expelli iusseramus,
accitus, quasi parum facinoris aggressus esset, si in Africa
perstitisset, Romae sese dicitur intimasse falsusque praeceptor
uel expertes adhuc deuio profanare mysterio uel iam initiatos
ex integro nititur flagitio maiore corrumpere, cum religionis
sanctissimae disciplinam non cumulet iteratio sed euertat.
quem nos Claudianum dissimili poena ac meruit persequentes
repetere tantummodo patriam hactenus commota seueritate
praecepimus. sed residere etiamnunc dicitur imperitosque solli-
citans et cassa nomina mercede conquirens perdit animas cor-
9 porum redemptorum. hinc illi insectatores sanctissimae sedis

1 porro *V:* protinus *Bar.* 2 poteolanus *V* postquam damnationem recto *Meyer* 3 ac *om. Bar.* 4 improba offensione *V:* in progressione *Bar.* 5 quintum decimum *V:* quintum demum *Blondel (De la primauté en l'église, 1641, p. 194) cf. Conc. Rom. p. 83, 4 (ed. Sirm.)* Florentius Puteolanus posteaquam deiectus est . . post sextum annum repsit ad ciuitatem, tenuit ecclesiam, multas in oppido Puteolano, de quo deiectus fuerat, seditiones insolentia concitauit; *rescribendum uidetur* post VI. annum, *ut* VI *librarii errore abierit in* VX 6 extr. fuerat *trsp. Bar.* congressiones *Bar.* 10 religione *V, corr. Bar.* 11 quia *Petschenig:* qui *V,* quam *Bar.* accipiant *V, corr. Bar.* 12 initia *V:* uitia *Bar.* 13 instaurat *V, corr. Bar.* 14 affrica *V* 15 insinuasse *Coust. in marg.* 18 disciplina *V, corr. Bar.* se deuertat *V, corr.* o[2] 19 prosequentes *Bar.* 20 remota *Bar.*, summota *Meyer, uterque minus apte* 21 imperitos sollicitans et cassam omnino mercedem requirens *Bar.*

non solum dei numine, quod satis erat, sed etiam iudiciorum
examine exploratum mentis sanctissimae uirum, ut etiam diuo
patri nostro Ualentiniano est comprobatum, turpissimis calum-
niis episcopum Damasum inquietare non ueriti, postquam de-
sperauerunt posse percelli, populum, pro quo ille diuinitati
obses est, inquietant. sed hactenus steterit iners dissimulatio 10
iudicantum; nec necesse est admonere, quo possit sanctio
contempta procedere; hactenus, inquam, steterit apparitorum
supina desidia: posthac nisi omnes, ut nominatim iussionis
nostrae summa complectitur, uel quos turbas istiusmodi
molientes sancti episcoporum concilii consensus ostenderit,
ultra centesimum miliarium ab urbe depuleris atque earum
ciuitatum finibus extorres esse praeceperis, quarum plebem
uel ecclesias uel per se uel per simile sui uulgus exercent,
praeter aestimationis iniuriam, cuius apud bonos iactura non
leuis est, piaculum neglectae sanctionis incurres. uolumus 11
autem, ut, quicumque iudicio Damasi, quod ille cum concilio
quinque uel septem habuerit episcoporum, uel eorum qui
catholici sint iudicio atque concilio condemnatus erit, si
iniuste uoluerit ecclesiam retentare uel euocatus ad sacerdo-
tale iudicium per contumaciam non <ad>esse, seu ab illustribus
uiris praefectis praetorio Galliae atque Italiae auctoritate ad-
hibita ad episcopale iudicium remittatur siue a proconsulibus
uel uicariis <accitus> ad urbem Romam sub prosecutione per-

3 nostro *om. Bar.* 6 steterint *V, corr.* o²: stertit *Bar.* 7 iudicantium *Bar.* est admonere necesse *trsp. Bar.* quod *V, corr. Bar.* 8 stertit *Bar.* 9 post haec *Bar.* 11 sanctorum *Bar.* concilia *V, corr. Meyer* consensu ostenderint *Bar.* 15 preterea estimationis *V, corr. Bar.* non leuis iactura *trsp. Bar.* 17 consilio *V, corr. Meyer* 18 $\overset{u}{\mathrm{VII}}$ *V* 19 sunt *Bar.* atque *V:* uel *Bar.* consilio *V, corr. Meyer* fuerit *Bar.* si iniuste *Sirm:* si iuste *V,* et iniuste *Meyer cf. Conc. Rom. p. 85, 22* atque iniuste uoluerit ecclesiam retinere 20 uel *V:* ut qui *Bar.*, uel qui *Coust.* 21 adesse *Meyer cf. Conc. Rom. p. 86, 2* non adesse: esse *V,* iuisset *Bar.* seu *V:* ut *Bar.* ab o: ad *V* 22 perfectis *V, corr. Bar.* 23 siue a proc. uel uicariis *post* Italiae *trsp. Sirm., ante* ad urbem *inserens* ut 24 accitus *inserui*

12 ueniat, aut si in longinquioribus partibus alicuius ferocitas
talis emerserit, omnis eius causae dictio ad metropolitani in
eadem prouincia episcopi deducatur examen, uel, si ipse
metropolitanus est, Romam necessario uel ad eos, quos
Romanus episcopus iudices dederit, sine relatione contendat,
ita tamen ut, quicumque deiecti sunt, ab eius tantum urbis
finibus segregentur, in quibus fuerint sacerdotes. mitius enim
grauiter meritos cohercemus et sacrilegam pertinaciam lenius
13 quam merentur ulciscimur. quod si uel metropolitani episcopi
uel cuiuscumque alterius sacerdotis iniquitas suspectatur aut
gratia, ad Romanum episcopum uel ad concilium quindecim
finitimorum episcoporum arcessito liceat prouocare, modo ne
14 post examen habitum, quod definitum fuerit, integretur. iam
uero illud, quod in negotiis quoque rerum minorum et in
leuibus causae dictionibus animis nostris iustitia naturalis inseruit, multo diligentius in causis iustissimis uolumus conualescere, ne facile sit cuicumque perdito notabili prauitate morum aut infami calumnia notato personam criminatoris assumere aut testimonii dictionem in accusationem episcopi profiteri.

cf. Conc. Rom. p. 86, 3 seu ab illustribus uiris praefectis praetorio Italiae uestrae siue a uicario accitus ad urbem Romam ueniat 2 causa edictio *α*, *unde* causae edictio *Bar.* metropolitae *Bar.* 3 deduceretur *Bar.* 6 detecti *Bar.* 7 minus *Sirm.* 9 meretur *Bar.* 10 alterius *om. Bar.* suspectatur *Meyer:* suspecta//// (*eras.* t) *V,* suspectat *α,* suspecta est o^2, est suspecta *Bar.* 12 accersitum *Bar.* 17 cuiquam praedito *Bar.* notabili *Bar.:* nobili *V* 19 profiteri] *rescriptum non esse integrum uix recte suspicatur Coust. p. 534*

DE HIS QUAE INTER BONIFATIUM ET EULALIUM GESTA SUNT QUANDO UTRIQUE POST MORTEM PAPAE ZOSIMI EPISCOPATUM ROMANAE URBIS CONTENTIONIS AMBITU PERUASERUNT.

(14.)

EXEMPLUM RELATIONIS SYMMACHI PRAEF. URB. AD HONORIUM PRINCIPEM RAUENNAE CONSTITUTUM.

Quaecumque in urbe Roma geruntur, me tacere non conuenit
pro debito famulatu, quem maiestati uestrae semper exhibeo.
cum diu episcopus Zosimus graui incommodo laboraret usque 2
adeo, ut frequenter mortuus iactaretur, accidit, ut secundo die
post ingressum meum uita decederet. statim, ut conuenerat, 3
populum alloquendo commonui, ut cum quiete clericorum
tractatu omnia finirentur nec se rebus disponendis misceret
turbatio popularis, siquidem certum esset in eligendo episcopo
dei omnipotentis expectandum esse iudicium, domini imperatores
Honori et Theodosi pii felices inclyti uictores semper
Augusti. admonui etiam corporatos, officio quoque interminatus
sum ac maiores deterrui regionum, ne quis quietem urbis
uestrae perturbare temptaret. quod quidem ita custoditum 4
est, ut sine strepitu omnia finirentur. uerum cum uir sanctus
Eulalius ad ecclesiam Lateranensem de exequiis prioris episcopi
a populo et a clericis fuisset adductus, ibi per biduum
cum maxima multitudine et cum pluribus sacerdotibus remoratus
est, ut expectaretur dies consuetus, quo possit sollemniter
ordinari. cum haec ita essent, subito aliquanti pres- 5
byteri cum Bonifatio eiusdem ordinis ad Theodorae ecclesiam
collecto populo properarunt ibique habito tractatu ipsum

1 De his quae *etc.*: *hic titulus pertinet ad epp. 14—37* BONIFACIUM *V et sic saepius per litteram c*

14. *Dat. die 29 Dec. 418. Ed. Bar. ad a. 418, 79, quem secutae sunt Symmachi editiones (Iuretus, Auctuar. Symm. n. 19; Scioppius et Pareus epp. X 71).* 5 SYMACHI *V* 8 famulatui *V, corr. ras. man. post. a* 15 imperatoris honorii et theodosii *V, corr. Bar.* 18 regionis *V, corr. Iuret.* (*cf. p. 79, 12*) 19 uestrae *in ras. V:* nostrae *a* 24 posset *Bar.* 27 habitu *V, corr. o*

6 ordinare episcopum uelle coeperunt. quod ubi comperi,
omnes, qui pariter erant, ad me ut uenirent presbyteros
depoposci ac residens cum uiro clarissimo tribuno Sereniano
eos admonui, ne quid temere fieri paterentur aut contra sacrae
legis ordinem uenirent aut contra consuetudinis rationem.
sed tanta pertinacia restiterunt, ut id quod minati sunt facere
minime dubitarent. nam etiam presbyterum Bonifatium in
ecclesia Marcelli ordinandum esse duxerunt atque cum eo ad
7 sancti apostoli Petri basilicam processerunt. et quoniam
pietatis uestrae est de hac parte ferre iudicium, statim pro
competenti sollicitudine uestram maiestatem credidi consulen-
dam, ut quid de hac parte pietas uestra decernat, praecepto
uestri numinis euidenter informer. diu enim, quae contra reue-
rentiam uenerandae legis facta sunt temeritate paucorum, dif-
ferri non conuenit, ne tarditate firmentur, quae oportet inter
8 exordia resecari. gesta acclamationum populi, quae singulis
diebus habita sunt, relationi meae subieci; quicquid postea
gestum fuerit, non tacebo. Data IIII. Kal. Ianuarias.

(15.)

EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM.

Gestis omnibus recensitis laudanda sublimitatis tuae relatione
perclaruit in ordinatione uenerabilis sacerdotii quietem ueterem
paucorum insolentiam attemptare uoluisse. nam cum post
abscessum uenerabilis uiri Zosimi circa meritum Eulalii ordine
subrogandi communi iudicio concinens multitudo sonuisset ac
plena erga se omnia, quae regula catholicae posceret disciplinae,
successoris confirmatio custodiret, uehementer miramur aliquos
extitisse, qui sollemnitate contempta circa ordinationem alterius
2 festinarent. in quorum castigandum factum mansuetudinem

5 uenirent *V:* inirent *Hartel* 9 *ante* apostoli *del. V* pauli 16 resecari *Meyer:* recitari *V*, recidi *Ang. Mai (Script. uet. noua collect. I* [*ed. 2*] *P. IV 2 p. 44)* 17 subici *V*, *corr. Mai*

15. *Dat. die 3 Ian. 419. Edd. Bar. ad a. 419, 2; Iuret. Auct. Symm. n. 20; Sciopp. et Par. X 72.* 21 laudandae *Iuret.* 22 sacerdotis *Iuret.* 23 insolentia *V*, *corr. Iuret.* 24 absessum *V*, *corr. Bar.*

nostram rite oporteret insurgere, nisi hoc tamen genere decerneremus eos ad ueniam pertinere, quod lapsum cito proprium contuentes ad deprecandi suffragium sunt relapsi, ignosci sibi super id, quod uim perpessi conquesti sunt, postulantes.
conuenire ergo uotum et studium nostrum circa Eulalium 3
sacrae legis antistitem sublimitas tua clementiae nostrae auctoritate praesenti cognoscat, cui competens numerus ordinantum, legitimi sollemnitas temporis locique qualitas recte uenerandi nominis apicem contulerunt. cum autem Bonifatio constet omnia defuisse, superflue expectatam sententiam nostram esse censemus, cum factum suum episcopum, qui praesumpserant,
ammotis damnasse precibus uideantur. absoluta itaque decer- 4
nimus iussione extraordinaria praesumptione summota Bonifatium interdicta confestim urbe prohiberi: erit uerecundiae eius, ut morem gerens caelestibus constitutis sponte discedat;
pertinacius resistentem inuitum praecipimus expelli. plebeiae 5
sane seditionis auctores cum sociis suis sublimitas tua, Symmache parens karissime atque amantissime, statuet attineri atque in eos congrue uindicari, ut res temere praesumpta non transeat impunita. in qua re Afrodisium u. c. tribunum et notarium dirigi a nostra mansuetudine placuit, ut praesente eo, quae statuimus, celerius impleantur, quatenus quies populi nulla perturbatione uexetur et pacata eum ueneretur uniuersitas, quem secundum ueterem consuetudinem obseruata sacrae legis mysteria susceperunt. Data III. Non. Ian. Rauennae.

(16.)

EXEMPLUM RELATIONIS SYMMACHI P. U. AD PRINCIPEM.

Ubi primum sacer sermo pietatis uestrae expectationem populi celeritate praeuenit, omne, quod sibi diuersitas uolun-

1 tamen *Meyer:* tantum *V* 7 ordinatum *V*, *corr. Meyer:* ordinantium o² 8 legitimi o: legitimis *V*, legitimus *Bar.* uenerandum *V*, *corr. Iuret.* 11 sensemus *V*, *corr.* o²: sensimus o *Bar.* fatum *V*, *corr.* o epm̄ *V:* ipsi *Bar.* 20 uc̄ trib' et not̄ *V*

16. *Dat. die 8 Ian. 419. Edd. Bar. ad a. 419, 5; Iuret. Auct. Symm. 21; Sciopp. et Par. X 73.* 28 RELATV̄ SIMACHI *V*, *corr. Bar.*

tatum usurpauerat de episcoporum electione, summouit ac
diuina prouisione inter initia resecauit, quod tarditate impe-
ritae multitudinis crescentibus studiis difficilius potuisset au-
2 ferri, domini imperatores. ob quam rem statim debito fa-
mulatu implere, quae fuerant imperata, properaui et, quod
felicitati clementiae uestrae ascribendum est, res noui exempli
et maximae contentionis magnique certaminis ut <non> sine
commotione populi coepta fuerat, ita salua clementia uestra
3 cum totius multitudinis quiete finita est. nam cum eo tem-
pore ad me sacra perlata esset auctoritas, quo sancti diei
erat celebranda sollemnitas, statim, ut oportebat, misso primi-
scrinio Bonifatium ut ad me ueniret admonui quod praeceptum
fuerat agniturus ac se a processione, quam sibi inhibitam
didicerat, abstineret. qui conuentione contempta processit atque
4 eum, quem direxeram, dedit populo uerberandum. quod ubi
nuntiatum est, habito cum u. c. tribuno Sereniano tractatu
ad sanctum apostolum Paulum, quo conuenerat, et sacrae
exemplaria pro cautela direxi, ne quid † iniuriam publicam
de praeceptis immissa multitudo temptaret, et partem offici
5 pariter destinaui. sed neutrum fieri passus cum ad urbem
uellet cum populo remeare, statim ad portas tam contubernales
quam apparitores occurrerunt, qui eum, ut statutum fuerat,
urbem uestram ingredi prohiberent. uerum ipsos quoque con-
temnendos credidit atque uiolenter ingressus a certa urbis
parte pluribus occurrentibus est repulsus nec permissus, quod
cogitabat, implere. quod ubi turba quae comitabatur aspexit,
6 sine aliquo tumultu dispersa est. ipse uero extra murum
deductus non longe ab urbe remoratur. qui ne occulte per
noctem ingressus urbem ad ecclesiam conuolaret et rursus
populi studia commoueret, communi tractatu pro competenti

4 D. Imperator *Iuret.* 5 et *V (errauit Meyer):* eo *Bar.* quod o^2: quo *V* 7 maxime *V* non *add.* o^2 12 Bonifac. ad me uenire *Bar.* quod *o*: quid *V* 13 agniturum *V, correxi* ac *V:* ut *Iuret.* 14 qui *Bar.:* quique *V* 18 <in> iniuriam *Bar. Meyer* 19 immissa *V:* inscia *uel* inconscia *Meyer;* ne quid incuria publica de praeceptis admissa *Hartel* temeraret *Iuret.* 27 *et p.* 63, 1 fine *ut uidetur V, corr. a*

sollicitudine contubernales et apparitores quattuor illic sine
iniuria eius obseruare disposui: expectans, quid pietas uestra
decernat, ut quies possit, quae hactenus seruata est, perdurare.
circa partem uero Eulalii episcopi uenerabilis uiri, qui eo die 7
paene cum omni multitudine ad sancti apostoli Petri basilicam
sollemnia celebrabat, ubi primum pietatis uestrae praecepta
sunt publicata, fuit totius laetitia ciuitatis. unde ea, quae 8
populus Romanus publico gaudio diuersis acclamationibus
agens gratias maiestati uestrae credidit publicanda, relationi
meae uniuersa subieci, ut agnosceret pietas uestra, et quanta
quiete uobis propitiis correcta sint, quae male fuerant admissa
temeritate paucorum, et quanta gratia suscepta sint, quae
clementia uestra diuino iudicio et pro uenerandae religionis
reuerentia decernenda credidit et pro quiete Romani populi in
perpetuum seruanda constituit. Data VI. Id. Ianuarias.

(17.)

EXEMPLUM PRECUM PRESBYTERORUM PRO BONIFATIO.

Petimus clementiam uestram, piissimi et clementissimi
imperatores Honori et Theodosi semper Augusti. Post abs- 2
cessum sancti Zosimi papae ecclesiae catholicae urbis Romae,
ut fieri mos uolebat atque ipsa religionis disciplina dictabat,
plures in unum conuenimus sacerdotes, ut de constituendo
successore communi iudicio tractaremus. sed quoniam Lateranensem ecclesiam obstrusis paene omnibus ingressibus archidiaconus Eulalius contemptis impie summi sacerdotis exsequiis diaconibus et paucissimis presbyteris ac multitudine turbatae

9 credidit *Meyer:* credidi ut *V;* edidit, ut *Sirm., cuius manu factum apographum epp. 14—36 extat in codice Berolinensi Phill. 1717 (cf. Meyer l. c. p. 4 adn. 1)* uobis *Meyer:* uƀ *V* 14 im *V*

17. *Dat. die 6 uel 7 Ian. 419. Edd. Bar. ad a. 419, 8; Coustant Epp. Pont. 1007; Iuret. Auct. Symm. 22; Sciopp. et Par. X 74.* 18 Petimus clementiam] *cf. similem exordii formulam in Orcistenorum supplicatione edita a Mommseno in Hermae uol. XXII p. 317 (II 17) nec non initium ep. 47* 19 absessum *V, corr. Bar.* 24 obstructis *Bar. eodem errore quo Cornelissen (Mnemosyne N. S. XIV 302) in mutando Amm. Marc. 31, 15, 6*

plebis obsederat, altero die ad eandem ecclesiam, ubi prius
ab omnibus fuerat constitutum, habita omnium collatione
properauimus ibique participato cum Christiana plebe consilio,
3 quem deus iussit, elegimus. nam uenerabilem uirum Boni-
fatium, ueterem presbyterum in lege doctissimum ac bonis
moribus comprobatum et, quod eum magis ornabat, inuitum,
acclamatione totius populi et consensu meliorum ciuitatis
asciuimus: diuinae institutionis ordine consecratum; nam
subscribentibus plus minus septuaginta presbyteris, astantibus
nouem diuersarum prouinciarum episcopis benedictionem com-
petenti tempore constat fuisse celebratam ac post omnia, quae
4 sollemnitas exigebat, impleta sunt. sed cum supra dictus
Eulalius, qui ante per tres consacerdotes nostros fuerat ex
multorum auctoritate conuentus, ne quid sibi temere praeter
conscientiam cleri maioris assumeret, circumuentis paucissimis
presbyteris, male acceptis his ac diuersae custodiae mancipatis,
qui ad prohibendum cum litteris uenerant, exhibito etiam cum
aliis Ostiensi episcopo, quem prope mortuum constat accitum
(nam tractum esse nolentem senis aegritudo testatur), in locum
sibi non debitum incustodito religionis ordine per ambitum
proruisset: coepit factum suum per homines disciplinae inscios
ac religionis ignaros indecenter tueri, aestimans humanis per-
5 turbationibus se confundere sententiam posse diuinam. et
quoniam clementiam uestram constat falsidica relatione decep-
tam, ut nescio quid in iniuriam diuini iudicii sanciretis (nam
diuinum est, quicquid tantorum confirmat electio), petimus
pietatem uestram, ut remoueri priora constituta iubeatis atque
Eulalium, qui in locum subrepsit alienum, ad comitatum
perennitatis uestrae cum auctoribus suis debere deduci. nos
enim profitemur sanctum papam Bonifatium <cum> nostris con-
sacerdotibus adfuturum. relictis enim singulis per titulos
presbyteris omnes aderunt, qui uoluntatem suam, hoc est dei

1 obseruabat *Sciopp.* 10 bene electionem *Bar. in marg.* 13 consordotes *V, corr.* o[2] 29 serenitatis *Bar.* deberi *V, corr. Bar.* nos *Bar.:* non *V* 30 cum *add. Sirm.;* Bonif. nostris cum sacerdotibus *Bar.*

iudicium, proloquantur. iubeat etiam uestra clementia omnes 6
adesse, quos causa constringit, eici etiam ciuitate nolentes,
qui se non patiuntur adduci. inuenietis, cum coeperit agitari
interna discussio, quod non solum diuinis legibus <ab>horreat
uerum etiam displicere possit humanis, quo hoc consecuti
agamus aeterno imperio uestro maximas atque uberes gratias.

AD PETITIONEM PRESBYTERORUM HUIUSMODI SACRUM RESCRIPTUM IMPERATOR P. U. SYMMACHO DESTINAVIT:

(18.)

Post relationem sublimitatis tuae delatam mansuetudinis
nostrae auribus presbyterorum allegatio causam nobis non
superuacuae deliberationis iniecit: ideo decet ambiguitate
seposita fidem rerum comminus experiri quamque partem
praetermissus gestae rei ordo arguat, quam seruatus adiuuet,
multis coram censentibus approbari, ut utriusque facti simul
qualitate perpensa et circa unam rite definita consistat et
circa aliam temere assumpta non maneat, Symmache parens
karissime atque amantissime. ob quam rem illustris et 2
praecelsa magnitudo tua suspensis omnibus, quae superius
sunt decreta, nullique interim praeiudicio comparato auctoritate
praesentis oraculi utrumque hoc est Bonifatium et Eulalium
religiosissimos uiros instantia digna conueniet, ut intra diem
sextum Iduum Februariarum Rauennatum ciuitatem praesen-
tiam suam maturare non differant, omnibus aeque admonitis, 3

2 ciuitatē, *corr. Bar.*: <extra> ciuitatem *o*[2] 4 quod non solum *o*[2]: qͦdn̄s *V* horreat *V*, *corr. Bar.*

8 ĪMP *V* SYMACHO *V*

18. *Dat. die 15 Ian. 419. Edd. Bar. ad a. 419, 11; Iuret. Auct. Symm. 23; Sciopp. et Par. X 75.* 13 fidelem rerum *V*, *corr. o*[2] *Meyer:* fidelem rerum <ordinem> *Bar.* 14 adiuuet *V:* adnuat *Iuret.* 15 factis *V*, *corr. Bar.* 16 ritē *V*, *corr. o* 16 *sq. fort.* consistant . . maneant 17 symache *V* 21 utrumque *Iuret.*: ut utrumque *V* 23 Rauennatem *Iuret.*, <ad> Rauennatum *Meyer* 24 aeque *Bar. in marg.*: atque *V*, atque <singulis> *Iuret.*

qui auctores utriusque ordinationis existunt, ut amota excusatione non desint, ut facto quisque erga alterutrum proprio prolatis ecclesiasticae institutionis exemplis defensor existat seque purgato alium magis in legem catholicam deliquisse praesumpta inmeriti electione conuincat: iudicium de statu suo quisque, si adesse neglexerit, sortiturus, dans nimirum intellegi improuide immo illicite se fecisse, quod coram non
4 audeat defensare. nos quoque ex diuersis prouinciis competentem numerum sacerdotum scriptis nostrae serenitatis accimus, ut rem deductam in dubium absoluat nobis coram dis-
5 cep<ta>tio plurimorum. cum autem omnia futuro integra sint iudicio reseruata, de transactis sibi blandiri neminem decet; praesentis enim iudicii docebit exemplum, quid in eiusmodi negotiis obseruari debeat in futurum. Data XVIII. Kal. Feb. per Aphthonium.

(19.)

ITEM RELATIO P. U. SYMMACHI.

Cum uir clarissimus Aphthonius decurio sacri palatii uestri cum caelesti praeceptione ad urbem uenerabilem conuenisset, omni genere festinaui, quatenus praeceptis numinis uestri
2 oboedientiam commodarem. nam statim conuentis proceribus sacra iussio publicata et ad religiosos uiros Bonifatium et Eulalium missa conuentio est, domini imperatores. clericos quoque eorum praecepi pariter admoneri, ut nihil futuro cognoscente pietate uestra deesset examini. unde haec omnia gestorum serie comprehensa ad plenam instructionem subter
3 annexui. uerum postquam pars utraque populum diuersis seditionibus excitaret, singulos admonitione missa conueni, ne

2 ut *V:* et *Iuret.* 9 acciuimus *Iuret.* 10 disceptio *V, corr. Bar.* 15 aptonium *V*

19. *Dat. die 25 Ian. 419. Edd. Bar. ad a. 419, 12; Iuret. Auct. Symm. 24; Sciopp. et Par. X 76.* 17 SYMACHIO *(sic!) V* 18 apthonius *V* 20 nominis *V, corr. Iuret.* 23 D. imperator *Iuret*

ad unam ecclesiam conuenirent et. quod fieri non licebat, inter se multitudo confligeret. sed hoc illis uisum est, credo, suspectum, quod quietem suadendam credidi hominibus perturbare uolentibus ciuitatem. ob quam rem ambae partes calumniosis me crediderunt contestationibus appetendum, ut errorem suum compositis mendaciis excusarent. quod ne in aliquo clementiam uestram lateret, eadem quae optulerunt actis inserta transmisi, ne quicquam suppressum esse quere-
rentur. superest, ut apud clementiam uestram nullius partis 4
studiis famuli uestri appetatur absentia, qui semper maiestati uestrae puris seruitiis approbatus me ab oppugnatione uel fauore ambarum partium ut decebat credidi separandum. Data VIII. Kal. Februariarum.

(20.)

EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM AD SYNODUM.

Omnia quidem clementia nostra in praesenti beatitudini uestrae congrua ordinatione mandauit, ut sequestratis omnibus uestro iudicio, quid obseruari propter quietem populi deceat,
finiretis. meminimus quoque hoc a nobis imprimis, quod 2
aequitas expetebat, esse mandatum, ut hi episcopi, quos interfuisse eorum ordinationibus constat uel postea subscripsisse, sine iniuria sui et manente reuerentia iudices non sederent nec ullum praestare testimonium possent, ne non tam nouam prolaturi sententiam quam seruaturi factum praeteritum uiderentur. hi ergo, sicut superius diximus, ab ea disceptatione
se abstinere debebunt. illud quoque similiter custodiendum 3
beatitudo uestra esse cognoscat, nulli parti praeiudicium comparatum, quod a nobis antea claruerat constitutum. cum enim

1 quo *V*, *corr.* o^2 3 quo *V*, *corr.* o^2 *Meyer* 5 calumniosis me *Meyer:* calumniosissime *V* 11 approbat *V*, *corr. Iuret.* 12 dicebat *V*, *corr. Bar.* credidisse parandum *V*, *corr. Meyer* 13 Februarum *V*, *corr. Petschenig*

20. *Dat. a. 419 post diem 8 Febr.* *Ed. Bar. ad a. 419, 14.* 19 quo *V*, *corr.* o^2 23 ullum o^2: illum *V*

celeriter destinata iussa propter quietem populi pietatis nostrae sequenti auctoritate summota sint, nihil hinc aut uindicare
4 pars altera poterit aut altera formidare. attendentes ergo iudicium dei, quod in tali causa uobiscum simul residere manifestum est, examinatis omnibus id uos custodire decet, quod infundente caelesti spiritu habere Christianae legis integram reuerentiam possit.

HAEC SYNODUS INTER SE DISSENTIENS PRAESENTEM CAUSAM TERMINARE NON POTUIT. UNDE UENERABILIS IMPERATOR HONORIUS AD MAIUS CONCILIUM HOC CREDIDIT NEGOTIUM DIFFERENDUM ET INTERIM PROPTER DIES QUI IMMINEBANT SANCTAE PASCHAE UTROSQUE BONIFATIUM SCILICET ET EULALIUM AB URBE IUSSIT ABSCEDERE ET SPOLITINUM EPISCOPUM ACHILLEUM NOMINE SACRA IUSSIT MYSTERIA CELEBRARE SYMMACHO PRAEF. URBI HOC IDEM SUIS SCRIPTIS INSINUANS:

(21.)

Magnarum deliberationum non debet citum esse iudicium nec temere proferenda sunt, quae seruanda in perpetuum
2 sanciuntur. saepe de episcopis urbis aeternae ⟨per⟩ altercationem partium sub examine sacerdotum concussa cognitio est. sed ne quid festinum celeritate iudicii proferatur, id clementiae nostrae sedit arbitrio, ut, quoniam uicinitas sanctorum dierum episcopi praesentiam postularet nec in urbe sacratissima fas esset pascharum praesentim dies sine sacerdote celebrare, idcirco, Symmache parens karissime atque amantissime, illustris magnificentia tua Achilleum nos elegisse

8—15 *praeter Baronium (419, 15) edd. Ballerinii, De antiq. coll. can.* (= *Append. ad Leonis opera*) *II cap. 12 n. 20.* 10 deferendum *Baller.* 12 iussit *V:* ista *Baller.* 13 Spoletinum *Bar.*, Spolitanum *Baller.* 14 symacho *V*

21. *Dat. die 15 Mart. 419. Edd. Bar. ad a. 419, 15; Iuret. Auct. Symm. 25; Sciopp. et Par. X 77.* 18 qui *V, corr.* α^3 19 sanctiuntur *V* per *inserui* altercatione *Bar.* 20 concussa *scripsi (cf. Horat. Sat. I 3, 35):* concessa *V* 22 ut quoniam *V:* at quoniam *Bar.*, at cum *Meyer* 25 celebrari *dubitanter Meyer* symachę *V*

cognoscat, quem a fauore partium constaret alienum, qui
mysteria sacrae obseruationis impleret. transactis uero festis
diebus ex iudicio sacerdotum quae debeant custodiri consilio
maturiore tractabimus. monemus sane, ut regionum primatibus 3
euocatis disciplinae publicae quietique prospicias; quibus decretorum nostrorum praecepta iubeas aperiri, ne quis scilicet ullum tumultum neque seditionem audeat commouere. quam si quis insana persuasione conciuerit, non in eos tantum, qui in perturbatione fuerint deprehensi, sed in regionum quoque priores intellegant uindicandum. nouimus enim quietem publicam facile custodiri, si incentorum cupiditates ac fomenta cessauerint.

(22.)

EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM AD ACHILLEUM SPOLITANUM EPISCOPUM.

Quoniam de Romano sacerdotio propter angustias temporis, quas dierum sollemnitas fecit, quae abesse episcopos a
suis ecclesiis non sinebat, dilatum constat esse iudicium,
recte nostra serenitas credidit ordinandum, beatitudo tua ad
<urbem> uenerabilem congrua ueneratione festinet, quatenus
sanctae paschae dies ea qua conuenit quiete cum sollemnitate
consueta populis repraesentes nec consuetudini obsit, quod
differri synodum multiplex necessitas fecit. illud sane in 2
primis ac praecipue commonemus, ne umquam ulla illorum mentio fiat, de quibus constat suspensos esse iudicio.

(23.)

PRINCIPIS ORATIO AD SENATUM.

Scimus, patres conscripti, a uobis cunctationem nostram non posse reprehendi, quibus semper in re omni probatur

1 constat esse alienum *Bar.* 5 decretor *V*, *corr. α* 7 neque *Bar.*: ne quam *V* 8 conquiuerit *V*, *corr. Meyer:* conquiret *Bar.*

22. *Dat. die 15 Mart. 419. Ed. Bar. ad a. 419, 16.* 14 Spolitinum *index collectioni praemissus (cf. Proleg. c. 1), quae forma fortasse etiam p. 75, 18 et 78, 1 restituenda est* 16 angustiam *Bar.* 17 quas *Meyer:* quam *V Bar.* 19 <ut> beatitudo *Bar.* 20 urbem *inserui; idem post* uenerabilem *addiderat Bar.*

23. *Dat. die 15 Mart. 419. Ed. Bar. ad a. 419, 17.*

consiliorum iudiciique maturitas. nec sane de summis cita
debuit et potuit esse sententia, quam ut aeternam ita proba-
2 bilem et ex omni parte decet esse perfectam. inter episcopos,
quos in urbe sacratissima fauentium studia uel partium
uoluntas elegerat, ab omnibus qui aderant sacerdotibus iusse-
ramus audiri et aliquotiens iterata cognitio est. uerum cum
longiores moras examinatio iustae cognitionis afferret et plura
inquisitio iudicum diligens inueniret, quibus finis citus non
posset imponi, et festorum dierum celebritas celeritatem defini-
tionis exposceret, ne quid temerarium promeremus, rem omnem
3 credidimus differendam. missus itaque est Achilleus uir
religiosus episcopus Spolitinae ciuitatis, per quem sanctorum
dierum celebritas impleretur. amplitudinis uestrae est popu-
larium mentes ad quietem consilii salubritate retinere, cum
probabilem ac necessariam dilationem nostram dubitare neque-
atis. Data Id. Mart.

(24.)

EIUSDEM PRINCIPIS EDICTUM AD POPULUM.

Fidei curam, Quirites optimi, maximam iudicantes nihil
festinum aut inmaturum credidimus proferendum. ea enim in
causa religionis decerni censemus, quae sine errore ac repre-
2 hensione sententiae ab omnibus comprobentur. itaque cum
in cognitione de episcopis, qui in urbe fuerant constituti, sub
iudicio sacerdotum intentionis haereret ambiguum nec na-
scentibus subinde causis finis certantibus studiis posset imponi
ac diu de rebus uariis deliberatio nostra penderet, <in> futuram
cognitionem ad integrum sacerdotum numero pleniore con-
cilium omne negotium constituimus differendum, ut causa
ex omni parte librata transactis paschae diebus terminum,

1 nec *Bar :* ne *V* 3 epos *ex* epss *V* 7 iuste *V* 14 salubriter *Bar.*
24. *Dat. die 15 Mart. 419.* *Ed. Bar. ad a. 419, 18.* 23 cognatione *V, corr.* c^2 de *Meyer:* quam de *V (cf. p. 71, 12)* 26 in *inserui: aut* <ad> fut. cogn. et <ad> *scribendum aut* futuram cognitionem *delendum esse censuit Meyer* 27 consilium *V, corr. Meyer* 29 transacte *V, corr. Bar.*

quem aequitas uel religio poscebat, acciperet. simul, quia de sacerdote nihil poterat definiri, temporarie elegimus, qui reuerenda sacris diebus mysteria celebraret, ut uobis, Quirites, ad honorem sacrae urbis praesto esset sollemnitas sacerdotis. quare imitati patientiam nostram placidis animis, quae pro 3 pace publica suademus, accipite: sanctorum cultus dierum debita tranquillitate transcurrat, quietem publicam seditio nulla perturbet, fauor proprius circa nullum, qui notetur, appareat. decet enim suspensis sensibus omnia nostro integra uos reseruare iudicio nec furore quodam sed debita probitate expectare 4 potius quam poscere sacerdotem. quod si prauos incentores secuti turbas et tumultus potius <quam> quietem ac modestiam legeritis, quibus fauetis, monstrabitis nec solum uobis sed et auctoribus uestris, quorum consiliis inhaeretis, periculum salutis, ad quod nos compellitis, imminebit. neque enim uenia dignus est, qui ab improbitate humanitatis nostrae monitis non poterit retineri. Data Id. Mart.

(25.)

EIUSDEM PRINCIPIS EPISTOLA AD SANCTUM PAULINUM EPISCOPUM NOLANUM.

SANCTO AC UENERABILI PATRI PAULINO EPISCOPO. Iam tunc fuit apud nos certa sententia nihil ab his sacerdotibus, qui ad synodum conuenerant, posse finiri, cum beatitudo tua de corporis inaequalitate causata itineris non potuerit iniuriam sustinere. et per absentiam sancti uiri, non quidem optentura, interim tamen uitia gratulantur, cum praua et uetus ambitio et cum benedicto uiro sanctaeque uitae diu uelit habere cer-

1 possebat *V*, *corr. o* 3 uobis *o Meyer:* uб *V*, ibi *Bar.* 9 integro *V*, *corr.* o^2 10 debitam probitatem *V*, *corr. Bar.* 12 turbas et o^2: turbarent *V*, turbarum *Bar.* quam *inseruit Bar.* *(cf. ad p. 70, 23)* 13 uobis o^2: uerbis *V*

25. *Data die 20 Mart. 419.* *Ed. Bar. ad a. 419, 20.* 21 Iam tunc *V*, *corr. Sirm. Meyer:* tantum *Bar.* 23 finiri *scripsi* (*cf. p. 72, 30* quae a paucis non potuit terminari): diffiniri *V*, definiri *Bar.* 25 et *dictum est ut aliis locis* et uero

tamen et contra haec apostolicae institutionis bona de prae-
2 sumptis per uim parietibus existimet confidendum. o uere
digna causa, quam non nisi coronae tuae beata uita discingat.
dilatum itaque iudicium nuntiamus, ut diuina praecepta ex
uenerationis tuae ore promantur, qui ea secutus implesti. nec
potest alius eorum praeceptorum lator existere, quam qui
3 dignus apostoli discipulus approbaris specialiter. itaque
domine sancte, merito uenerabilis pater, iustus dei famulus,
diuinum opus contempto labore tributurus hoc nobis uisita-
tionis tuae, si ita dicendum est, munus indulge, ut postpositis
omnibus, quoniam temperati aeris tranquillitas suffragatur,
synodo praefuturus sine intermissione etiam desideriis nostris
et benedictioni, quam cupimus, te praestare digneris.

(26.)

ITEM EIUSDEM PRINCIPIS AD EPISCOPOS AFROS.

Serenitas nostra cum in omnibus causis tum praecipue in
his, quae ad uenerabilem religionem pertinent, perpensum
2 cupit habere iudicium. de sacerdotio urbis aeternae exortam
contentionem etiam trans maria iam credimus nuntiatum.
quae a paucis non potuit terminari et ideo multorum neces-
3 sarium constat esse iudicium. quapropter sanctitas uestra,
quos uitae bonum et legis doctrina commendat, intra diem
Iduum Iuniarum ad Spolitinam ciuitatem amputatis excusa-
tionibus properare dignetur, ut id, quod ueritas uel religionis
norma dictauerit, deo pariter cunctorum mentibus aspirante
sententia iudicetur, ne diutius apostolicae sedis sacerdotium
differatur.

1 et *Meyer:* ut *V* 6 alius *ex* aliud *corr. V* 11 temperantia eris *V, corr. Meyer:* temperantia aeris et ς^2 12 synodus *V, corr.* ς^2

26. *Dat. die 20 Mart. 419.* *Ed. Bar. ad a. 419, 21.* 15 epsc *V.* 16 serinitas *V* tunc *V, corr.* ς^2 18 exorta contentione *V, corr. anonymus in 'Archiv für lat. Lexicographie' VI p. 304* 23 Iuniarum *Bar.:* ianuarium *V,* Ianuariarum *Sirm.*

(27.)

EIUSDEM PRINCIPIS EPISTOLA AD SANCTUM AURELIUM CARTAGINIENSEM EPISCOPUM.

Aliam quidem uidendae uenerationis tuae causam optaueramus euenisse, ut desiderato benedictionis tuae frueremur aspectu. sed quia aduersus papam urbis Romae ambitio reprehendenda certamen indixit et sanctam uitam in episcopo aestimat non quaerendam, coeptum super hac discussione iudicium minor numerus sacerdotum, quam synodi consuetudo deposcit, in plures doctissimosque uiros, quorum sanctitas tua princeps est, prorogauit. neque enim praemia castitatis et meriti summotis uitiis, quae respuit diuinae religionis sacrosancta praeceptio, per alios quam tales uiros oportuit reuelari. et quamuis 2
sufficere domni germani mei Augusti principis scripta potuerunt, etiam mea tamen, quibus aduentum sanctitatis tuae precarer, adiunxi. quaeso itaque, domine sancte, pater merito uenerabilis, ut duplex beneficium tributurus et desideratae nobis benedictionis tuae et necessarii pro beatitudine iudicii proferendi intermissis omnibus deum intuens, de cuius sacerdote firmando labor ueniendi non debet recusari, ⟨te⟩ praestare digneris.

(28.)

EIUSDEM EPISTOLA AD AUGUSTINUM ALYPIUM EUHODIUM DONATIANUM SILUANUM NOUATUM ET DEUTERIUM EPISCOPOS UNIFORMIS.

Peruenisse ad uenerationem tuam certa est pietas nostra aduersus papam urbis Romae uitia cum castitate pugnare et

27. *Dat. die 20 Mart. 419.* *Ed. Bar. ad a. 419, 22.* 2 eiusdem principis] *epp. 27 et 28 non Honorii sed Gallae Placidiae esse demonstrauit Meyer in Indice scholarum Gottingensi 1888/9 p. 10* 4 alium *V, corr.* o^2 9 depossit *V, corr. o* 10 quarum *V, corr.* o^2 15 mea, *quod coniecit Meyer, est in V* 19 intermissis omnibus o^2: intermissionibus *V* 20 te *inserui, cf. p. 72, 13* 21 dignetur *V, corr.* o^2
28. *Dat. die 20 Mart. 419.* *Ed. Bar. ad a. 419, 23.* 23 eiusdem] *cf. quae initio epistulae 27 subnotaui* ALIPIUM *V* 24 DEVTHERIV̄ *V*

huiusce rei tam diuturnum esse conflictum, ut inter tot sacer-
dotes, qui ad synodum conuenerant, quibusdam dissentientibus
nondum potuerit apostolica praeceptione firmata uita praeferri.
2 tuam tamen se interdum bene scire astipulanti quoque ea
parte, quae discrepat, sine dubitatione confessi sunt, ut plane
fuerit manifestum expectari tuae iudicium sanctitatis, in cuius
praesentia promenda sententia differretur, qui merito uitae
praecedens recte etiam ex transmarinis regionibus, ut iudicare
3 possis, expeteris. sed quamuis sacra domni germani mei
Augusti principis ad Italiae synodum conuocans auctoritas
non neglegenda peruenerit, socianda specialiter etiam sereni-
tatis nostrae scripta iudicamus, quibus precor, ut desiderabilem
aspectum benedictionis tuae sine excusatione concedens omni-
potenti deo gratum iudices hunc laborem, quod et pro eximio
sacerdote et pro sanctae uitae meritis sententiam prolaturus
remunerationem uexationis huius in praemio diuino intellegis
constitutam. Data XIII. Kal. April. Rauennae.

(29.)

RELATIO SYMMACHI P. U. AD CONSTANTIUM.

DOMINO SEMPER ILLUSTRI ET CUNCTA MAGNIFICO MERITOQUE
SUBLIMI AC PRAECELSO PATRONO CONSTANTIO SYMMACHUS. Quae-
cumque subito nullo opinante proueniunt, nec ad culpam
iudicis referri possunt et populum rationis ignarum insperata
2 nouitate perturbant. uir namque religiosus Eulalius quinto
decimo Kal. April. urbem me nesciente meridianis horis in-
gressus est. quem credidi aliquod secum pertulisse praeceptum:
uerum eodem die circa uesperum Spolitinus episcopus missis
litteris me credidit admonendum, quod sacra ad se manante
in urbe diem sanctum paschae iussus sit celebrare. quod

4 tuam (*sc.* uitam) *scripsi:* quam *V* interdum (= interim) *V:* in te *dubitanter Meyer* 11 prouenerit *Bar.* 14 pro eximio *Meyer:* proximo *V* 17 XIII *V*: III *a Bar.*

29. *Dat. die 23 Mart. 419. Edd. Bar. ad a. 419, 26; Iuret. Auct. Symm. 26; Sciopp. et Par. X 78.* 26 aliqd (*i. e.* aliquod *corr. ex* aliquid) *V* 29 urbem *V*, *corr. Bar.*

praeceptum ante penitus ignoraui, domine semper illustris et
cuncta magnifice meritoque sublimis ac praecelse patrone.
quod cum mihi post sancti Eulalii innotuisset aduentum,
statim parendum credidi inuictissimi principis imperatis. ue- 3
rum cum interiecto die urbem sanctus Achilleus episcopus
esset ingressus, commotio extitit populorum, ut ab una parte
multitudo armata ferro et telis ad forum militari habitu con-
ueniret. et cum conuocatis proceribus processissem, ut habito
tractatu pro quiete urbis populum alloquendo compescerem,
primo pauci ad conuentum uenerunt, dein, cum expectaretur
sancti Achillei episcopi praesentia, ut quae iussa fuerant
publicaret, multitudine resistente uenire non potuit. et cum 4
ad forum Uespasiani tam ego quam uir spectabilis uicarius
perurguente populo fuissemus egressi, ut quietem utriusque
partis multitudini suaderemus, subito armati serui telis et
saxis, aliquanti etiam ferro, populum partis Eulalii aggressi
sunt. qui inermes conuenerant, ut quid praeceptum de epi-
scopo Spolitano esset agnoscerent, quosque ita sauciauerunt
qui parati aduersus imparatos uenerant, ut me quoque et 5
uirum spectabilem uicarium crederent appetendos, dum sedi-
tioso furore nullam admittunt penitus rationem. nisi ad libe-
randos nos diuinitas affuiset egressique per secretiorem partem
ictum saxorum et impetum conspiratae multitudinis uitaremus,
minime potuissemus euadere. quorum maiorem partem in
seruis constat fuisse, ex quibus aliquanti agniti atque tenti
sunt audiendi. unde, quod partium mearum fuit, excellentiae 6
uestrae suggerere properaui, ut certum finem rebus, cognitis
quae gesta sunt, magnitudo uestra decernat. cum enim et
sanctus Eulalius fuisset ingressus et tertia die secutus esset
episcopus Spolitinus nec aliqua ad me data uirtutum uestra-

5 interdicto *V, corr. Petschenig (cf. p. 75, 29 et p. 81, 8)* 8 conuocatus *V, corr. o²* processissent *V, corr. o²* 9 compescerent *V, corr. o²* 14 ingressi *Bar.* 16 populos *Iuret.* 21 nullum *V, corr. o* <et> nisi *o² Meyer* 23 conspiratae *Petschenig:* conspirante *V,* conspirantis *o²* uitassemus *Meyer*

rum, quae sequerer, praecepta uenissent, perturbatio totius plebis, quae in se et in periculum iudicum saeuiret, exorta est, et nisi celeri responso ante diem uenerabilem paschae quid fieri debeat iusseritis, minantur se populi inuicem pugnaturos, dum de Lateranensi basilica alterutrum se aestimant excludendos. ne quid igitur aduersi (quod sublimitatis uestrae felicitas auertat) eueniat, peto ut euidenti praecepto excludi furiosae contentionis periculosam pertinaciam censeatis. Data X. Kal. April.

(30.)

EPISTOLA ILLUSTRIS COMITIS CONSTANTII AD SYMMACHUM P. U.

Ut certa possimus quaeque cognoscere et factionum auctores fideli nuntio et inspectore non lateant, cancellarium nostrum Uitulum direximus, ut domni inuictissimi principis affatus atque iudicium ad eximietatem tuam uel ad populum celeri
2 festinatione deferret, illudque monemus ut. quicquid sacris auctoritatibus continetur, nulla temeritate uioletur et, quae praecepta sunt, effectui celeri tradantur instantia. ne augusta clementia, quod nunc agnoscitur distulisse, commota maiestatis suae uigore emendare non differat.

(31.)

EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM AD SYMMACHUM P. U.

Cum ad sanandum primae perturbationis errorem hoc genus consilii clementia nostra reparandae pacis cupida repperisset, ut, donec de confirmatione urbani sacerdotii sententia procederet absoluta, uterque eorum, quorum causa tumultus antea concreuisset, a sacratissimae urbis conuersatione seiunctus

30. *Dat. die 26 Mart. 419.* *Edd. Bar. ad a. 419, 29; Iuret. Auct. Symm. 27; Sciopp. et Par. X 79.* 11 cōm̄ *V* sym̄ *V* 12 certo *dubitanter Meyer* 18 Augusti *Bar.* 19 commoto *Bar*, *fort. rectius*
31. *Dat. die 26 Mart. 419.* *Edd. Bar. ad a. 419, 30; Iuret. Auct. Symm. 28; Sciopp. et Par. X 80.* 22 SYMACHUM *V* 24 cuppida *V* 27 sacratissima *V, corr. Meyer*

futuri iudicii expectatione penderet spatio, quo contineretur,
alterutri euidenter expresso: aequo animo dissimulare non 2
possumus praeceptis clementiae nostrae publicum paene bellum
quo calcarentur indictum; mouendi eius caput Eulalium, qui
iussa transcenderit, extitisse, secundum ordinem praeceptorum
paulisper abesse non passum, Symmache parens karissime.
unde sublimitas tua hoc nos statuisse cognoscat, ut et salu- 3
bris superior ordo praecepti et moderata synodi ordinatio
debeat custodiri, quod aliter fieri non posse censemus, nisi
Eulalius omnimodis urgueatur, ut omni celeritate ab urbe
dis<ce>dens insolenti populo praesens incitamenta non praebeat
nec innocentibus causa mortis existat. cui esse dubium non 4
debebit, si in hac praesumptionis obstinatione durauerit, non
solum de statu suo iudicium iam prolatum uerum etiam de
salutis discrimine proferendum (culpa enim nullam ueniam
iam meretur, quae cum praedicitur non cauetur), nihil ex hoc
excusationis habituro, quod se inuitum a plebe asserat reten-
tari. si qui autem ex numero clericorum communicandum 5
Eulalio iudicio pendente censuerit, pari se sciat sententia esse
damnandum; laicos uero, qui post interdictum mansuetudinis
nostrae communionem Eulalii putauerint expetendam, hone-
stioris loci poenam proscriptionis. seruos uero capitis esse
subituros nec ab hoc periculo dominos exuendos. primates 6
uero regionum nisi spiritum plebis inconditae domuerint et
frenarint, sciant se raptos ultimo iudicio esse subdendos.
Spolitinus autem episcopus, sicut dudum fuerat definitum,
sanctis paschae diebus ordinem festae sollemnitatis implebit.
cui ad celebranda mysteria Lateranensem ecclesiam soli patere
decernimus, reliquis qui hoc praesumere uoluerint propulsatis.

2 alterutri *o*: alteruteri *ex* alteruter *corr. V man. 1 ut uidetur*, alteruter o^2 6 kar. <atque amantissime> *semper in his epistulis scribendum uidetur Meyero*   11 disdens *V*, *corr.* *a*   12 causā *V*, *corr.* o^2 existat *ex* existit *corr. V*   15 profer ei dum (en above ei) *o*: profer ei dum *V*   culpat *V*, *corr. Meyer*   17 quod se o^2: quos ei *V*   21 eulalio *V*, *corr. Iuret.*: <cum> Eulalio *dubitanter Meyer*   25 rapptos *V*

sane si praedictus sacerdos Spolitanae ciuitatis † in loco eius sanctorum mysteriorum ordinem completurus suscipi debeat admonemus.
7 per omnes uero titulos uel loca, quae conuentu celebri frequentantur, haec quae statuimus proponentur, ut uniuersis liqueat et noluisse nos turbidum aliquid perpetrari et adhuc ut turbata componi debeant opperiri. sciat sane sublimitas tua primiscrinium et reliquum officium, quod tuis actibus obsecundat, non solum grauissimae multae dispendiis affligendum sed et supplicium capitis sortiturum, nisi enixa opera commodata statutis clementiae nostrae praebere maturarit effectum. Data VII. Kal. April. Rauennae.

(32.)

EXEMPLUM RELATIONIS SYMMACHI PRAEF. URBIS AD UIRUM INL. COM. CONSTANTIUM PATRICIUM.

DOMINO SEMPER ILLUSTRI ET CUNCTA MAGNIFICO MERITOQUE SUBLIMI AC PRAECELSO PATRONO CONSTANTIO SYMMACHUS. Ubi primum sacra domini nostri inuictissimi principis praecepta perlata sunt, statim, ut conuenerat, debitum tribui famulatum.
2 sed Eulalius ea obstinatione, qua sine praecepto sacro urbem ingressus est, etiam egredi constrictus per omnes potestates pari pertinacia detrectauit. nam uespertinis horis per officium urbanum id quod praeceperat inuictissimus imperator ea die, qua perlatum est, ei innotuisse agnoscitur, domine semper illustrissime et sacratissime, magnifice meritoque sublimis ac

1 si *V:* ut *Bar.*; sane <ni>si praedictus s. S. civitatis <ne quis> in *dubitanter Meyer;* sane si <sit> praepeditus . . completurus <ut> suscipi debeat (*quis? de Eulalio hoc iussisse principem ueri quam dissimillimum est*) *Petschenig; fort.* sane si praedictus s. S. civitatis <fuerit impeditus. ne quis alius> in loco *etc.* 2 completurum *V, corr. Bar.* 4 proponantur *sine causa Iuret.* 5 perpetrare *V, corr. Meyer* 6 ad hoc *V, corr. Iuret.* 7 quod *Bar.:* qui *V* 9 enixe *Iuret.* 11 *in V post* VII *punctum extat ita factum, ut superior pars dimidia numeri* I *uideri possit:* VIII *Bar.*

32. *Dat. die 29 Mart. 419. Edd. Bar. ad a. 419, 32; Iuret. Auct. Symm. 29; Sciopp. et Par. X 81.* 21 ///oris (*eras.* s) *V* 23 innotuisset *V, corr. Bar.*

praecelse patrone. quo lecto mandauit se diligentius tractaturum nec tamen instanter admonitus exire curauit. alia 3
uero die rursus per omnem apparitionem etiam nocturnis horis admonitus collecta multitudine Lateranensem basilicam ausu temerario credidit inuadendam. uerum habito tractatu cum proceribus omnibus officiis destinatis ut pelleretur iniunctum est. nam et uir spectabilis uicarius ad eandem basilicam ire decreuerat, sed primo accedere prae nimio terrore non potuit. ego autem tam corporatis directis quam omni officio ideo illuc ire non potui, ne quis mihi aemulus faceret religionis inuidiam. tamen salua excellentia uestra irrumpentibus plu- 4
ribus corporatis et maioribus regionum, qui praeceptis imperialibus seruiunt, de eadem ecclesia fugatus Eulalius de urbe expulsus est atque adiunctis apparitoribus illuc directus, ubi iussus fuerat residere. mandatum etiam, ut uir religiosus 5
sanctus Achilleus episcopus cum quiete, quae iussa sunt, illo eiecto sine strepitu populi pro sanctorum dierum reuerentia celebraret. nam ad custodiam basilicae Lateranensis apparitores apposui, ne cui alii redderetur. partis quoque Eulalii aliquanti capti sunt clerici seditionis auctores; de quibus quid iubeatur expecto. et quoniam de his interim, quae gesta sunt, uniuerse 6
uirtutibus uestris credidi suggerendum, quicquid sequentibus diebus pro quiete urbis, quam uestra felicitas regit, gestum fuerit, singillatim pro rerum fide et ordine melioribus indiciis nuntiabo.

(33.)

EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM SYMMACHO P. U.

Moderatione praecipua egit nostra serenitas, ne locum possit inuenire praesumptio. ideo enim in iudicio uenerabilium sacer-

1 mandaui *V*, *corr. Bar.* 3 et iam *dubitanter Meyer* 4 admonitis *V*, *corr.* ρ² ausu *V*, a *inter scribendum ex* et *correcta* 10 *et* 14 illud *V*, *corr.* c² 21 uniuerse *scripsi:* uniuersa *V*, *quo seruato* 22 suggerenda c² 24 et *ex* ex *corr. V*

33. *Dat. die 3 Apr. 419. Edd. Bar. ad a. 419, 33; Iuret. Auct. Symm. n. 30; Sciopp. et Par. X 82.* 27 SYMACHO *V* 28 praecipua *ex* praecipue *V* posset *Bar.*

dotum est dilata cognitio, ut quicquid religio, quicquid ueritas
postulabat, absque ulla perturbatione hoc disceptatio tranquilla
2 decerneret. sed Eulali usurpatione contra sententiam uenerabilis synodi multa illicite commissa fuisse relationis textus edocuit; qui praesentia sua causam furoris populo subministrans totum perire uoluit, quicquid moderatio nostra conseruat. nam cum ordinatione nostra et sententia episcoporum, quorum in synodo maior se multitudo collegerat, consensu etiam partium et professione id fieri definitum esset, ut sciret se specialiter esse damnatum, quicumque ad incitandum populum urbem fuisset ingressus: oblitus sui probauit ex prae-
3 senti facto, quale uideatur habuisse principium. quoniam ergo recte hunc post tot admissa urbe constat esse depulsum, ad quam eum accedere non debere et clementiae nostrae et episcoporum uidetur statuisse iudicium: Bonifatium uenerabilem uirum episcopum, ad cuius moderationem auctoritatem nostram recte censuimus esse iungendam, Symmache parens karissime atque amantissime, sublimitas tua urbem ingredi debere nos statuisse cognoscat, ut sub eius gubernaculis religiosae legis reuerentia moderatione solita compleatur. Data III. Nonas April., accepta VI. Id. April.

(34.)

EXEMPLUM RELATIONIS SYMMACHI V. C. DE INGRESSU PAPAE BONIFATII AD PRINCIPEM SUPRA SCRIPTUM.

Quaecumque deo auctore firmantur, merito diuino pietatis uestrae iudicio proferuntur. nuper namque cum ad me famulum uestrum sacra clementiae uestrae emanasset auctoritas, qua omni ambiguitate summota uenerabilis uiri Bonifati episcopi maiestas uestra sacerdotium roborauit, tam grata uniuersis quae iussa

3 eulalius *V. corr. Meyer:* eulalii ϱ^2, per Eulalium *Bar.* 8 collegerat *Bar.:* collectuerat *V,* collecta erat ϱ 11 probabit *V, corr. Bar.* 12 principum *V, corr.* ϱ^2 13 ego *V, corr.* ϱ^2 urbe *V, corr.* ϱ^2 esse *per errorem om. Meyer* depusum *V, corr.* ϱ 21 acc̄ *V*

34. *Dat. post diem 10 Apr. 419. Edd. Bar. ad a. 419, 34; Iuret. Auct. Symm. n. 31; Sciopp. et Par. X 83.* 28 bonifaci *V*

sunt extiterunt, ut haec et ordo amplissimus et Romanus
populus comprobaret, domini imperatores Honori et Theodosi
pii felices inclyti triumphatores semper Augusti. nam cum 2
statuta caelestia per me essent recitata populis et edictis ex
more ubique positis publicata, tantus fauor et laetitia totius
extitit ciuitatis, ut sibi et religionem redditam et praestitam
quietis securitatem omnes gratulatione congrua testarentur.
interiecto itaque biduo urbem supra memoratus uenerabilis 3
episcopus omni occurrente plebe ingressus est, sicut serenitas
uestra constituit: officii quoque mei obsequia minime defu-
erunt. nec iam aliqua dissensio remanet populorum, cum
omnes diuino iudicio et maiestatis uestrae acquieuerint uolun-
tati. cessantibus igitur studiis unum omnes, quod praecepto 4
dei admoniti statuistis, sentire coeperunt atque acclamationibus,
quae subiectae sunt, gaudii sui causas plebs Romana testata
est ac serenitati uestrae gratias in dies singulos agere non
desistit, quorum prouisio sicut pacem orbis tuetur, ita quietem
urbi restituit populoque concordiam.

(35.)

EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM PROCONSULI AFRICAE.

UICTOR HONORIUS INCLYTUS TRIUMPHATOR SEMPER AUGUSTUS LARGO PROCONSULI. Inter omnes curas nec illa nos minus sollicitant, quae pertinere ad sacerdotium iudicamus. cum enim de confirmando episcopo urbis aeternae controuersia tractaretur atque hi, qui in unum positi erant, episcopi de tanto negotio paucos se aestimarent ad sententiam proferendam, placuerat, sicut sacri apices cucurrerunt, ut ex Africanis uel Gallicanis prouinciis plures episcopi commearent, ea uidelicet

1 et *quod est ante* ordo *supra lin. add. V* 2 dñi *ex* dñm *V* 5 possitis *V, corr. Bar.:* propositis *Iuret.* feruor *Bar.* 7 testarent *V, corr.* ς 11 cum *V*: et *Bar.* 12 acquieeuerant *V, corr. Meyer* 15 subiecta *V, corr. Iuret.* 17 orbis *Iuret.:* urbis *V* ita *V (errauit Meyer)* 18 urbis *V, corr. Petschenig*

35. *Dat. die 7 Apr. 419. Edd. Bar. ad a. 419, 36; Haenel Corp. Leg. p. 240.* 23 solicitat quam *Bar.* 24 confirmanda *V, corr.* ρ^2

ratione, <ne> in medio tempore quicquam praesumeretur <in>
id quod nostra sententia ordinauerat uel quod statuisse synodi
2 sententia uidebatur. sed his omnibus despectis Eulalius sola
usurpatione moram credidit occupandam. quem, sicut decebat,
nostra auctoritate constat expulsum ac sanctum Bonifatium
3 episcopum roboratum. et quoniam consumptum negotium
est, incongruum nostra clementia iudicauit, si episcopi naui-
gationis uel itineris iniuriam paterentur. unde sciat spectabilitas
tua synodum fuisse solutam. admone igitur praemissis sacris
affatibus auctoritate tua singulos sacerdotes, ut sciant hanc
ordinationem esse seruandam, quae continet, ut quisque in
ecclesia sua orationibus uacet, ut conuenit, propter quod causa
optimo iudicio iam terminata uideatur. Data sub die VII.
Id. April.

(36.)

EPISTOLA LARGI PROC. AD AURELIUM EPISCOPUM CARTAG.

DOMINO PARENTI HONORABILI AURELIO EPISCOPO LARGUS. De
merito sacerdotis, quem suis deus idoneum probauit, cessauit
certamen. sanctum igitur ac uenerabilem uirum Bonifatium
urbis Romae episcopum firmauit clementia principalis, cuius
electione dudum sanctitatem tuam praecepit acciri, sicut sacri
2 testantur affatus sui cum ueneratione prolati. oportet igitur
populos ecclesiasque tuas festinanter inuisas, cui nauigationis
est adempta necessitas. ET ALIA MANU: Incolumem te diui-
nus fauor praestet annis compluribus, domine pater merito
honorabilis.

1 ne *add. Bar. omittens* in in *addidi* 4 moram *V:* Romam *dubitanter Meyer* 9 admonere *V, corr. Bar.* 12 propterea ρ^2 13 sub đ *V*
36. *Dat. sub finem mensis Aprilis 419. Edd. Bar. ad a. 419, 37; Haenel Corp. Leg. 240.* 18 cessauit *Petschenig:* esse *V*, <scias sublatum> esse *Bar.*, esse certamen <scias finitum> *Meyer* 21 *fort.* electioni 22 sui *V: fort.* tui (*coniungendum cum* ueneratione) 24 incolum̄ *V* diuinus o^2: uidimus *V*, domine *Bar.*

(37.)

EPISTOLA IMPERATORIS HONORII AD BONIFATIUM EPISCOPUM ROMANUM QUA STATUIT UT SI DENUO ORDINATI FUERINT DUO EPISCOPI AMBO DE CIUITATE PELLANTUR.

UICTOR HONORIUS INCLYTUS TRIUMPHATOR SEMPER AUGUSTUS SANCTO AC UENERABILI BONIFATIO PAPAE URBIS AETERNAE. Scripta beatitudinis tuae debita reuerentiae gratulatione suscepimus, omnipotenti deo maximas gratias referentes, quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optatae redditam didicimus sanitati, et ideo reuertentibus uenerabilibus

37. *Dat. mense Iulio a. 419 (uel 420). Hanc epistulam, qua respondetur Bonifatii litteris postremo a Meyero in Indice scholarum Gotting. 1888/9 p. 33 editis, praeter Auellanam seruauerunt hae collectiones: I) Z = collectio Sanblasiana i. e. consensus codicum* ζ^1 *= Sanblas. 6,* ζ^2 *= Luc. 490,* ζ^3 *= Paris. 3836,* ζ^4 *= Paris. 1455 II) Γ = Vatic. Reg. 1997 III)* ω^2 *= Barberin. XIV 52 IV) Δ = Monac. lat. 5508 (Diess. 8) V) D = Dionysianae forma antiquissima i. e. consensus codicum* d^1 *= Paris. 3837 et* d^2 *= Vatic. 5845 VI) H = collectio Dionysio-Hadriana i. e. consensus codicum* h^1 *= Monac. 6242,* h^2 *= Monac. 6355,* h^3 *= Vat. Reg. 1021,* h^4 *= Ottob. 312,* h^5 *= Luc. 125,* h^6 *= Vat. Reg. 1043,* h^7 *= Vat. Palat. 578,* h^8 *= Monac. 3860,* h^9 *= Monac. 3860a,* h^{10} *= Vat. 1337 VII) Hisp. = coll. Hispana i. e. consensus editionis Gonzalezii (= Gonz.) et codicum i (*i^1 *= Vat. 1341,* i^2 *= Vat. 630,* i^3 *= Vat. 3791)* א *= consensus collectionum* $Z\Gamma\omega^2\Delta$ ב *= consensus collectionum DHHisp. Non adnotabo nisi fere eas lectiones, ex quibus de ratione collectionum aliquid concludi potest, omissis leuioribus singulorum codicum mendis manuumque recentiorum correctionibus. Edd. Car.* I^2 *110; Bar. ad a. 419, 41; Collect. Concil.; Coust. 1028; editiones Hisp. (et Pseudoisidor.) et Dionys.*

2 Epistola imperatoris Honorii *V*: Rescriptum (rescribtum *ZΓ*) Honori (Honorii $d^1h^4h^8h^9h^{10}$ *Hisp.*) Augusti אב episcopum *V*: papam ב, papa א romanum *VDHΓ*: *om.* $Z\Delta\omega^2$*Hisp.* 3 qua *V*: in qua $Z\Delta\omega^2$, in quo בΓ denuo אב: *om. V* ordinati $VZ\Delta\omega^2$: romae ordinati Γ, romae episcopi ordinati ב duo fuerint *trsp.* Δ episcopi *V*: *om.* אב 6 bonifatio אב: *om. V* aeternae $VZ\Gamma\Delta d^1H$: romae d^2 *Hisp.* ω^2 7 suscepimus . . referentes *V*: suscepimus (suscipimus $\zeta^1\zeta^2\Delta$) quibus recensetis (recensitis $\zeta^1\Delta d^1h^4$ h^8h^9 *Hisp.*) egimus omnipotenti deo maximas gratias אב 9 sanctimonia tua $Z\omega^2$ 10 dedicimus Δ, dicimus $\zeta^1\zeta^2$ sanitatem $\zeta^1\zeta^2\zeta^3$ *et ante correctionem* Δ reuertentibus $V\zeta^4Dh^7h^9$: reuerentibus א (*excepto* ζ^4) *H* (*exceptis* h^7h^9) *Hisp.*

uiris gaudium nostrum sacrorum apicum attestatione signamus
2 ac petimus, ut cottidianis orationibus apostolatus tuus studium ac uotum suum circa salutem atque imperium nostrum dignetur impendere. illud autem pietati nostrae satis placuisse cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarum aut populi perturbatione sollicita est, quae ne aliqua ratione possit
3 euenire, satis clementia nostra credidit esse prouisum. denique praedicante beatitudine tua id ad cunctorum clericorum notitiam uolumus peruenire, ut, si quid forte religioni tuae, quod non optamus, humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum ac, si duo forte contra fas temeritate certantum fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem sed illum solum in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum noua ordinatione
4 diuinum iudicium et uniuersitatis consensus elegerit. unde id obseruandum est, ut omnes tranquillam mentem et pacificos animos e serenitatis nostrae admonitione custodiant nec aliquid seditiosis conspirationibus temptare conentur, cum certum sit nulli partium studia profutura.

2 ac petimus אב: *om.* *V* ut *V*ω^2 *Hisp.*: uti *ZΓΔDH* tui $h^1h^2h^3$Δ *et corr. ex* tuus ζ^1h^8 4 inpendere א pietatis $d^1h^1h^2h^3h^5h^6h^7$ placitum esse *H* 5 aut *V*Γω^2ב (ac h^4h^9): aput $\zeta^1\zeta^2$, apud ζ^3 *et ante corr.* Δ, ac ζ^4 *sed manu rec. supra lineam add.* 6 ne *V*$\omega^2h^8h^9$ *Hisp.*: *om.* *Z*Δ, eo Γ, ut *DH* (*exceptis* h^8h^9) 7 clementiae nostrae *Z*Δ*i*, clementiam nostram ω^2 credimus ζ^1Γω^2 *et ante corr.* Δ, credidimus $\zeta^2\zeta^3\zeta^4$ 9 uolumus *V*אh^8h^9 *Hisp.*: uoluimus *DH* (*exceptis* h^8h^9) forte religioni tuae quod *V*Γω^2ב: forte religione tua $\overset{\text{ali}}{\text{quod}}$ Δ, forte religioni tale quod ζ^3, forte aliquod (*corr. ex* alequod) ζ^1, forte tale quod $\zeta^2\zeta^4$ 10 non *om.* ζ^1Δ 11 ab א (*excepto* ω^2) ב (ad d^1): *om.* *V*ω^2 forte *VZ*Δω^2 *Hisp.*: *om.* *DH*Γ fas אב: nefas *V* 12 certantum *V*ב (certantes *Gonz.*) ω^2: certandum Γ *et ante corr.* (certantum) Δ, certatim *Z* (certandum ζ^1 *sed* ndum *in ras.*) 13 in (ad d^1) sedem (sidem ζ^2) apostolicam $\zeta^1\zeta^2$Γ$\Delta\omega^2d^1h^1h^2h^3h^4h^5h^6h^7$ 14 nouam (per nouam ζ^4) ordinationem *Z*, noua ordinationem ω^2 16 tranquilla mente *V* 17 e *V*: ex אב (exerenitatis Γd^2) 18 seditiosis conspirationibus *V*בΓ: seditionis conspirationibus $\zeta^3\omega^2$, seditionibus conspirationibus Δ (*corr. man. 2 ex* cupirationibus), seditionibus $\zeta^1\zeta^2$, seditionis ζ^4 19 studia *V*א: sua studia ב (*etiam* d^1, *quod moneo contra Meyerum l. c. p. 31, 19)*

(38.)

EXEMPLUM SACRAE HONORII AUG. MISSAE AD PRINCIPEM ORIENTIS ARCADIUM. DE PERSONA SANCTI IOHANNIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLIT.

Quamuis super imagine muliebri nouo exemplo per pro-
uincias circumlata et diffusa per uniuersum orbem obtrectantium
fama litteris aliis commonuerim, ut talis facti paenitentia et
intermissione propositi rumor aemulus consenescat et, quod
in moribus temporum carpat, publica lingua non habeat;
quamuis etiam super excidio pereuntis Illyrici pio apud uos
prodiderimus affectu esse nobis dolori, cur ista nos detrimenta
rei publicae nolueritis agnoscere et aliis potius indicibus quam
pietatis uestrae litteris fuerint nuntiata: tamen ne illud 2
quidem apud serenitatem uestram dissimulare nos fas est,
quod in rebus diuinis non sine publici discriminis metu nuper-
rime contigisse cita semper malorum enuntiatrix fama non
tacuit et, ut natura fert hominum, quae ad obtrectandum nouis
semper casibus excitatur, oblata occasione carpendi malitiam
suam in tempora studio scaeuae loquacitatis exercet. est 3
enim proditum nuper apud Constantinopolim sacratissimo
paschae uenerabilis die, cum omnes paene in eundem locum
uicinarum urbium populos religio castigatiore sub praesentia
principum ritu celebranda conlegerat, clausas subito catholicas
ecclesias, trusos in custodiam sacerdotes, scilicet ut eo potis-
simum tempore, quo indulgentia principali tristia noxiorum
claustra reserantur, piae legis et pacis ministros saeuus carcer
includeret, omniaque bellicum in modum turbata mysteria,
nonnullos in ipsis ecclesiae sacrariis interemptos tantamque
circa altaria uim saeuisse, ut et uenerabiles episcopi in exilium

38. *Dat. a. 404 haud multo post diem 20. Iunii. Edd. Car. I² 72; Bar. ad a. 404, 80; Collectiones Conciliorum; Coustant I 801.*
5 imagine muliebri] *scil. Eudoxiae, cuius statuam argenteam extremo anno 403 Constantinopoli erectam testatur Socrat. VI 18* 11 nos, *quod coniecit Coust., est in V* 13 fuerit *V, corr.* ρ² 17 nouis ο²: nobis *V* 19 sçeue α, saeuae *Car.* 22 uicinorum *V, corr.* ρ² 25 tristitia *V, corr.* ο² 27 omnia quę *V, corr.* ρ²

truderentur et sanguis humanus, quod dictu nefas est, caelestia
4 sacramenta perfunderet. his repente compertis turbatos esse
nos fateor. quis enim in facinore tam cruento dei omnipotentis
non timeret offensam aut quo pacto extra summum Romani
orbis omniumque mortalium putaret esse discrimen, cum ipse
auctor nostri imperii et rei publicae, quam nobis credidit,
gubernator omnipotens deus funestis admodum execrabilibusque
commissis crederetur irasci, domini sancti frater nepozque
Augusti uenerabiles: cum, si quid de causa religionis inter
antistites ageretur, episcopale oportuerit esse iudicium? ad
illos enim diuinarum rerum interpretatio, ad nos religionis
5 spectat obsequium. sed esto, sibi de mysticis et catholicis
quaestionibus amplius aliquid principalis cura praesumpserit:
itane usque ad exilia sacerdotum, usque ad hominum caedes
debuit indignatio concitata procedere, ut, ubi castae preces,
ubi uota sincera, ubi sacrificia illibata soluuntur, illic se
gladius haud facile etiam in iugulum noxiorum destringendus
6 exereret? rebus denique ipsis docetur, quid super his
senserit diuina maiestas. primum quidem hoc praesentis commotionis indicium fuit, atque utinam solum! facit enim
humana trepidatio tanti sibi conscia perpetrati, ut grauius
aliquid (quod auertat omnipotens deus) post terribilis ultionis
experimenta metuamus: audio ecclesiam sacrosanctam, tot
imperatorum opibus expolitam, pretiosis cultibus nobilem,
tanta supplicantium principum * * flagrasse et illud Constantinopolitanae urbis unicum lumen in fauillas dilapsum deo non
uetante fumasse (exsecrari enim uidetur inquinata mysteria
et auertisse oculos ab eo loco, quem iam sanguis infecerat,
ne obsecrare quis pietatem caelestem sub cruentis posset
altaribus), aedificia quoque diuina non minore splendore
nobilia ex concitatione saeuientis incendii flamma se latius

12 spectat *Bar.:* expectat *V* (*'antiquo more pro* spectat' *Coust.*) 17 iugulum o^2: iugum *V* 24 operibus *a* 25 *lacunam in V non indicatam Car. expleuit insertis uerbis* oratione augustissimam 31 concitatione *Car.:* cogitatione *V*, agitatione *Petschenig*, contignatione *dubitanter Meyer* flammas elatius *V*, *corr. Car.*

effundente consumpta et, quae publicam faciem elaborata maioribus nostris ornamenta decorabant, uelut quodam urbis funere concremata. 7 haec ego quamuis crebris iniuriis lacessitus tacere debuerim nec coniunctissimum fratrem regnique consortes tam fideliter admonere, tamen necessitudinem sanguinis stimulo taciti doloris anteferens hortor ac suadeo, ut haec, si fieri potest, emendatis in posterum moribus corrigantur ac diuina iracundia, quantum re proditur, excitata uotorum sedulitate placetur. accipite a me summum simplicitatis indicium: idcirco hoc clementiae uestrae insinuandum putaui, ne me uelut gratulationis occultae faceret apud quemquam taciturnitas ipsa suspectum neue quis crederet me talibus factis praebere consensum et, qui saepe ne acciderent commonuerim, postea quam commissa sunt non dolerem. nam quis esse possit expers doloris, qui se meminit Christianum, tantam subito perturbationem religionis inductam, ut omnem catholicae fidei statum necesse sit fluctuare? 8 erat inter episcopos causa, quae collato tractatoque consilio deberet absolui; missi ad sacerdotes urbis aeternae atque Italiae utraque ex parte legati; expectabatur ex omnium auctoritate sententia informatura regulam disciplinae (integrum nempe esse debuerat neque quicquam nouari, dum definitio deliberata procederet): cum interea mirum quoddam praecipitium festinationis exarsit, ut non expectatis litteris sacerdotum, qui fuerant mutua partium legatione consulti. non examinatis rebus in exilium truderentur antistites animaduersioni prius dediti quam sententiam iudicii episcopalis experti. denique quam inmatura illa damnatio fuerit, res probauit; namque hi, quorum expectabatur auctoritas, pacifica Iohanni episcopo communione permissa sanciendam concordiam censuerunt nec quemquam putarunt

2 ⟨a⟩ maioribus *Bar.* 3 ego *Car.*: $\overset{o}{g}$ (= ergo) *V* 5 consortem *Bar.* 9 placeatur *V*, *corr.* o^{2} 11 facere *V*, *corr.* o^{2} 12 *et* 30 quenquam *V* 14 dolorem *V*, *corr.* o: dolere *cod. Angelic.* 15 posset *Bar.* 26 animaduersionis *V*, *corr.* o^{2} dediti quam *bis V*, *corr. Meyer: alteri* dediti *adscripsit* au (= auditi) o^{2}, addicti quam *Car.* sententia *V*, *corr.* o^{2} 27 illam *V*, *corr.* o^{2} 28 probabit *V*, *corr. Bar.* 30 concordium *V*, *corr.* o^{2}

9 ante iudicium consortio repellendum. quid nunc aliud superest,
quam ut catholicam fidem schismata in diuersum dissociata
dilacerent, quam ut haereses communioni semper inimicae
ex tanta gestarum rerum uarietate nascantur, ut iam populo
paene non debeat imputari, si forte in dissonas partes sectarum
diuersitate discedat, cum ex auctoritate publica discordiarum
materies sit praemissa et fomes quidam nutriendae seditionis
10 animatus? quod ne in magnam aliquam generis humani
perniciem recrudescat, uota facienda sunt, ut ad humanas
prolapsiones patiens deus rem male gestam prosperet ac
secundet. nam, quantum in nobis est, possumus timere, quod
gestum est: quantum ad pietatem semper placabilis dei, non
erit meriti impunitas indulta sed ueniae.

(39.)

EPISTOLA MAXIMI TYRANNI AD UALENTINIANUM AUG. IUNIOREM. CONTRA ARRIANOS ET MANICHAEOS.

Nisi clementiae nostrae circa serenitatem tuam fides simplex
esset et gratia plenae concordiae, confido etiam quod commoda
rationibus meis esse possent haec, quae nunc agi dicuntur
in partibus tranquillitatis tuae: catholicae legis turbatio atque
conuulsio. quid enim tam optandum possit † ei, si quis esset
inimicus, quam aduersus ecclesias dei, hoc est aduersus deum
ipsum, te aliqua moliri et, ubi error excusabilis non est, ibi
2 uelle peccare? sed quoniam serenitati nostrae et in deum
religio maior quam ⟨ut eum⟩ uiolari et ab inimicisimo quoque
optabile nobis arbitremur, et circa serenissimam iuuentutem
tuam tam arta nostri cura, tam sedula est, ut recte facta

39. *Dat. a. 386 uel 387* ***Edd. Car.*** ***I² 48; Bar. ad a. 387, 33;*** *Collect. Concil.* 15 epistola *Meyer:* EXPL *V* iunioniorem *V* 16 MANICHEOS *V*; ***uerba*** et Manichaeos ***non ad hanc epistulam pertinent sed ad eam quae sequitur, cf. ep. 40 § 4*** 17 fidelis *V*, ***corr.*** o^2 18 plena *Car.* quod etiam ***dubitanter Meyer*** 21 possit *V*: esse possit o^2, possit esse *Car.* 25 ⟨ut cum⟩ uiolari ***scripsi:*** uiolari *V*, ⟨ut⟩ uiolari ⟨eum⟩ ρ^2, ⟨ut eam⟩ uiolari *Meyer* 26 obtabile *V*: ⟨non⟩ optabile o^2 arbitremur ρ^2: arbitramur *V*

magis nos sua quam errata delectent: idcirco perennitatem
tuam credidimus commonendam, ut introspecta ratione numinis
summi et maiestatis ipsius considerata potentia, quid agere
debeas, sollicita mente perpendas. audio enim (nam fama 3
non patitur occultari, praesertim quod agatur in populos)
nouis clementiae tuae edictis ecclesiis catholicis uim illatam
fuisse, obsideri in basilicis sacerdotes, multam esse propositam,
poenam capitis adiectam et legem sanctissimam sub nomine
nescio cuius legis euerti. hoc quam graue sit, poteris in-
tueri, si dei magnitudinem uolueris cogitare. erubesco, si
quam crediderit serenitas tua astruere uellem rationem et
dei agere causam. quid enim, si hoc solum esset? si enim
iam per tot saecula coalita et confirmata mutares, paruamne
excitare discordiam uidereris? ipsis humanis legibus in hac
mortalitate habet nostra reuerentiam consuetudo et in re
iam uetusta atque usitata aliquid nouum fecisse reprehensio
est. Italia omnis atque Africa hoc sacramento credunt; hac 4
fide gloriantur Gallia, Aquitania, omnis Hispania, Roma ipsa
uenerabilis, cuius etiam in hac parte principatus est, quod
deum sicut sequi uoluit agnouit. confitebor ipse (quod non
sine maerore dictum est): solum dissentiebat Illyricum.
utinam quod errasset non extaret exemplum! utinam illud
incolume Arrianae legis Mursinense oppidum permaneret et
non ad iudicium quondam erroris miseri concidisset, ut, quia
ipsos erudisset auctores, praecipua irati numinis ultione
procumberet! periculose, mihi crede, diuina temptantur.
uenerabilis memoriae diuus Ualentinianus, pater clementiae 5
tuae, hac fide fideliter imperauit. nihil ille attingere uoluit,
quod bene constitutum uidebat. hi certe sub eodem episcopi
iam fuerunt: quae tanta mutatio, ut, qui antea sacerdotes,

1 serenitatem ρ² 2 nominis *V*, *corr.* ρ² 4 sollita *V*, *corr. Meyer* audi *V*, *corr. Meyer:* audiui o² *Car.* 6 nobis *V*, *corr.* o² edictis] *Cod. Theod. 16, 1, 4* 11 uelle *V*, *corr. Car.* 13 mutare *V*, *corr.* ρ² 16 fuisse *V*, *corr.* o² 18 hyspania *V* 21 illiricum *V* 22 herrasset *V* 23 columen *Bar. in marg.* Mursense *Bar.* 24 iudicium *Car.:* inditium *V* quoddam ρ² concidissent *V*, *corr. Bar.* 26 procumberent *V*, *corr. Mansi*

nunc sacrilegi iudicentur? isdem certe praeceptis, isdem
sacramentis dicati eadem fide credunt, qua ante crediderunt.
6 an putat uenerabilis mihi serenitas tua conceptam semel in
animis hominum religionem, quam deus ipse constituit, posse
conuelli? quantae ex hoc discordiae excitabuntur? quanta
contentio oborietur? quam crebrae et pestiferae seditiones?
quanta et quam peruenientia ad deum uota iustorum, cum
inter Christianos, quod dictu sit nefas, quaedam persecutionis
7 imago nascatur? uideris, in quam partem hanc sedulitatem
nostram interpreteris; nullo certe maiore genere curam meam
circa clementiam tuam probare † te posse, quam si te horter,
ut desinas: puto enim recognoscas, quod nemo hoc suaderet
inimicus. haec amabiliter a nobis dicta esse opto ut intellegas,
8 spero quod credas. unde aequum admodum est, ne sancto
numini dicata conuellas, Italiam omnem et uenerabilem
Romam ceterasque prouincias suis ecclesiis, suis sacerdotibus
reddas neque te medius interseras, cum fas sit iustius, qui
a catholica ecclesia Arrianorum interpretatione discesserint,
errorem suum uera religione mutare quam recte sentientibus
suam inmittere prauitatem.

(40.)

UICTOR MAGNUS MAXIMUS PERPETUUS TRIUMPHATOR SEMPER AUGUSTUS SIRICIO PARENTI. Accepimus litteras sanctitatis tuae, quae nobis fuere gratissimae quaeque plane et nomini sacerdotis et dignitati urbis splendidissimae conuenirent. fidei uero catholicae, de qua clementiam nostram consulere uoluisti, quo maius circa me et speciale iudicium diuinitatis experior, hoc me confiteor curam habere maiorem. qui uidelicet et ad imperium ab ipso statim salutari fonte conscenderim et cui

1 hisdem *utroque loco V* 9 sedulitate *V*, *corr.* ρ 11 probare tibi possem o², probare recte possem *Hartel*, probari credo posse *Meyer* 12 reccognoscas *V* 17 medium o² 18 interuentione *Bar. in marg.*

40. *Dat. ut uidetur etiam anno 385. Edd. Car. I² 48; Bar. ad a. 387, 65; Collect Concil.; Coustant I 640.* 23 Syricio *V* 25 conuenere *dubitanter Meyer*

in omnibus semper conatibus atque successibus deus fautor
affuerit cuiusque hodie et, ut spero, perpetuo protector et
custos esse dignetur, pater karissime. ceterum de Agroecio, 2
quem indebite ad presbyterii gradum conscendisse commemoras,
quid religioni nostrae catholicae possum praestare reuerentius,
quam ut de hoc ipso, cuiuscemodi esse uideatur, catholici
iudicent sacerdotes? quorum conuentum ex oportunitate omnium,
uel qui intra Gallias uel qui intra quinque prouincias com-
morantur, in qua elegerint urbe constituam, ut isdem residen-
tibus et cognoscentibus, quid habeat consuetudo, quid legis
sit, iudicetur. haec enim, quae libris sunt asserenda et
maiorum nostrorum religiosissimis constitutis, ipsi possunt
melius astruere, qui norunt. ceterum id nobis animi et 3
uoluntatis esse profitemur, ut fides catholica procul omni
dissensione summota concordantibus uniuersis sacerdotibus
et unanimiter deo seruientibus illaesa et inuiolabilis perseueret.
nam noster aduentus ita inquinata aliqua et sceleratorum
labe polluta deprehendit et repperit, ut, nisi nostra prouisio
atque medicina, quae ex dei summi timore ueniebat, his opem
celeriter attulisset, ingens profecto diuulsio atque perditio
fuisset exorta, ut uix sananda postea uitia concreuissent.
ceterum quid adhuc proxime proditum sit Manichaeos sceleris 4
admittere, non argumentis neque suspicionibus dubiis uel
incertis sed ipsorum confessione inter iudicia prolatis malo
ex gestis ipsis tua sanctitas quam ex nostro ore cognoscat,
quia huiuscemodi non modo factu turpia uerum etiam foeda
dictu proloqui sine rubore non possumus. ET MANU IMPERA-
TORIS: Diuinitas te seruet per multos annos.

3 agro eicio *V*, *corr. Meyer:* Agricio *Car.* 8 quinque prouincias] *i. e. Galliae Narbonensis* 9 hisdem *V* 19 atque o²: et quę *V* 21 ut *V*: et *Car.*, et ut *dubitanter Meyer* 23 argumentis *ex* argumentū *corr. V* 27 dictum *V*, *corr.* o² IMP *V*

(41.)

EPISTOLA TERTIA SANCTI INNOCENTII AD EPISCOPOS V.

DILECTISSIMIS FRATRIBUS AURELIO ALYPIO AUGUSTINO EUODIO ET POSSIDIO INNOCENTIUS. Fraternitatis uestrae litteras plenas fide totoque religionis catholicae uigore formatas † ambobus missis conciliis per fratrem et coepiscopum nostrum Iulium pergrato suscepimus animo, quod earum tenor omnisque contextio in consideratione cottidianae gratiae dei et in eorum correctione, qui contra sentiunt, integra ratione consistit, ut et illis omnem tollere possit errorem et idoneo dato quouis nostrae legis exemplo, quem sequi debeant, dignum possit
2 praebere doctorem. sed de his iam satis, ut opinor, supra diximus, cum uestris relationibus respondentes rescripsimus,

41. *Dat. die 27 Ian. a. 417; respondet epistulae episcoporum* 'De conciliis duobus . .' *(Coust. 876). Epistulam praeter Auellanam seruauit collectio Quesnelliana: Q = consensus codicum* q^1 *= Einsidl. 191,* q^2 *= Vindob. 2141,* q^3 *= Vindob. 2147, quorum cuiusque propria menda leuiora non adnotabo (*q^4 *= Oxon. Oriel Coll. 42 quam maxime interpolatus). ex Quesnelliana transiit in Pseudoisidorianam (*i^3 *= Vatic. 3791,* i^4 *= Ottob. 93;* i^5 *= Vatic. 1340,* i^6 *= Vatic. 631, quorum lectiones quod paucissimis locis adferam, non ideo faciam, quasi ullum proprium eis adtribuam momentum; cf. Proleg. cap. III). editiones extant multae: Merlinus I 128 omnesque post eum Collect. Concil., Car.* I^2 *105, Bar. ad a. 416, 12 sq. (non integram exhibet epistulam), Opp. Leonis ed. Quesnel II 72, Opp. Leonis edd. Ballerin. III 160, Decretal. Pseudoisid. ed. Hinschius 542. Garnerius in editione operum Marii Mercatoris (Paris. 1673) I 198, Coustant 900, editiones operum Augustini (ed.*^{2} *Maurin. II col. 488). quae fere omnes pendent ex codicibus Quesnellianae aut Pseudoisidorianae, paucae (Garn., Coust., Ballerin.) hic illic adhibuerunt etiam Auellanae lectiones.* 2 EPŁA ŤCIA INNOCENTII AD EPOS V. *V:* Incipit epistola papae Innocenti ad suprascriptos *Q* 3 DILMIS . . POSSIDIO Innocentius *V:* Innocentius aurelio alipio augustino euodio possidio episcopis salutem *Q* 5 fidei *Q* totaque *Q* formatas *V (cf. p. 103, 17):* firmatas *Q* ambobus missis conciliis *V*, a duobus missas conciliis *Q, utrumque corrupte*: a uobis missas et (e i^3i^4) conciliis ⟨uestris⟩ i^{3-6}, ⟨et alias⟩ a duobus missas conciliis *Garn, ad sententiam utrumque recte* 9 sentient *V* 10 idoneum *Q* cuiuis *Car.* 11 debeat *Q* possit q^2q^3*:* possint Vq^1 13 respondentes] *epistulis uidelicet* 'In requirendis . .' (*Coust. 888*) *et* 'Inter ceteras Romanae . .' (*Coust. 895*)

quid uel de illorum perfidia uel de uestra sententia sentiremus. sed subinde contra eos suppetit et suppeditat, quod dicatur, nec potest aliquando deesse, quod uincat, cum tam miserum impiumque sit, quod nostrae fidei uirtute et ipsa plenius ueritate uincatur. qui enim omnem uitae spem respuit atque contempsit, inimica damnabilique cor suum disputatione confundens, cum credit nihil esse, quod a deo accipiat, nec aliquid superesse, quod petat ad sanandum se: qui sibi hoc
abstulit. ulterius quid reliquit? si ergo sunt aliqui, quos 3
in sui defensionem peruersitas tanta deuinxit, qui huic se dogmati dedant atque coniungant, sperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam, quod abhorrens longius et penitus adprobatur aduersum, infectis illorum et monitis et uerbis, ut laberentur, inducti, quatenus ad rectum uiae tramitem redeant, festinabunt, ne diutius mentem obsidens uelut eorum sensibus
pastus error inuadat. nam si Pelagius, quocumque restitit loco, 4
eorum animos, qui facile uel simpliciter crederent disputanti, hac adfirmatione decepit, seu hic illi in urbe sunt (quod nescientes nec manifestare possumus nec negare, cum, etsi sint, lateant nec aliquando audeant uel illum praedicantem illa defendere uel talia aliquo nostrum praesente iactare et in tanta populi multitudine nec deprehendi aliquis facile nec alicubi possit agnosci) siue in quouis terrarum loco degant, dei nostri misericordia gratiaque credimus quod facile corrigantur audita eius damnatione, qui fuerit pertinax et resistens

2 contra *Q:* intra *V* suppetit *V:* subuenit *Q* subpeditat *ras. ex* subpetit *ut uid.* q^1 (subpedit i^3i^4) 3 deesse *V:* esse *Q* quod *Q: om. V* tam *Q:* tamen *V* 5 ueritate Qi^5i^6: uirtute Vi^3i^4 8 se *V:* si *Q* 9 reliquid *Q:* requirit *V* 10 deuixit *V* qui Vq^4 *et post ras.* q^3: quid *Q* 11 coniugant *V* hoc *Q: om. V* 12 aborrens Vq^2q^3, aberrans *Car.* 13 infecti *Q* (affectu *'ex ueteri exemplari Colb.' Coust.*) et monitis *Q:* monitis *V* 14 uitae i^5i^6 *Merlin* redeat festinabundi *V* 15 uelut *Q:* desint *V* uelut pestis eorum sensibus error *Merlin,* uelut eorum sensibus (sensus *edit. reg.*) uastus error *Bini* 17 animus q^2 *et ante corr.* q^3 19 sint *V:* sunt *Q* 20 illa *V* (*cf. p. 94, 8* istius rei iste, *p. 94, 17* ille.. ab illo . . errore): ista *Q* 21 nostrorum *Q* 22 nec *om. Q* 23 quauis *Q* 24 gratia q̄ *V* 25 fuerint *V*

huius dogmatis auctor inuentus. nec interest, ubi isti fuerint,
5 dum, ubicumque inueniri potuerint, sint sanandi. nobis tamen nec persuaderi potest eum esse purgatum, quamuis et ad nos a nescio quibus laicis sint gesta perlata, quibus ille auditum se crederet et absolutum. quae utrum uera sint, dubitamus, quod sub nulla illius concilii prosecutione uenerunt nec eorum aliquas suscepimus de hac re litteras, apud quos istius rei iste praestitit causas. quod si de sua ille potuisset purgatione confidere, hoc magis credimus quod egisset, quod multo uerius esse poterat, ut illos cogeret epi-
6 stolis suis, qui diiudicauerant, indicare. uerum cum sint aliqua in ipsis posita gestis, quae obiecta partim ille uitando suppressit, partim multa in se uerba retorquendo tota obscuritate confudit, aliqua magis falsis argumentis quam uera ratione, ut ad tempus poterat uideri, purgauit negando alia, alia falsa
7 interpretatione uertendo. sed utinam, quod optandum magis est, iam se ille ad ueram catholicae fidei uiam ab illo sui tramitis errore conuertat, ut cupiat uelitque purgari, considerans cottidianam dei gratiam adiutoriumque cognoscens, ut uideatur, uerum et adprobetur ab omnibus manifesta ratione correctus, non gestorum indicio sed ad catholicam fidem corde conuerso! unde non possumus illorum nec adprobare nec culpare iudicium, cum nesciamus, utrum uera sint gesta aut, si uera sunt, illum

1 dogmati *Q* 2 dum ubicumque (ubi quicumque q^2 *et ante corr.* q^3) inueniri potuerint *Q: om. V* 4 et *V*: *om. Q* a *Q: om. V* 5 crederet *V*: et credere q^1q^2, et crederet q^3 7 aliqua suscepimus *V*, *corr.* q^2: aliquas accepimus *Q* 10 multa *V* poterat Vi^{3-6}: potuerat *Q* cogeret *Q:* cognosceret *V* 11 qui diiudicauerant *V:* quid iudicauerant *Q* *uerba inde a* cum sint aliqua *usque ad p. 95, 1* ueritate purgasse *adfert Augustinus de peccato orig. 10 (ed.² Maurin. X col. 172)* 12 uitando suppressit partim *om.* q^1 14 confudit *V August.*: confundit *Q* aliquā *V* magis falsa quam *August.* 15 alia alia *Q August.:* alia *V* 17 iam *V August.:* etiam *Q* (etiam ille se *trsp.* i^3i^6) illo suo errore *August.* 18 ut *VQ:* et *August.* 20 uerum (*i. e.* immo) *VQ*: uere *August.*, q^3 *man. 2, editiones* 21 iudicio *August.* q^4 22 illorum *Q August.: om. V* culpare (culpari q^2 *et ante corr.* q^3) *Q August.:* purgare *V* 23 aut *V* i^{3-6} *August.*: ut *Q* uera sunt *Q:* uera sint *August.*, ueracī *V* illum *om. August.*

constet magis subterfugisse quam se tota ueritate purgasse.
qui si confidit nouitque non nostra dignum esse damnatione, 8
quod dicit, aut iam hoc totum se refutasse, quod dixerat, non
a nobis acciri sed ipse debet potius festinare, ut possit ab-
solui: nam si adhuc taliter sentit, quando se nostro iudicio
quibusuis accitus litteris, cum sciat damnandum esse, com-
mittit? quod si arcessendus esset, ab his melius fieret, qui 9
magis proximi et non longo terrarum spatio uidentur esse
disiuncti. sed non deerit cura, si medicinae praebeat ille ma-
teriam; potest enim damnare, quae senserat, ac datis litteris
erroris sui, ut regressum ad nos decet, ueniam postulare,
fratres karissimi. librum sane, qui eius esse diceretur, nobis 10
a uestra caritate transmissum euoluimus: in quo multa contra
dei gratiam legimus esse conscripta, multa blasphema et nihil,
quod placeret, nihil, quod non penitus displiceret a quouis
damnandum atque calcandum, cuius similia, nisi qui ista
scripserat, nemo alter in mentem reciperet atque sentiret.
nam hoc loco latius de lege disputare uelut coram posito 11
repugnantique Pelagio necessarium esse non duximus, cum
uobiscum totam scientibus parique nobiscum adsensione gau-
dentibus conloquamur. tunc enim melius haec exempla ponun-
tur, quando cum his, quos harum constat rerum imprudentes
esse, tractamus: nam de naturae possibilitate et de libero
arbitrio et de omni dei gratia cottidiana cui non sit recte

20 cf. Rom. 7, 1

2 si Vq^3 *man. 2:* se *Q* dignus *V* 3 dicat *Q* 4 acciri *V*: accersiri *Q* debere *V* 6 accitus *V:* acceptus *Q* (acceptis $q^4 i^{3-6}$) <se> sciat q^4, <se> esse *Merlin* committit *Q:* committi *V*, committet $q^4 i^5 i^6$ 7 accersiendus *Q* 11 postularet *Q* 12 dicebatur i^{3-6} 13 contra dei gratiam legimus esse conscripta multa *V: om. Q* 14 blasphemia *Q* et *V: om. Q* 15 placeat *V* non *om.* q^1 18 latius *Q: om. V* 19 repugnantique posito *trsp. V* duximus *ex* diximus q^2 *et* q^3 *man. 2* 20 totam scientibus parique nobiscum *Q: om. V* 22 prudentes *Q* 23 et *V: om. Q* 24 dei gratia cottidiana *scripsi:* gratia cottidiana *V,* dei gratia et cotidiana gratia *Q*

12 sentienti uberrimum disputare? anathemet ergo ista, quae sensit, ut illi, qui eius sermonibus fuerant praeceptisque conlapsi, quid tandem habeat fides uera, cognoscant; facilius enim reuocari poterunt, cum ista a suo senserint auctore damnari. quod si ille pertinaciter in hac uoluerit impietate perstare, agendum est, quatenus uel his possit subueniri, quos non suus sed huius magis error induxit, ne et illis haec medicina pereat, cum iste talem non admittit nec postulat curam. ET ALIA MANU: Deus uos incolomes custodiat, fratres karissimi. Data VI. Kal. Febr. post cons. Theodosii Aug. et Iunii Quarti Palladii u. c.

(42.)

DILECTISSIMO FILIO HIERONYMO PRESBYTERO INNOCENTIUS. Numquam boni aliquid contentionem fecisse in ecclesia testatur apostolus et ideo haereticorum correptiones primas fieri iubet magis quam diuturna duci conlatione. quae regula dum neglegenter aspicitur, malum non uitatur, quod cauendum est,
2 sed augetur. tamen quoniam dolor gemitusque tuus ita uiscera quatit nostra, ut non * * tractandi consulendique sit, pri-

14 sq. Tit. 3, 9 sq.

1 anathematizet q^4 *editiones* 2 sentit *V* 3 hat *V* 5 illi pertinatia *V* uoluerint *V* 6 persistere *Q* 7 suos *Q* illi *V* 8 cum *V:* cuius *Q* 9 et alia manu *om. Q* 10 VI *Q (cf. epistulas Innocentii eodem die datas quae extant apud Ballerin. III 144 et 164): om. V* februarii q^1 'p coñſ ꝛheodoſıı aug' & iunıı qrt: palladí ūc. *V: om. Q*
42. *Dat. simul cum epp. 43 et 44 a. 417 haud ita multo post diem 27 Ian. Edd. Car.* I^2 *80; Bar. ad a. 416, 33; Collect. Concil.; Coust. 907; Vallarsius inter Hieronymi opera (ed. 2) I 1044.* 13 HIERONIMO PRESBITERO *V* 15 primas *V (cf. Pauli ad Titum uerba 3, 10 quae spectat papa:* haereticum hominem post unam et secundam correptionem deuita): primum o^2 *edd.* 16 ducis *V, corr.* o^2 17 accipitur *Bar.* 18 quatit uiscera *trsp. Car.* 19 ut non tractandi *V:* ut <ratio> non tractandi o^2, *unde* ut <nulla ratio> non tr. *Coust.*, ut <ratio nulla> tractandi consulendique sit <praetermittenda> *Vallars.*; *ego lacunam post* non *indicaui, quam sic fere expleuerim:* ut non <exprobrandi tempus sed> tractandi

mum constantiae tuae adloquor fidem. pro ueritate quisque
iniuria aut, ut dicis, periculo percelletur, quia expectet beati-
tudinem, multis saepe narrasti et tuarum te praedicationum
bene memorem commonemus. item excitati tanta malorum 3
scena arripere auctoritatem sedis apostolicae ad omne com-
primendum nefas festinauimus, sed, in quem insurgeremus,
nec nomine appellatum legimus nec criminis aliqua ratione
taxatum. quod ergo possumus, condolemus. si deposueris 4
autem apertam manifestamque in homines aliquos accusationem,
aut iudices conpetentes tribuam aut, si aliquid urgentius
sollicitiusque nobis fieri potest, non retardabo, fili dilectissime.
tamen episcopo fratri meo Iohanni scripsi, ut circumspectius 5
agat, ne quid circa ecclesiam sibi creditam adhuc tale aliquid
fiat, quale prouidere et propellere ne accidat etiam ipsi sit et
postea molestissimum.

(43.)

DILECTISSIMO FRATRI IOHANNI INNOCENTIUS. Direptiones,
caedes, incendia, omne facinus extremae dementiae generosis-
simae sanctae uirgines Eustochium et Paula deplorauerunt in
locis ecclesiae tuae perpetrasse diabolum; nomen enim hominis
causamque reticuerunt. quod etsi ambiguum non sit a quo 2

1 <libens> quisque *coni. Vallarsi recepta falsa coniectura Baronii pro* quia *scribentis* qui; *est enim haec uerborum constructio 'multis saepe narrasti, quicumque pro ueritate periculo percelletur, eum expectare beatitudinem'* 3 narrastis *V, corr. Vallarsi* et tu aūte praedicationum *V, corr.* ρ^2 *Coust.* 4 itaque *Bar.* tantā malorum scenā *V, corr. Car* 11 solliticiusque *V* <a> nobis *Bar.* redardabo *V* 14 quale prouidere et propellere ne accidere uel ne accidat *corrupte V:* ne si circa . . quale prouidere eum oportuit ne accideret uel ne accidat *Coust.*, ne quid circa . . propellere <debuisset> ne accideret uel si accidat *Vallarsi; ego in archetypo* ne accidere (ł ne accidat) *fuisse arbitratus eieci uerba* ne accidere uel

43. *Dat. ut ep. 42. Edd. Car.* I^2 *80; Bar. ad a. 416, 31; Collect. Concil.; Coust. 908; Vallarsi l. c. 1045* 18 facimus *V, corr.* o 19 eusthochium *V* pavla *ex* palla *V* 21 sit *Car.*: sit sed *V*, sit et *Bar.*

commissum, oportuit tamen custodiam germanitatem tuam
gregis illius sollicitius prouidere, ne quid huiusmodi oriretur,
3 quod cum aliorum periculo tuam lacessit neglegentiam. adice:
gregem domini et tales agnas incendio armis et persecutionibus
nudas, debiles, post suorum caedes et mortes uix uiuere au-
diuimus: nihil mouet pietatem illam sacerdotii tui de tanta
diaboli in te atque in tuos potestate admissa? in te inquam:
prorsus enim sacerdotis grauitatem condemnat tantum nefas
in ecclesia fuisse completum. ubi prouisiones tuae? ubi certe,
si casus euenerant, auxilia uel consolationes, cum plus se
adhuc metuere dicant quam conqueruntur esse perpessas?
4 altius censerem, si essent aliquid de hac re mecum apertius
collocutae. uide, frater, antiqui hostis insidias et spiritu boni
rectoris peruigila, ut haec, quae ad nos opinione magis quam
accusatione manifesta delata sunt, uel corrigantur uel retun-
dantur, ne ius ecclesiasticum de labefactatis causas eum, qui
non defenderit, praestare conpellat.

(44.)

DILECTISSIMO FRATRI AURELIO INNOCENTIUS. Piissimum iter
ad nos perueniendi tuas affectiones bene conpresbyter noster
2 credidit Hieronymus. conpatimur gregis nostri membro et,
quod faciendum duximus uel facere potuimus, sumus uelociter
executi. germanitas tua, frater karissime, citius litteras me-
morato reddere festinet.

1 custodiam ρ^2: custodem *V*, custodire *Car. Bar.* 2 <et> gregis *Car.*, <et> gregi *Bar.* 3 tuam . . neglegentia *V*, *correxi:* tua . . negligentia *Car. Bar.* adice *Hartel*: amice *V*, amittere *Car.*, admittere in *Bar.* 5 deuiles *V* 14 peruigili aut *V*, *corr. Car.* 16 causis *Car.*

44. *Dat. ut ep. 42. Edd. Car* I^2 *81; Bar. ad a. 416, 34; Collect. Concil.; Coust. I 907; Vallarsi l. c. 1044.* 19 iter *V:* etiam o 19 *sq.* piissimam etiam ad . . tuam affectionem o^2, *qua coniectura a Carafa recepta innisi quid de Aurelio Innocentium Romae uisitaturo haud indocti uiri fabulati sint, uidesis apud Coustantium atque Vallarsium l. c. et Langenum, Gesch. d. röm. Kirche I 724* 21 Hieronimus *V* 24 redire *V*, *corr.* ρ festinet epŁ (= explicit) *V*

(45.)

INCIPIT EXEMPLUM EPISTOLAE I. ZOSIMI PAPAE IN DEFENSIONEM CAELESTII CONTRA AFRICANOS EPISCOPOS.

ZOSIMUS AURELIO ET UNIUERSIS EPISCOPIS PER AFRICAM CON-
STITUTIS DILECTISSIMIS FRATRIBUS IN DOMINO SALUTEM. Ma-
gnum pondus examinis magna desiderant, ut non sit rebus
ipsis, quae geruntur, inferior libra iudicii. his accedit aposto-
licae sedis auctoritas, cui in honorem beatissimi Petri patrum
decreta peculiarem quandam sanxere reuerentiam. orandum
igitur et incessanter orandum, ut continua gratia perennique
adiutorio dei pax ex hoc fonte in totum orbem fidei et
catholicae sanctitatis nullis nebulis interfuscata mittatur.
caritas enim, quae, sicut scriptum est, deus est, perfecta
plenitudinis abundantia gratulatur, cum si quid uel suspicionis
habuerit fidei intentionis † sollicita uel in longum producta
contentio † aut emendatione corrigitur. Caelestius presbyter 2
nostro se ingessit examini expetens ea, quae de se apostolicae
sedi aliter quam oportuit essent inculcata, purgari. et licet
multae occupationes maioribus uinculis ecclesiasticorum negoti-
orum curam nostram sollicitudinemque distraherent, tamen ne
fraternitatis uestrae de aduentu ac discussione praedicti
diutius penderet expectatio, posthabitis omnibus die cognitionis
resedimus in sancti Clementis basilica, qui inbutus beati Petri

13 Ioh. I, 4, 8 (16)

45. *Dat. a. 417 ante diem 21 Sept.* *Edd. Bar. ad a. 417, 19; Ioh. Garnerius in editione operum Marii Mercatoris (Paris. 1673) I 202; Collect. Concil.; Coust. 943.* 6 desiderat *V, corr. Garn.* 7 accidit *V, corr.* o^2 8 honore *V, corr. Bar.* 9 sancsere *V* 12 societatis *Bar.* 14 cum si quid *etc.*] *uerba corrupta quaeque sola coniectura certe uix restituas:* si cum aliquid suspicionis habuerit uel fidei intentio sollicita uel in longum producta contentio, id uera emendatione corrigitur *Garn.*, cum si quid uel suspicionis habuerit fidei intentio sollicita uel in longum perducta cunctatione aut emendatione corrigitur *Coust.; neutrum placet, quamquam* intentio *recte restitutum uidetur. fortasse post* contentio *aliqua exciderunt* 21 discutione *V, corr. o* 22 diē *V, corr. Bar.* 23 ⟨quippe⟩ qui *Garn.*

apostoli disciplinis tali magistro ueteres emendasset errores tantosque profectus habuisset, ut fidem, quam didicerat ac docuerat, etiam martyrio consecraret: scilicet ut ad salutiferam castigationem tanti sacerdotis auctoritas praesenti cognitioni
3 esset exemplo. omnia igitur, quae prius fuerant acta, discussimus, sicut gestorum huic epistolae cohaerentium instructione discetis, et intromisso Caelestio libellum eius, quem dederat, fecimus recitari. nec hoc contenti, utrum haec, quae scripsisset, corde loqueretur an labiis, saepenumero explorauimus, cum de occultis animarum solius dei nostri possit esse iudicium, cui non tantum cogitata sed et cogitanda iam praesto sunt. quid uoces eius teneant. conpendiosius duximus a
4 sanctitate uestra legenda cognosci. unum sane mouit nos, ut cum in praesenti ibi Caelestium habueritis, nihil liquido iudicatum sit: ad litteras Herotis et Lazari post relatio est destinata. equidem hoc feruore fidei praefestinatum esse promptissimum est. sed cum de his interrogaretur, adseruit nullum sibi de talibus contentionibus umquam cum antedictis fuisse sermonem nec ante sibi, quam de se scriberent, uisu fuisse compertos; Lazarum sane in transitu cognitum, Herotem uero etiam satisfactione interposita, quod secus de ignoto et
5 absente sensisset, cum gratia recessisse. tam caduco ac nullo fundamine criminationis ignotae procul dubio e re fuit, ut ⟨de⟩ persona talium, quae tam uentosa et leuis extiterat, quaereretur, si saltem illis loci sui ratio uitaeque constaret, ut fides absentibus in absentes debuerit adhiberi, tantumque pondus in litteris eorum, ut auctoritatem testimonii mererentur: patuit hos inobseruatis plebe cleroque contradicente ignotos

1 magisterio *Garn.* 9 explorabimus *V*, *corr.* o 10 cum *Bar.*: quam *V*, quamquam ρ *in marg.* 12 ad sanctitatem uestram *V*, *corr.* *Garn.* 13 legendo *Garn.* mouet *Bar.* 19 qua *V*, *corr.* *Bar.* uisū *V*, *corr.* *Garn.* 20 cognitu *V*, *corr.* ρ 22 sensissent *V* recessisset iam *V*, *corr.* *Garn.* 22 caduca ad nulla fundamina *V*, *corr.* *Coust.* 23 e re *Coust.*: irę *V* 24 de *add.* *Garn.* uetosa *V*, *corr.* o 25 uitę quę *V* 27 eorum *V*: esset *Garn.*

alienigenas ordinationibus intra Gallias sacerdotia uindicasse.
quibus se ipsi propria abdicauere sententia, nosque, licet et
alia, tum eorum de se paenitudinem et confessionem secuti,
sacerdotali eos loco et omni communione summouimus. satis
urget, causam a talibus processisse per litteras in absentis
eius accusationem, qui se praesens tuetur, qui exponit fidem,
qui prouocat accusantem. numquam piguit in melius retor- 6
sisse iudicium. adulescens et sancti spiritus executor, qui
Susannam seniorum falsitate damnatam inuenit innocentem:
reducitur a supplicio casta per puerum, quae per grandaeuos
fingitur impudica. non ergo omni, sicut cautum est, spiritui
credendum sed diu appensius examinandum est, praesertim
de fide hominis, ubi status eius et uita perpetua est. nec 7
Salomonem fefellit in puerperii rixa ueritatis indago: non
enim statim duabus feminis inter se iurgantibus uni pignus
addixit sed ibi arbiter fidem cunctabundus inuenit, ubi uerae
pietatis intellexit affectum. perquam rarum sit, ut longa et
castigata cunctatio non ad ueri cubile perueniat. optimae
mentis indicium est praua difficilius credere, nam plerumque,
quorum de se bonae confessioni pigrius adhibetur fides, in
illius erroris abruptum necessitate coguntur et inremediabile
uulnus efficitur, quod desperatur sanari. unde in praesenti 8
causa nihil praecox immaturumque censuimus sed innotescere
sanctitati uestrae super absoluta Caelesti fide nostrum examen. cui etiam prior libellus ab eo intra Africam ⟨datus⟩

8 cf. Dan. 13, 45 sqq. 11 Ioh. I 4, 1 13 cf. Regn. III 3, 16 sqq.

1 ordinationibus *post* inobseruatis *(p. 100, 28) trsp. Bar.* 3 tum *V*: tamen *Garn.* penitudine et confessione *V*, *corr. Bar. Coust.* 5 surget *V*, *corr. Bar.* absentes *V*, *corr. Coust.* 8 et = etiam; *supplendum* erat qui *del. Garn.* 10 ad supplicia *V*, *correxi:* a suppliciis *Bar.* 14 ueritis *V*, *corr.* o^2 15 unum *V*, *correxi* 16 fide *V*, *corr. Garn.* 17 intelexit *V* 18 optime *V* 19 plerique *edd.* 20 confessionis *V*, *corr. Garn.* 21 in remedia uile *V*, *corr.* o 23 innotescere ρ: in nocte scire *V* 25 africa *V*, *corr.* ρ datus *add. Garn.*

testimonio apud uos esse debuisset nec inexploratis famaque
iactatis tam facile crederetur. quare intra secundum mensem
aut ueniant, qui praesentem redarguant aliter sentire quam
libellis et professione contexuit, aut nihil post haec tam
aperta et manifesta, quae protulit. dubii sanctitas uestra
9 resedisse cognoscat. ipse sane Caelestius et quicumque in
tempore ex diuersis regionibus aderant sacerdotes admoniti
has tendiculas quaestionum et inepta certamina, quae non
aedificant sed magis destruunt, ex illa curiositatis contagione
profluere, dum unusquisque ingenio suo et intemperanti
eloquentia supra scripta abutitur, cum in hoc etiam magnorum
uirorum nonnunquam cum ipsis auctoribus scripta periclitantur
post multam temporis miseriam interpretantis arbitrio, ut diuine
profectum sit ex multiloquio non euitari peccatum et sanctus
Dauid merito postularet circumstantiam labiis suis orique cu-
10 stodiam. caritatem uestram tam apostolicae sedis auctoritate
quam mutua amoris affectione commoneo. utinam ingenia
nostra sanctarum omnium scripturarum, quae secundum tradi-
tionem patrum atque maiorum receptae sunt, praeceptis obser-
uationibusque sufficiant! quid illic non abundans, quid non
dei spiritu et uocibus plenum sit? nisi libet unumquemque
plus sibi credere suoque de se uti iudicio. Data † exem-

14 Prou. 10, 19 16 Psalm. 140, 3

1 ne *edd.* inexplorationis famamque *V, corr. Bar.* 2 iactantibus *V, corr. Garn.* 4 post $\overset{\bar{h}}{\bar{e}}$ *V (i. e.* haec *superscriptum uocabulo* est *delendo)* 6 ipsum . . Caelestium *edd.* 7 ex ρ: rex *V* adorant *V, corr.* ρ admoniti *(sc.* sunt) *scripsi:* admonui *V* 8 quae non aedificant *Bar.:* aerionę (ę *corr. in* a) edificant *V* 11 supra scripta *V*: seu scriptura *Garn.*, spreta scriptura *Coust.* 12 autoribus *V* 13 multa *V, corr. Bar.* miseriam *V*: seriem *Garn.* 15 postularit *Coust.* 17 utinam *V*: ut iam *edd.* 18 uestra *edd.* 19 receptae *scripsi*: praecepta *V,* perceptae *Coust.* obseruationibus ꝗ *V* 20 habundans *V* 21 plenus *V, corr. Bar.* 22 Data] *excidit dies et mensis; quae secuntur uerba* exemplaria auctorum (*lege* actorum) habita (?) *ex margine irrepsisse uidentur, ubi ea adposuit ni fallor Aurelii Carthaginiensis archiuarius, nimirum ut significaret peruenisse Carthaginem etiam gesta illa, quae epistulae adnexa fuisse § 3 edocemur*

plaria auctorum habita, Honorio Aug. XI. et Fl. Constantio <conss.>

(46.)

ZOSIMUS EPISCOPUS AURELIO ET UNIUERSIS EPISCOPIS PER AFRICAM
CONSTITUTIS DILECTISSIMIS FRATRIBUS IN DOMINO SALUTEM. Postea-
quam a nobis Caelestius presbyter auditus est et, quid de
fide sentiret, euidenter expressit eademque, quae in libello
contulerat, repetitis crebro professionibus roborauit (de cuius
nomine plenius ad dilectionem uestram scripta direximus):
ecce epistolam Hierosolymitani episcopi Prayli, qui in locum 2
quondam sancti Iohannis episcopus est ordinatus, accepimus.
qui causae Pelagi enixius adstipulator interuenit. litteras quo-
que suas idem Pelagius purgationem tenentes abundantissimas
misit, quibus et professionis suae fidem, quid sequeretur
quidue damnaret, sine aliquo fuco, ut cessarent totius inter-
pretationis insidiae, cumulauit. harum recitatio publica fuit: 3
omnia quidem paria et eodem sensu sententiisque formata,
quae Caelestius ante protulerat, continebant. utinam ullus
uestrum, dilectissimi fratres, recitationi litterarum interesse
potuisset! quod sanctorum uirorum, qui aderant, gaudium
fuit? quae admiratio singulorum? uix fletu quidam et lacrimis
temperabant tales etiam absolutae fidei infamari potuisse.
estne ullus locus, in quo dei gratia uel adiutorium praeter-
missum sit? quod quisquis potest praeter eandem uel mente
concipere, ne ille illi se poenae sententiaeque subiecit, quae
de sancto spiritu lata est, quod neque hic neque in futuro uenia
uel remissione donetur? uideo et hunc Pelagium Herote et 4

26 cf. Matth. 12, 32

1 FL CST *V*; conss. *add* o (II Conss. *Garn.*)

46. *Dat. a. 417 die 21 Sept. Edd. Bar. ad a. 417, 25; Garnerius l. c. I 203; Collect. Concil.; Coust. 949.* 7 eademque quae *Garn.*: eadem quoque *V* 10 eplā hierosolimitani *V* 10 proeli *V*, Praylii *Bar.* 12 qua *Garn.* causa *V*, *corr. Bar.* adistipulator *V* 13 abundantissimus *V*, *correxi:* abundantissime *edd.* 14 ꝗ inse ꝗretur *V*, *corr. Bar.:* quid insequeretur ρ 21 fletū *V*, *corr.* ρ 25 penę *V*

Lazaro scribentibus infamari: itane, fratres dilectissimi, ad
aures uestras, qui sint isti turbines ecclesiae uel procellae,
nec opinione peruenit? ita uos latuit uita hominum atque
damnatio? et quamquam specialis illos apostolicae sedis
auctoritas omni communione submouerit, discite et in hac
5 epistola licet strictim hominum mores. uetus Lazaro con-
suetudo est innocentiam criminandi: per multa concilia in
sanctum Brictium, coepiscopum nostrum Turonicae ciuitatis,
diabolicus accusator inuentus est; a Proculo Massiliensi in
synodo Taurini oppidi sententiam calumniatoris excepit. ab
eodem Proculo fit post multos annos sacerdos tyrannici iudicii:
defensore ciuitatis Aquensium, cum contrairet, adflicto in
ipsum penetrale et sacerdotale solium sanguine innocentis
paene respersum inrupit stetitque in eo hactenus umbra sacer-
dotii, donec tyranno imago staret imperii. quo loco post inter-
necionem patroni sponte se exuit et propria cessione damna-
6 uit. de Herote uero similia omnia: idem tyrannus patronus,
caedes, turbae, presbyterorum contradicentium uincla atque
custodiae et totius ciuitatis addictio, similis paenitentia de
abdicatione sacerdotii. mirum est, si isti laicum uirum ad
bonam frugem longa erga deum seruitute nitentem falsis
litteris percellere uoluerunt, qui in fratres et coepiscopos
tanta machinati sunt, qui tot tempestates ecclesiae reddi-
7 derunt? non decet episcopalem auctoritatem et praecipue
prudentiam uestram ad leuium susurronum scripta pendere.
ecce Pelagius Caelestiusque apostolicae sedi in litteris suis
et confessionibus praesto sunt: ubi Heros, ubi Lazarus, erube-
scenda factis et tot damnationibus nomina? ubi illi adulescentes,

3 ita<ne> *Garn.* hōm *V*: horum *edd.* 6 strictum *V*, *corr. Bar.* 8 brictium *V*: Brictionem *adpellat Sulp. Seuer. Dialog. III 15 p. 213 sq ed. Halm* 11 tyrannici iudicii] *i. e. sub ditione Constantini tyranni (407—411)* 13 penetrabili *V*, *corr. Garn.* 14 actenus *V* 15 mago *V*, *corr.* ρ internecionem *Bar.*: iuternecio *V*, *fort.* internecium 20 abdictione *V*, *corr. Bar.* 21 seruitutē *V*, *corr.* o 27 confesionibus *V* 28 facta sed *V*, *corr. Bar.*

id est Timasius et Iacobus, qui scripta quaedam, ut assere-
batur, * * ? uos conicite, si, qui talia in sede apostolica con-
fitentur, illa quae de isdem a prauis ac leuibus auctoribus et
dubio rumore iactata sunt, oporteat credi. amate pacem, 8
diligite caritatem, studete concordiam! nam scriptum est:
diliges proximum tuum tamquam te ipsum. qui
magis alter alteri proximi sumus, quam omnes, qui in Christo
unum esse debemus. non omnis qui aures nostras uentus in-
greditur, nuntius ueri est ideoque animo praesule et in ex-
cubiis constituto semper opus est, ne totum famae, totum
testibus liceat. recensete sacras litteras et diuina tabularia: 9
maximam partem falsi testes occupauere, ubi sanctorum aut
accusationem aut pericula reperimus. 'maximam' dico? immo
totam, cum in ipsum dominum nostrum saluatorem, totius
mundi hostiam et pontificem salutarem, falsi testes insur-
rexerunt, qui se eius blasphemiam audisse confingerent. aesti-
mate, quid iam possit praeterire fallaciam, quae in deum
fidei, immo in ipsam fidem ac ueritatem peiuriis impetum
fecit. haec ideo scripsimus, ut de cetero, si qui absentes 10
minusque noti de quolibet talia ex libidine mentientur, fixi
sint pedes uestri aduersus arietem fraudulentiae. unde et
lucernam pedibus suis et lumen semitis uir tantus
exorat, scilicet ne inter fallaces tenebras sint caeca nobis et
errabunda uestigia. et in euangelio: numquid lex nostra

6 Matth. 19, 19 22 Psalm. 118, 105 24 Ioh. 7, 51

1 iacob *V, corr. Bar. (cf. epist. Aurelii etc. apud Coust. 880 § 6)* qui *ex* ɂ (= et) *corr. V* 2 *lacunam indicauit Bar.*, protulerunt *inseruit Garn.,* Pelagii protulerunt *inseri iubet Coust., sed uidentur plura excidisse* 3 prouis *V, corr.* o 4 dubiorum ore *V, corr.* o² 5 concordiae *Bar.* 6 tāq *V* qui magis *etc.*] *etiam ante haec uerba, e quibus ne tum quidem si cum Coust. post* debemus *posueris signum interrogationis, apta euadit sententia, aliqua excidisse uidentur, quibus inprimis ecclesiae catholicae sacerdotibus concordiae studendum esse expositum erat* 9 praesulet et *V, corr. Bar.* 11 resensete *V* 13 repperimus *V* 15 mundi o²: multi *V* insurrexerint *Garn.* 17 fallacia *Garn.* quae *Bar.*: qui *V* 22 tantus *V:* sanctus p *Bar.* 24 euglio *V*

iudicat hominem, nisi ab ipso audierit prius et
11 cognouerit? et iam in ueteri testamento: non credes
auditui uano et non consenties cum iniquo fieri
testis iniustus, et ne forte multitudini detrahentium ante
examinationem iudicii crederetur, addidit dicens: non eris
cum pluribus in malitia et non accipies per illos
peccatum. et iterum alibi: priusquam interroges, ne
uituperes quemquam, et cum interrogaueris, cor-
ripe iuste, et iterum: quae uiderint oculi tui,
12 loquere. et in actibus apostolorum aduersus principes sacer-
dotum et seniores Iudaeorum postulantes absentis apostoli
Pauli damnationem iustissimam sententiam gentilis Festus
tribunus protulit, quam conuenit etiam nos in facile creden-
tium obicere uerecundiam, dicens: non est consuetudo
Romanis damnare aliquem hominem, priusquam
is, qui accusatur, praesentes habeat accusatores
locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.
si hanc igitur moderationem in extra saeptum fidei nostrae
positus tenuit, onerat sacerdotalem pudorem inclinatior credu-
litas de absentibus in absentes: quotus enim quisque inmunis
inuenietur a uulnere, si ad omnem ferientis ictum credulum
13 pectus aperitur? doceat nos terrena moderatio, quae saecu-
laribus arbitriis et causis primum de ipsis iudicibus eligendis
repudiandisque sit. et quanta cunctatio, quot interpositae
dilationes? quotiens adhibita comperendinatio et iam sub ipso
fine certaminis ampliata iudicia? cum innocenti reo confugitur

2 Exod. 23, 1 5 Exod. 23, 2 7 Eccli. 11, 7 9 Prou. 25, 8 (cf. LXX.) 14 Act. 25, 16

2 et iam *scripsi:* etiam *V* credis *V, corr. Coust.* 3 fieri *supra linea add. V (man. 1?)* 7 interoges *ex* interinges *V* 8 cum *supra linea add. V (man. 1?)* 10 principem *V, corr. Bar.* 11 postulantes *bis scripsit sed secundo loco erasit V* 16 is ο: his *V* 18 in *om. edd.* 19 onera sacerdotale pudorem inclinatio *V, correxi:* contra sacerdotalem pudorem, indigna omnino *Garn.* 20 de *V*: est *Garn.* 22 apperitur *V* 23 arbitris ο 25 et iam *scripsi:* etiam *V* 26 certamine *V, corr. Bar.:* certaminum ρ configitur *V, corr.* ρ

ad mare et transmarina documenta, ut fides, quae in prae-
senti plerumque artioribus strangulatur angustiis, saltem
eminus ueniat. haec omnia mentior nisi in patrocinium tuendae
innocentiae reperta sunt. tolerabilius est enim innocentem
quemlibet tardius inueniri quam cito pro nocente damnari.
graue fuit Lazaro et Heroti litterarum suarum pedisequos 14
esse. an nesciebant dilectionem uestram ad sedem apostolicam
relaturam? huc certe si<ne> calumniae compendio nauigassent!
ubi de episcopatu ambiendo agitur, maria terraeque lustrantur
nec ulla suffragia praetermittuntur; ubi uero innocentium fama
percellitur, otiosi et delicati, siue accusatores siue testes
(utrumque enim in fallentibus nomen infame est), in cubilibus
ac lectulis suis litteris abutuntur et totam Africam uniuer-
samque tranquillitatem catholicae serenitatis innubilant ad
libidinem suam duae pestes. ante tribunal Christi omnes
stabimus, nemo illic abesse poterit nec dei usquam, cuius
inmensitas omnibus locis ac rebus interuenit, declinare iudi-
cium. si deo nostro cordi fuit propter oues perditas uerbum 15
carnem fieri et ex domino formam seruientis inducere, ut diu
interceptam redderet libertatem, sit nobis gaudium eos, quos
falsi indices criminabantur, agnoscere a nostro corpore et ca-
tholica caritate numquam fuisse diuulsos. certe hoc, quod
uestra expectatio desiderabat, eluxit, ut damnanda damnarent
et sequenda sequerentur. si pater familias reditu fili gratu- 16
labatur, qui mortuus fuerat et reuixit, perierat et
inuentus est, et iubet in usum eius stolam mundam, hoc
est insig<ne> candidae mentis, afferri et uitulum saginatum.
quantum hoc uberior exultatio est fidei nec mortuos esse nec

24 Luc. 15, 24

2 augustus *V*, *corr.* o^2 saltim *V* 8 certe sine o^2: certe si *V*, certo *edd.* 10 praetermittunt *V*, *correxi* 12 utroque *V*, *corr.* o^2: in utroque enim fallentibus *edd.* cubilis *V*, *corr.* o^2 13 uniuersam quę tranquillum *V*, *corr.* o^2: uniuersumque tranquillum *Bar.* 16 illinc o^2 ab sese *V*, *corr.* o^2 deus quam *V*, *correxi:* domini *edd.* 19 carnem *Bar.:* caro *V* 20 reddere *V*, *corr.* o^2 22 ueritate *Bar.* 27 insig *V*, *corr.* *o* 28 haec o^2 *edd.* exultatio est *Bar.:* exultatione *V*, exultatio o^2

17 perisse, de quibus falsa uulgata sunt? misimus igitur ad
dilectionem uestram exemplaria scripturarum, quas Pelagius
misit, quorum lectionem non ambigimus parem uobis in
domino de absoluta eius fide esse laetitiam. Dat. XI. Kal.
Octobr.

(47.)

LIBELLUS PAULINI DIACONI ADUERSUM CAELESTIUM ZOSIMO EPISCOPO DATUS.

Beatitudinis tuae iustitiam obsecro, domine Zosime papa
2 uenerabilis. Numquam fides uera turbatur et maxime in
ecclesia apostolica, in qua prauae fidei doctores ut deprehen-
duntur facile ita ueraciter puniuntur, ut moriatur in illis, si
se corrigunt, quod male conceperant et deterius pepererant,
et in illis * * uera fides, quam apostoli docuerunt et Romana
3 cum omnibus catholicae fidei doctoribus tenet ecclesia. quod
si, ut ceteri auctores haereseos, qui iam dudum ab apostolica
sede uel a patribus iudicati et extra sinum matris catholicae
ecclesiae effecti perpetua morte perierunt, etiam hi, qui nunc
deprehensi sunt uel deprehenduntur, in perfidia sua permanent,
spiritali gladio, quo interimantur, tradantur: ut nunc Pelagius
Caelestiusque, qui a beatae memoriae praecessore tuae beati-
tudinis papa Innocentio, si rectam respuant fidem et in sua
4 peruersa doctrina perdurent, damnati sunt. cuius sententiam
secuta beatitudo tua Caelestio, cum a sede apostolica audi-
retur, inter cetera praecepit his uerbis: 'damnas ergo illa

2 exemplari *V*, *corr.* ρ quas *Bar.:* quae *V* 3 quarum *Bar.* ambigemus *V*, *corr.* ρ 4 absolute *V*, *corr. Bar.*
47. *Dat. a. 417 die 8 Nouembr. Edd. Bar. ad a. 418, 12; Collect. Concil.; Coust. I 963.* 8 DATVM *V*, *corr.* o[1] 10 et o: ex *V* 11 praue *V* 12 moriantur *V*, *corr.* ρ[2] si corrigant *Coust.* 13 conciperant *V* 14 et *V*: est o[2], ut *Bar.* *lacunam indicaui, quam sic fere uelim expletam:* illis <quoque reuiuescat> uera; illis uiuat fides ρ[2], uera <sit> fides *Bar.* romane *V*, *corr.* o[2] 16 qui o[2]: quod *(compendio scriptum) V* 17 matris *bis V* 18 pererunt *V*, *corr.* o 21 qui a o[2]: quia *V*

omnia, quae in libello Paulini continentur, hoc est de quaesti-
onibus?' et alio loco: 'cognouisti, quales litteras dederit sedes
ad fratres et coepiscopos nostros Africanae prouinciae?' et
adiectum est: 'damnas illa omnia, quae damnauimus, et tenes,
quae tenemus?' et iterum: 'illa omnia damnas, quae iactata
sunt de nomine tuo?' et iterum: 'uel ea, quae in libello suo
exposuit Paulinus?' et cum me diceret posse ex his, quae 5
illi obiecta sunt, haereticum adprobari, sancto repletus spiritu
apostolica auctoritate respuisti et repressisti insanientis et
calumniantis uerba huiusmodi proferendo sententiam, qua ipse
catholicus adprobarer, illum, si sanari uellet, curares; quae
huiusmodi est: 'nolim nos circuitu ducas; damna ista omnia,
quae tibi obiecta a Paulino siue per famam iactata sunt?'
cui non sufficeret ista sententia? quis hanc tam salubrem, 6
tam amplectibilem, tam piam respueret alius, nisi qui a fide
deuius est? et ille, qui superius professus fuerat se, quaecum-
que illi obiecta fuerant, si contra fidem iudicares, esse dam-
naturum, audit 'damna!' et non solum non damnat sed ad
iniuriam tantae sedis contendit. unde iam non ignorat ecclesia
Romana reum suum, qui tam audaci spiritu ausus est contra-
dicere et non damnare, quae beatitudo tua damnari decreuit,
ego tamen deo et Christo domino nostro gratias ago, qui 7
ecclesiae suae causam ita agi uoluit, ut sedes apostolica, a
qua oportuit ore duorum pontificum suorum haeresim con-
demnari, et ea damnanda praeceperit, quae a me Caelestio
fuerant obiecta, cuius ego non damnationem sed correctionem
semper optaui et opto. cui nunc iam non mecum sed cum 8
uniuersa dei ecclesia causa est, sicut data ad beatitudinem
tuam Afrorum episcoporum scripta testantur, cum contra
apostoli sententiam uenire nititur negando originale pecca-
tum, quod in omnes homines pertransiit et usque in finem

30 cf. Rom. 5, 12 sqq.

1 hoc est de quaestionibus *ut uerba non papae sed Paulini dat Coust.* 2 sedes <apostolica> *Bar.* 5 iactatata *V, corr.* α 12 nolim *scripsi:* noli *V*, nolo *Bar.* 17 iudica es *V, corr.* o 18 audi *V, corr. Bar.* 23 sede *V, corr.* ρ^2 30 sententia *V, corr.* o uenire o^2: ueniale *V*

mundi tenet hereditatem Adae illius, qui primus peccauit; quod in infantibus nisi per sacramentum baptismi dimittatur, uitam aeternam et regnum caelorum habere non possunt.
9 contra quem etiam magister suus litigat Pelagius, quia ille ea ipsa damnauit in iudicio orientali, quae iste in sedis apostolicae coeto conatur astruere. habet aduersum se et ueteres ecclesiarum doctores catholicos plurimos, orientales occidentales, meridianae partis atque septentrionalis, qui in libris suis illum de originali peccato, si sanari desiderat, possint docere; habet beatum Cyprianum martyrem, beatum Ambrosium confessorem, Gregorium Nazianzenum, beatum papam Innocentium; habet, etiam nunc qui in corpore siti conluctentur illi, si tamen se tanto certamini habilem iudicat, aut certe quos sequi debeat, si uult magis recta discere quam praua docere; habet, quod primum est, beatitudinem tuam, cuius illum oportuerat oboedire sententiae, cum audiret 'damna!'; habet postremo ipsos lactantes, quibus misereri debeat, si sibi non uult, quibus, ut uerbis martyris utar, non propria sed
10 aliena dimittuntur peccata. unde oro beatum apostolatum tuum, ut hunc meum libellum suscipi iubeas, quo gratiam referam tantae sedi et sententiis iustissimis pro parte mea latis. quem idcirco direxi, quia me, licet sermone, Basiliscus subdiaconus a tua beatitudine cum gestis sedis apostolicae directus Carthagine conuenit quarto Nonas Nouembris die, ut adessem ad apostolicam sedem et tuae iudicio sanctitatis, ad quam me fugisse suggestum est, nec defuturum fore promitterem, si aduersum me et non pro me fuisset lata
11 sententia. ubi tunc ideo nihil agere potui, quia is, qui ad

18 Cypriani ep. 64, 6, p. 721 ed. Hartel.

4 quem *V*: quae *Bar.* quia ille ea *V*: qui ille ea *a*, *unde* qui illa o^2 6 habent *V*, *corr.* ρ^2 7 *sqq.* doctores qui in libris suis catholicos . . septentrionalis qui illum de originali *etc.* *V*, *corr. Bar.* 9 desiderat *bis V* possit *V*, *correxi* 11 nanzanzenum *V* 19 *ante* dimittuntur *del.* dimit *V*; remittuntur *Cypr.* 20 huc *V*, *corr.* o 21 referant *V*, *corr.* o^2 26 fuisse *V*, *corr.* *a* nec ⟨me⟩ *Coust.* 27 promittere *V*, *corr. Coust.* 28 ibi *Coust.* his *V*, *corr.* ρ^2

sedem apostolicam prouocauerat, defuit, quem oportuerat
utique merita suae appellationis astruere, maxime cum nihil
agente appellatore secundum etiam humanas leges superior
est semper ille, qui uicit. quid enim iam mea intererat, ut
etiam apud uestram reuerentiam prauae eius doctrinae asti-
pulator existerem, de quo congaudere possem, si damnatis his,
quae illi a me obiecta fuerant, sicut apostolicae sedis iudicium
roborauit, meruisset iam absolui, ne prius se ordinari quam
purgari pateretur? sed uulpecula fraudibus fuit semper 12
studens; ingenium suum mutare nescit. non se credidit posse
deprehendi, quoniam confidentiam semper in foueis habet, in
quibus demersum caput conscientiae suae nititur occultare.
quod iam diutius latere non potuit sed manifestius publicatum
spiritali per tuam beatitudinem gladio resecatur, ne amplius
ferinis dentibus grex domini secetur in partes, quem pastor
bonus sollicita et peruigili cautela custodis. hunc autem 13
libellum direxi beatitudini tuae per Marcellinum subdiaconum
ecclesiae Carthaginensis. Data VI. Id. Nouembr.

(48.)

ITEM EXEMPLUM EPISTOLARUM SANCTI AUGUSTINI AD EA QUAE SUPRA SCRIPTA SUNT RESCRIBENTIS PER ALBINUM ACOLITUM ET FIRMUM PRESBYTERUM.

DOMINO UENERABILI ET IN CHRISTI CARITATE SUSCIPIENDO SANCTO FRATRI XYSTO PRESBYTERO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM. Ex

4 cf. Cod. Theod. XI, 30 l. 30 et 64

2 apellationis *V* 3 apellatore *V* 6 existere *V*, *corr.* o[2] posse *V*, *corr.* p[2] 7 sic ea *Bar.*, sic et *Coust.* 8 roborari *V*, *corr.* o[2]: roboraret ut *Coust.* meruisset iam *scripsi:* meruisse tam *V*, meruisset tum o[2], meruisset *edd.* absalui *V*, *corr.* o 9 uulpicula *V* 11 confidentia *V*, *corr.* o 14 se secatur *V*, *corr.* o ampleus *V* 15 partu *V*, *corr.* p[2] *Bar.* 18 carthaginensi *V*, *corr.* p id NOB *V*

48. *Dat. circa finem a. 418. Traditae sunt hae litterae etiam inter Augustini epistulas: ed.*[2] *Maurin. II 539 n. 191 (= ς)* 20—22 *titulum om.* ς 20 EPISTOLARUM] *reuera epistula Xysto per Firmum presbyterum transmissa (ed.*[2] *Maurin.* II *554 n. 194) non sequitur* QUAE SUPRA SCRIPTA SUNT] *non hic sed in fonte, ex quo epp. 41—50 fluxerunt* 24 fratri et compresbytero Sixto Augustinus ς ex ς: et *V*

quo Hipponem litterae benignitatis tuae per sanctum fratrem
nostrum Firmum presbyterum directae me absente uenerunt,
postea quam illas cum remeassem quamuis iam inde profecto
earum perlatore legere potui. haec prima eademque gratissima
rescribendi occurrit occasio per dilectissimum filium nostrum
2 Albinum acolitum. quod autem, quibus simul scripsisti,
tunc non eramus simul, ideo factum est, ut singulorum
singulas, non unam amborum epistolam sumeres. a me
quippe digressus est perlator huius per uenerabilem fra-
trem et coepiscopum meum Alypium, qui tuae sanctitati alia
rescriberet, transiturus; ad quem etiam ipsas, quas ego le-
3 geram, litteras tuas ipse portauit. quae nos quanta laetitia
perfuderint, quid homo nitatur loqui, quod non potest eloqui?
quia nec te ipsum satis nosse arbitror, sed nobis crede
quantum boni feceris talia nobis scripta mittendo. sicut enim
tu testis es animi tui, ita nos nostri, quemadmodum sit af-
4 fectus illarum sinceritate luculentissima litterarum. si enim
breuissimam epistolam tuam, quam de hac ipsa re ad beatis-
simum senem Aurelium per Leonem acolitum direxisti, exul-
tanti alacritate descripsimus et quibus poteramus magno studio
legebamus, ubi nobis exposuisti, quid de illo perniciosissimo
dogmate uel quid contra de gratia dei, quam pusillis magnisque
largitur, cui est illud inimicissimum, sentias: quanto nos putas
ista prolixiora scripta exultatione legisse uel cura ut legantur,
quibus ualuimus, aliis optulisse atque adhuc, quibus ualemus,
5 offere? quid enim gratius legi uel audiri potest quam gratiae
dei tam pura defensio aduersus inimicos eius ex ore eius, qui
eorundem inimicorum magni momenti patronus antea iactabatur?
aut unde uberius deo debemus agere gratias, quam quod eius
sic defenditur gratia ab eis, quibus datur, aduersus eos, quibus

1 hypponem *V* 3 quam ς: cum *V* 4 haec ς: ac *V* 6 Albinum acolythum ς: acolitum albynum *V* 9 digressum *V* 10 aliam ς 11 ego *V*: ego iam ς 13 perfuderint ς: fuderint *V* 14 quia *om.* ς 18 epła *V* 19 acolythum ς 21 nobis ς: non *V* 22 de gratia ς: gratiam *V* 24 ista tua prolixiora scripta uel exsultatione ς cura ς: curam et *V* 28 ante ς 29 uberiores ς

non datur uel ingratum est quod datur? quia ut eis gratum
sit occulto et iusto iudicio dei non datur. quapropter, domine 6
uenerabilis et in Christi gratia suscipiende sancte frater,
quamuis optime facias, cum de hac re scribis ad fratres,
apud quos se illi de tua solent efferre amicitia, tamen haec
cura maior tibi restat, ut non solum salubri seueritate plec-
tantur, qui errorem illum Christiano nomini infestissimum
audent garrire liberius, sed etiam hi diligentissime caueantur 7
uigilantia pastorali propter infirmiores et simpliciores dominicas
oues, qui eum, pressius quidem ac timidius, sed tamen insusur-
rare non cessant, penetrantes domos, sicuti ait apostolus,
et cetera quae sequuntur exercitata impietate facientes. ET
RELIQUUM.

(49.)

DOMINO SANCTO OMNIQUE HONORE COLENDO AC BEATISSIMO PAPAE CYRILLO EUSEBIUS. In Christo gratias egi, quod beatitu-

11 Tim. II 3, 6

1 non *V*: uel non ς qui aut *V* 3 gratia *V*: caritate ς suscipiendo *V* frater *ex* pater *corr. V* 6 salubris eueritate *V* 7 infestissimum nomini ς 8 hi *scripsi:* hii *V*, ii ς 11 sicut ς 12 exercitata *scripsi*: exercitatas *V*, exercita ς et reliquum *(litteris minusc.) V man. 1:* nec illi negligendi sunt, qui usque ad profundum silentium supprimunt timore quod sentiunt sed tamen eamdem peruersitatem sentire non desinunt. nonnulli quippe eorum, antequam ista pestilentia manifestissimo etiam sedis apostolicae iudicio damnaretur, uobis innotescere potuerunt, quos nunc repente reticuisse perspicitis, nec utrum sanati sint sciri potest, nisi cum non solum dogmata illa falsa tacuerint uerum etiam illis uera contraria eo quo illa solent studio defensauerint. qui tamen lenius profecto sunt tractandi. quid enim eos terreri opus est, quos satis territos ipsa taciturnitas monstrat? nec ideo tamquam sani praetereundi sunt diligentia medicinae, quorum uulnus in abdito est. etsi enim terrendi non sunt, tamen docendi sunt et, quantum existimo, facilius possunt, dum in eis timor seueritatis doctorem adiuuat ueritatis, ut opitulante domino gratia eius intellecta atque dilecta etiam loquendo expugnent, quod iam loqui non audent ς

49. *Dat. anno ut uidetur 418.* '*Ex codice Cardinalis Sirleti*' (= *a*, *cf. Prolegom. cap. I) ed. Bar. ad a. 417, 15.* 16 Cyrello *V* Eusebius in Christo <frater>. Gratias egi <deo meo> quod *Bar.* gras *V*

dinis tuae dulciora melle epistolaris officii eloquia promerui,
quod percutienti retinnire dignatus es, domine sancte omnique
honore colende beatissime papa. unde quaeso, ut libenter meae
paruitatis suscipere sermonem digneris, ut libertatem, quam
2 in fide Christi habere uidemur, superbiam non reputes. Ale-
xandrina sedes, ex quo Christi nomen uniuerso orbi innotuit,
prae ceteras prouincias Italiae semper Christi glutino cohae-
sisse cognoscitur: quomodo nunc, cum beatae memoriae
Innocentius haeresim Pelagianam Caelestianamque cum suis
capitibus condemnauerit, cunctis eos abicientibus Orientalibus
Alexandrina sola ecclesia in communionem recepit, quae sola
et prima inter conprouinciales suos tales refutare debuerit?
3 sed ille est pestifer, de quo sanctitudini tuae ante annum
scripseram, signifer et confoederatus eorum, Ualerianus uen-
trilocus, qui gulae operam praebens, quicquid otiosum suae
adulationis inuenerit ibi, sanctos et fidelissimos nuntiat. sed
ne illum liberum putet tua beatitudo: seruus est Ariminensis
possessionis inlustrissimi Ualeri comitis, quem propter reueren-
4 tiam tui amoris repetendum a te fieri interim siluimus. magis
orare pro nobis dignare et tales a consortio abicere, scriptum
recordatus prophetae: sanctas carnes ligatas in pallio sacerdotis
<qui tangit>cum polluta non sanctificet, a polluto ipsae conta-

21 cf. Agg. 2, 12—14

3 *fort.* <ac> beat., *cf. inscriptionem* 4 ut *V*: et *Bar.* 5 fidē *V*, *corr. Bar.* superbia *V*, *corr.* o² 6 sedes *Bar.*: fides *V* 7 prae *V*: per *Hartel* 10 condemnaberit *V*, *corr.* o² 11 receperit *V*, *correxi* 12 conprouinciliales *V*, *corr.* α debuerat *Bar.* 14 uentriloquus o², *fort.* uentricola 15 guilę *V*, *corr.* o 17 ne illum o²: nullum *V*: non illum *Bar.* 18 quę *V*, *corr. Bar.* 19 fleri *Hartel:* fieri *V* 21 *sqq. uerba ex Aggaeo desumpta uix certo sanaueris, cum ualde dubium sit, num recte Eusebius expositionem illius intellexerit:* prophetae sanctus carnes . . sacerdotis cum pollutam . . a polluto ipse contaminetur *V*; prophetae sancti: carnes . . sacerdos cum pollutum . . a polluto ipse contaminatur *Bar.*, *id quod sensu caret; quod ego restitui certe aliquo modo uidetur intellegi posse* (polluta] *i. e. panem pulmentum uinum de quibus loquitur propheta*; a polluto] *eo scilicet quem 'pollutum in anima' dicit Agg.*)

minantur; quae lex est interrogatio sacerdotum. sed dare ueniam dignaberis meae audaciae paruitatis, ut supra ante rogaui. incolumem beatitudinem tuam meique memorem inuiolabilis trinitas tueri dignetur, sancte papa.

(50.)

ZOSIMUS AURELIO ET CETERIS QUI IN CONCILIO CARTHAGINENSI ADFUERUNT DILECTISSIMIS FRATRIBUS IN DOMINO SALUTEM. Quamuis patrum traditio apostolicae sedi auctoritatem tantam tribuerit, ut de eius iudicio disceptare nullus auderet, idque per canones semper regulasque seruauerit et currens adhuc suis legibus ecclesiastica disciplina Petri nomini, a quo ipsa
quoque descendit, reuerentiam quam debet exsoluat (tantam 2
enim huic apostolo canonica antiquitas per sententias omnium uoluit esse potentiam ex ipsa quoque Christi dei nostri promissione, ut et ligata solueret et soluta uinciret, <et> par potestatis data conditio in eos, qui sedis hereditatem ipso adnuente meruissent; habet enim ille cum omnium ecclesiarum tum huius maxime, ubi sederat, curam nec patitur aliquid priuilegii sustineri aut aliqua titubare aura sententiae, cui ipse sui nominis firma et nullis labentia motibus constituit fundamenta et, quae sine suo periculo temere nullus incessat) —
cum ergo tantae auctoritatis et Petrus caput sit et sequentia 3
omnium maiorum statuta firmauerint, ut iam humanis diuinisque legibus disciplinisque omnibus finiretur Romanam ecclesiam,

15 cf. Matth. 16, 19

1 interrogatio *V* (*cf. Agg. 2, 12* interroga sacerdotes legem): probatio *Bar.; ceterum uerba* quae lex . . sacerdotum *glossema sapiunt* 3 meque *V*, *corr.* ρ^2

50. *Dat. a. 418 die 21 Mart.* *Edd. Bar. ad a. 418, 5; Garnerius I 209; Collect. Concil.; Coust. 974.* 9 id quę *V* 10 regulas quę *V* 12 reuerentia *V*, *corr.* ρ^2 13 sententia somnium *V* 15 ut eligata *V*, *corr.* o uinceret *V*, *corr.* o et *inserui* 19 sustinere *V*, *correxi* 20 habentia *V*, *correxi* 21 tenere *V*, *corr.* o^2 23 iam *scripsi:* tam *V*, *quo seruato* humanis quam diuinis legibus *Coust.* 24 disciplinis quę *V* firmetur Romana ecclesia cuius locum nos regere et potestatem *edd.*, *nisi quod pro* et *Coust. restituit* ipsius quoque

cuius locum regeret, ipsius quoque potestatem nominis optinere
(non latet uos sed nostis, fratres carissimi et, quemadmodum
4 sacerdotes, scire debetis): tamen, cum nobis tantum esset
auctoritatis, ut nullus de nostra possit retractare sententia,
nihil egimus, quod non ad uestram notitiam nostris ultro
litteris referremus, dantes hoc fraternitati et in commune
consulentes, non quia quid deberet fieri nesciremus aut face-
remus aliquid, quod contra utilitatem ecclesiae ueniens dis-
pliceret, sed pariter uobiscum uoluimus habere tractatum de
illo, qui apud uos, sicut ipsi per litteras dicitis, fuerat accu-
satus et ad nostram, qui se assereret innocentem, non refugiens
iudicium ex appellatione pristina uenerat sedem, accusatores
suos ultro deposcens et, quae in se crimina per rumorem
5 falso dicebat inlata, condemnans. omnem eius petitionem
prioribus litteris, quas uobis misimus, putamus ac nouimus
explicatam satisque illis scriptis, quae ad illa rescripseratis,
credidimus esse responsum: sed post missae per Marcellinum
subdiaconum uestrum epistolae omne uolumen uoluimus. quo
aliquando perlecto ita totum litterarum conprehendistis textum,
quasi nos Caelestio commodauerimus in omnibus fidem uer-
bisque eius non discussis ad omnem, ut ita dicam, syllabam
6 praebuerimus adsensum. numquam temere, quae sunt diu
tractanda, finiuntur nec sine magna deliberatione statuendum
est, quod summo debet disceptari iudicio. idcirco nouerit
uestra fraternitas nihil nos, postquam illa uobis scripsimus
uel litteras uestras accepimus, immutasse sed in eodem cuncta
reliquisse statu, in quo dudum fuerant, cum hoc nostris lit-
teris uestrae indicauimus sanctitati, ut illa, quae a uobis ad

1 optineret *V*, *corr. Bar.* 5 uestram o²: nostram *V* 6 fraternitatis et *V*, fraternitati ut *edd.* 11 nostram o²: nrm *V* quis eas serere *V*, *corr.* ρ² *Bar.*: quo se assereret o² 12 iudicium *ex* indicium *V* apellatione *V* 14 condempnas *V*, *corr.* o² 15 ac *Bar.*: an *V* 16 ad illa *V*: de illo *Coust.* 19 perlectos *V*, *corr.* o² 20 uerbis quę *V* 23 sinuntur *α* 25 postquam illa *scripsi*: post illa quam *V*, posteaquam o² 28 indicamus *V*, *corr. Bar.*

nos missa erat, obtestatio seruaretur. ET SUBSCRIPTIO: Bene ualete, fratres. Dat. XV. Kal. April. Honorio Aug. XII cons. Accept. III Kal. Maias.

(51.)

LEO EPISCOPUS LEONI AUGUSTO. Si gloriosum pietatis uestrae in fidei defensione propositum tanta prosequi laude cupiamus, quanta rerum ipsarum magnitudo deposcit, inueniemur impares in actione gratiarum, si nostri tantum oris angustiis uniuersalis ecclesiae gaudia celebremus. sed dignius illius remuneratio uestris actibus meritisque seruabitur, in cuius causa et speciali excellitis animo et optato triumphatis euentu gloriae.
sciat igitur clementia uestra omnes ecclesias dei cum laude 2
uestra exultare pariter et laetari, quod ab Alexandrinae ecclesiae iugo improbus parricida depulsus est et populus dei, cui praedo nefarius incubabat, in antiquam fidei libertatem reductus potest iam in salutis uiam fidelium sacerdotum praedicatione reuocari, cum uideat omne seminarium uenenorum
in ipso auctore proiectum. nunc ergo, quia haec constanti 3
proposito et magna mente peregistis, consummato operi fidei illud adiungite, ut de catholico ciuitatis illius praesule, quod deo placeat, decernatis, qui nulla damnatae totiens impietatis sit infectus aspergi<ne>, ne fortasse tectum uulnus sub specie obductae cicatricis increscat et plebs Christiana, quae uobis

1 subscripti *V*, *corr.* o² 2 ff (= fratres) *V*: *om. edd.; fort.* fratres <dilectissimi> XV *V*: XII *edd.* 3 acceptus *V*

51. ***Dat. simul cum ep. 52 a. 460 die 17 Iun. Epistulas 51—55 primus in fine Leonis operum edidit (Coloniae Agrippinae 1569) Laurentius Surius fol. 156ᵇ sqq. (cf. Prolegom. cap. II), quem secuti sunt Car. I² 299 sqq., Bar. ad a. 460, recentiores Leonis epistularum editiones uelut Quesnel I p. 137 sqq., Ballerin. I n. 169 sqq., B(ullarium) T(aurinense) A(ppend.) I p. 188 sqq.*** 5 AUG *V* 7 quantam ρ² 8 angustiis *ex* augustiis *V* 9 dignior *Quesn.* 10 seruabatur *V*, *corr.* ρ² 11 gloriae *(non* clarae gloriae, *ut testantur Ballerinii) V*: gloriosissime Auguste *Quesn.* 13 letari *ex* letare *V* 14 iugulo o² īprob paricida *V* 17 omnem *V*, *corr.* o 18 hoc o *Sur.* 22 aspergi *V*, *corr.* o uultus *V*, *corr.* o² 23 pleps *V*

agentibus aperte ab haereticorum peruersitate liberata est,
4 letalibus iterum obnoxia sit uenenis. uides autem, uenera-
bilis imperator, et euidenter agnoscis, quod in persona, de
cuius abscisione agitur, non sola est fidei integritas intuenda.
quae etiamsi ullis correctionibus professionibusque purgari et
in integrum ualeret qualibet conditione restitui, nequaquam
tamen, quae sceleste cruenteque commissa sunt, possint pro-
babilium uerborum protestationibus aboleri, quia in pontifice
dei ac maxime tantae ecclesiae sacerdote non sufficit sonus
linguae et sermo labiorum et nihil prodest, si deus uoce
5 praedicatur et mens in impietate conuincitur. de talibus
enim per apostolum sanctus spiritus loquitur: habentes
speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes,
et iterum alibi: deum profitentur se scire, factis
autem negant. unde cum in omni ecclesiae membro et in-
tegrae fidei ueritas et bonorum operum plenitudo quaeratur,
quanto magis in summo pontifice debent utraque praecellere,
quia alterum sine altero non potest cum Christi corpore habere
6 compagem? nec necesse est nunc omnia, quae Timotheum
exsecrabilem faciunt, enarrare, cum copiose atque manifeste
in totius mundi notitiam, quae per ipsum ac propter ipsum
sunt gesta, processerint et, si quid ab incomposito uulgo
contra iustitiam perpetratum est, in huius omnia uerticem
7 confluant, cuius desideriis manus furentium seruierunt. unde
si etiam in professione fidei nihil hic neglegat, nihil fallat,
aptissimum gloriae uestrae est ab hoc appetitu illum prorsus
excludere, quia in tantae urbis antistite uniuersae ecclesiae

12 Tim. II 3, 5 14 Tit. 1, 16

2 omnoxea *V*, *corr.* o uidens *V*, *corr.* o 4 abscissione *Sur.* 5 professionibus quę *V* 7 cruentaque *V*, *corr.* o possunt ρ² *Sur.* 9 dei ac *Quesn.*: de hac *V* sacerdotē *V*, *corr.* ρ² 15 integre *V* 17 utraque o: uera q̄ *V* 25 si etiam *V*: etiamsi *Quesn.* 27 ////ancti-stite (*eras.* s) *V*, *corr.* α uniuersae ecclesiae *Hartel:* uniuersa eccle-siae *V*, uniuersam ecclesiam ρ, uniuersa ecclesiae <membra> *Quesn. recte eius codicis uerbis intellectis, ex quo Surius conicientis additamentum a traditis non distinguens male edidit* uniuersa ecclesiae uidetur deesse, membra decet *etc.*

decet sancta exultatione gaudere, ut uera pax domini non solum praedicatione fidei sed etiam morum clarificetur exemplo. Data XV. Kalendarum <Iuliarum> Magno et Apollonio conss. Per Filoxenum agentem in rebus.

(52.)

LEO EPISCOPUS GENNADIO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

Dilectionis tuae litteris et fratrum coepiscoporumque nostrorum Domitiani et Geminiani sermone cognoui Timotheum, postquam ecclesia Alexandrinae ciuitatis expulsus est, Constantinopolim nonnullis hoc fidei aduersariis agentibus uenire permissum, ut, quantum datur intellegi, quia uniuersorum domini sacerdotum sententiis coartatur, inuitus saltem ad catholicum se dogma conuertat et, tamquam propter hanc tantummodo causam uideatur eiectus, haereticae peruersitatis errore damnato doctrinae apostolicae, ut ad Alexandrinam redeat, adquiescat. cum illi, etiamsi catholicus probaretur, hoc uehementer obsistat, quod uiuente episcopo tantae sedis inuasor est et auctor apparuit inauditae crudelitatis ammissae.
et ideo dilectio tua sollicitudine, qua claret, eniti et elaborare 2
debebit, ne cum tam nefario homine sermo aliquis priuatim uel publice misceatur neue sub specie correctionis eius quorundam conuentu praebeatur occasio, ne redeundi integram capiat libertatem. de quo iam edictis suis princeps Christianissimus iudicauit. omni igitur labore et circumspectione 3
peruigili unitati ecclesiasticae profuturus enitere, frater carissime, ut spes suffragatoribus ipsius adimatur et Alexandrinis ex clero suo catholicus episcopus secundum morem ueterem

3 Iuliarum *ex ea quae sequitur epistula inseruit Sur.* 4 Filoxenium *V, corr. a*

52. *Dat. ut ep. 51. De editionibus uide ep. 51.* 7 frm̄ et coepiscoporum quę *V,* et *del.* ρ^2 11 quia *V*: qui ρ 12 coartatus *V, correxi* 13 et *V*: ut *Sur.* 14 causam *V*: culpam *Surius et Ballerinii testibus codd. Veneti* electus *V, corr.* o^2 heretico *V, corr.* ρ^2 18 et *Surius:* et cum *V,* et quod ρ^2 19 claret *Sur.:* clareas *V,* clares ρ^2 22 conuentui o^2, conuentuum ρ^2 24 indicauit *V, corr.* ρ^2

per orthodoxos Aegyptios consecretur, quia parricida ille non alias a suis defensoribus deseritur, nisi Alexandrina ecclesia, quae patrum honori et suae restituenda est libertati, rectorem sanandis omnibus, quae male gesta sunt, probatissimum fuerit consecuta. Dat. XV. Kalendarum Iul. Magno et Apollonio conss. Per Filoxenum agentem in rebus.

(53.)

LEO EPISCOPUS TIMOTHEO EPISCOPO CATHOLICO ALEXANDRINAE
ECCLESIAE. Euidenter apparet sub apostolicae splendore sen-
tentiae, quoniam diligentibus deum omnia cooperan-
tur in bonum, et diuinae dispensatione pietatis, ubi exci-
2 piuntur aduersa, ibi donantur et prospera. quod Alexandri-
nae ecclesiae experimenta demonstrant, in qua multos sibi
patien<tiae> thesauros humilium molestia et tolerantia congre-
gauit, quia iuxta est dominus his, qui tribulato sunt
corde, et humiles spiritu saluabit, glorificata in
omnibus incliti principis fide, per quem dextera domini
fecit uirtutem, ne in throno beatorum patrum antichristi
diutius sederet opprobrium; cuius impietas nemini magis
quam sibi nocüit, quia etsi aliquos ad societatem facinoris
3 impulit, se tamen inexpiabiliter cruentauit. unde de eo,
quod instinctu fidei in fraternitate tua cleri et plebis atque
omnium fidelium egit electio, uniuersam mecum ecclesiam
domini gaudere rescribo utque hoc benignitas diuinae pietatis
multiplicata gratia confirmet, exopto, ita ipsi per omnia tua
deuotione famulante, ut etiam eos, qui ueritati aliquatenus

10 Rom. 8, 28 15 Psalm. 33, 19 17 Psalm. 117, 16

1 egyptios *V*: episcopos *Sur.* consecratur *V*, *corr.* o^2 2 alia *V*, *corr.* ρ^2 deseretur ρ^2, *rectius si rhythmum spectas*

53. *Dat. simul cum epp. 54 et 55 a. 460 die 18 Aug. De editionibus uide ep. 51.* 14 patientiae ρ^2 *Sur.*: patien *V*, patientia o^2 humilitas o^2 *Sur.* modestia ρ^2 *Sur.* tollerantia *V* 18 throno ρ^2: tronum *V* 21 impulit *Sur.*: intulit *V* se o^2: sed *V* inexpabiliter *V*, *corr.* o^2 22 instinctū *V*, *corr.* o^2 fidei *V*: dei ρ^2 fraternitatem tuam o^2 24 ut ꜀q̄ *V* 26 famulā te *V*, *corr.* o^2 qui o^2: qui in *V*

restiterunt, reconciliandos deo per ecclesiae preces instanter
adquiras et sacramento catholicae fidei, cuius soliditas nullam
diuisionem recipit, sollicitus rector adiungas, illum imitatus
uerum piumque pastorem, qui animam suam posuit pro oui-
bus suis et errantem unam ouem non flagellis cohercuit sed
ad ouile proprium suis humeris reportauit. agat ergo 4
dilectio tua, frater karissime, ne uel Nestoriani dogmatis uel
Eutychiani erroris ullum in dei populo possit uestigium
reperiri, quia nemo potest fundamentum ponere
praeter id quod positum est, quod est Christus
Iesus, qui uniuersum mundum non reconciliaret deo
patri, nisi per fidei regenerationem omnes in nostrae carnis
ueritate susciperet. cum ergo scribendi oportunitates, 5
quibus fraternitas tua utatur, exstiterint, sicut necessarie et
ex more fecisti, <ut> per filios nostros Danihelem presby-
terum et Timotheum diaconum ordinationis tuae ad nos
scripta dirigeres, ita omni tempore in hoc officio perseueret
et de prouectibus pacis saepe, quantum fieri potest, sollici-
tudini nostrae mittantur indicia, ut per alterna colloquia
sentiamus, quia caritas dei diffusa est in cordibus
nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.
Data XV. Kal. Septbr. Magno et Apollonio consulibus.

(54.)

LEO EPISCOPUS PRESBYTERIS ET DIACONIBUS ECCLESIAE ALEXANDRINAE DILECTISSIMIS FILIIS IN DOMINO SALUTEM. Gaudeo exultanter in domino de piissimo, quem inter uos habetis, affectu, dum, sicut scripta uestra manifestant, et pastor gregem

4 Ioh. 10, 11 6 Luc. 15, 5 9 Corinth. I 3, 11 20 Rom. 5, 5

2 sollicit̃ *V*, *corr.* o 4 pium quē *V*, *corr.* o 8 euthy|ani *V*, *corr.* o^{2} 9 repperiri *V* 10 quod est o: ꝗ est *V*, qui est *Sur.* 13 oportunitate *V*, *corr.* o^{2} 14 necessariae *V* 15 ut *add. Sur.* 16 tymotheum *V* 17 dirigens p^{2} perseueret *V* (*scil.* fraternitas tua): perseueres *Sur.* 18 et *V*: ut *Sur.* 19 mitantur *V* 22 kł sepbr̄ *V*

54. *Dat. ut ep. 53. De editionibus uide ep. 51.*

2 et grex ostenditur amare pastorem. solliciti ergo in
inuicem, sicut apostolus ait, seruare unitatem spiri-
tus in uinculo pacis properate ad fructum uestrae per-
uenire patientiae. quid enim dignius aut uelle potestis aut
agere, quam ut auxiliante dei gratia gloriosissimi principis
fide ad profectum solidissimae pacis utamini remota procul
ea bestia, quae uineam plantationis dominicae, sicut psalmus
3 propheticus canit, singulari feritate uastabat? quia ergo
in ouili dominico nec furum iam insidiae nec latronum
timentur incursus, redeat uniuersitas uestra in concordiam et
magisterio spiritus sancti illa in omnibus unitas expetatur,
propter quam dicit apostolus: non quaerens, quod mihi
utile est, sed quod multis, ut salui fiant. id ipsum
dicant et sentiant omnes, nulla sint sensuum disputationumque
certamina: quod usque ad catholicos praesules in Alexandrina
ecclesia discipuli ueritatis didicerunt atque docuerunt, eadem
a cunctis fidelibus confessione promatur, quia uarietatem
4 ueritas, quae est simplex atque una, non recipit. si quos
autem cuiuslibet ordinis Christianos impia haereticorum con-
turbauere mendacia, ad satisfactionis remedia prouocate et
in spiritu mansuetudinis cum benignitate corripite, quia, sicut
ait beatus apostolus Petrus, non tardat dominus pro-
missum sed patienter agit propter uos, nolens
aliquos perire sed omnes ad paenitentiam con-
uerti. agendum ergo est, ne difficultas ueniae curationem
faciat tardiorem. Data XV. Kal. Sept. Magno et Apollonio
conss.

1 Eph. 4, 3 8 cf. Psalm. 79, 14 12 Cor. I 10, 33 22 Petr. II 3, 9

3 properate ρ^2: prosperitate *V*; *post* properate *Surius* ut possitis *addi uult* 6 fidē *V*, *corr.* o^2 9 futurum *V*, *corr.* ρ^2 insidie *ex* insidue *V* 14 sensum *V*, *corr.* o^2 18 symplex *V* 19 conturbabere *V* 20 prouocate ρ^2 *et Sur. in marg.*: probitate *V* 21 spiritum *V*, *corr.* o^2 23 agit *Sur.*: ait *V*

(55.)

LEO EPISCOPUS THEOPHILO IOHANNI ATHANASIO ABRAHAE DA-
NIHELI IOHAE PAPHNUTIO MUSAEO PANULUIO ET PETRO EPISCOPIS
AEGYPTIIS. Litteris fraternitatis uestrae, quas ad me filii
nostri Danihel presbyter et Timotheus diaconus detulerunt,
cognouisse me gaudeo, quod gloriosi et uenerandi principis
fides propheticis et euangelicis unita doctrinis ad sanctos et
deo placitos dispositionum suarum peruenit effectus, ut
cruentissimo Alexandrinae ecclesiae peruasore deiecto et in
longinquiora translato dignum sua gubernatione rectorem
totius ciuitatis me<re>retur electio, ad cuius uos consecrationem
nullus ambitus traheret, nulla seditio impelleret, nulla iniqui-
tas incitaret, sed in medio constitutae meritum sanctitatis
eum cunctis non dubitaret praeponere, quem sibi uniuersitas
cuperet praesidere. unde reddita populis Christianis dei 2
pace gaudentes commendamus uobis inuicem uestri operis
dignitatem, ut religiose per omnia ordinatus antistes fraterno
se iuuari experiatur adsensu et ad abolenda scandala, quae
error haereticus exitarat, cooperatione uestra gaudeat adiu-
uari. extruso enim, qui imitator diaboli fuit et in ueritate 3
non stetit male utens specie peruasi honoris et nominis,
congruit, ut Alexandrina ecclesia eum ueneretur et diligat,
quem et probitate morum et integritate catholicae fidei di-
gnum tanto sacerdotio comprobauit. cui mutuae caritatis ple-
num animi nostri praebemus adfectum cohortantes, fratres
karissimi, et fiducialiter exigentes, ut in praedicatione uerbi,
in eruditione praecepti illam formam custodiatis caritatis,
sine qua nullae possunt prodesse uirtutes. quod autem 4

20 Ioh. 8, 44

55. *Dat. ut ep. 53. De editionibus uide ep. 51.* 2 Danihel *V, corr. a man. post.* 6 cognouissē *V, corr.* ο 8 ut ο: ua *V* 9 peruasores *V, corr.* o^2 11 meretur *V, corr.* ϱ^2 13 constituta meritorum sanctitate *Sur.* 17 fraternos eiuuari *V* 18 obolenda *V, corr.* ϱ 20 imitatur *V, corr.* ο 23 prouitate *V* 25 adfectum *ex* adfeptum *V* 27 custodiam *V, corr.* o^2 28 nulla *V, corr.* ϱ

fratri et coepiscopo nostro Timotheo de reuocandis his, qui a ueritatis itinere deuiantes inconsultius se ferociusque gesserunt, scriptum esse cognoscitis, dilectio quoque uestra ad curam suam intellegat pertinere, ut quia late sese pestilens illa aegritudo diffudit, ubique omnibus eadem adhibeatur medicina uulneribus: ut per diligentiam pastoralem in cunctis ecclesiis domini ouile reparetur et per sollicitudinem caritatis atque doctrinae omnes Christi oues unum sentiant habere pastorem. Dat. XV. Kal. Septemb. Magno et Apollonio consulibus.

(56.)

ZENONI AUGUSTO SIMPLICIUS EPISCOPUS. Cuperem quidem, quantum ad meae spectat deuotionis arbitrium, qua principes Christianos iugi ueneratione suspicio, debita pietati uestrae continuis officia deferre colloquiis. sed cum ad huius intentionis augmentum etiam sacrae cura religionis accedat, ratio mihi negotii potioris incumbit, ut simul honorificentiam uobis prona mente persoluam et causas fidei fidenter insinuem, quia me ad utrumque uel dicata trahit clementiae uestrae semper affectio uel respectus ordinis mei et apostolici modera-
2 minis sollicitudo compellit. functus igitur, gloriosissime ac clementissime fili imperator Auguste, munere salutandi,

1 reuocandidis *V* 2 a ueritatis o: alieritatis *V* ferocius quę *V* 8 <se> sentiant *Ballerinii*

56. *Dat. simul cum epp. 58 et 59 a. 476 die 10 Ian. Epp. 56—59, 61—66, 68—81 extant etiam in codice Berolinensi lat. 79 (= Phillipp. 1776) saec. IX, cuius lectiones subscribam adposita littera B. Ep. 56 edd. Car. I² 310; Bar. ad a. 476, 9; Collect. Concil.; BTA I 208; Thiel, Epp. Roman. pontif. I 179.* 12 ZENONI AUGUSTO Simplicius episcopus *V*: SYMPLICIUS BASILICO AUGUSTO *B Basilisci nomen quamuis rectissime, nescio tamen an sola coniectura restituens, cum haec epistula ut data Zenoni iam anno 553 commemoretur a Vigilio in Constit. de tribus capp. = ep. 83 § 295* 13 meum expectat arbitrium quia *B* 14 ueratione suspitio *B* pietatis *B* 15 desterre *B* 16 sacrę cura *V*: sc̄a puritas tuae *B* 17 denegotii *B* 18 et *om. B* 19 trahet *B* 20 affecio *B* 21 compelliti fultus *B* 22 ac *V*: et *B*

quae in ecclesiis Orientis per haereticorum latrocinia recidiua
rursus dicuntur scandala concitari, nec debeo silere nec pos-
sum. nam sicut in meam notitiam feruentium pro fide catho-
lica detulerunt scripta monachorum, comperi Timotheum par-
ricidam, qui Aegyptiae pridem uastator ecclesiae in morem
Cain, ut lectio diuina testatur, eiectus a facie dei, hoc est
ab ecclesiae dignitate seclusus, et tamquam per deserta ua-
gus sceleratae conscientiae diu tormenta passurus in exilium
proprii erroris abductus est, resumptis pristini furoris incen-
diis conflasse nihilominus agmina perditorum et Alexandrinae
urbis ecclesiam, quam sacerdotali prius sanguine cruentauit,
ipsum denuo nunc cruentum depulsione legitimi peruasisse
pontificis, ut cui illa relegationis humilitas inicere debuerit 3
ex his, quae impie gesserat, aculeum paenitendi, nutriendae
potius otia praebuisse uideatur atrocioris insaniae. quo procul
dubio Cain ipso longe detestabilior adprobatur: ille siquidem
a perpetrato semel facinore damnatus abstinuit, hic proficit
ad crimina maiora post poenam. nec eo tamen scelerum 4
fine contentus Constantinopolitanam insuper urbem recti sem-
per dogmatis amore flagrantem, ne quid intemeratum populator
humanae salutis omitteret, fertur audacter ingressus et a
suae consortibus prauitatis libenter audisse soli Christo de-
bitam uocem, qua plane non in nomine domini uenire
benedictus sed diuini culminis usurpator euidenter mon-

6 sq. cf. Gen. 4, 14 23 cf. Matth. 21, 9

2 dicantur *B* 3 catholicam *B* 5 pridem ||||||||||||||| cclę *V*, *sed in margine* uastatur *add. man. 1 ut uidetur:* primum uastator ecc̄lae *B* in morem *V*: inmemor *B* 6 faciae *B* hoc est *om. B* 7 et tamquam *B*: etiam quam *V* 8 diu *V*: du *B* exilio *B* 9 a^{b}ductus resumpteis (*om.* est) *B* pristinis *B* incendimus *B* 11 qm̄ sacerdotalia *B* 12 cruentum *V*: locum *B* legittimi *V* 13 inicere *V*: imectre *B* 14 his *V*: is *B* gesserit acaleum *B* nutriendi *B* 15 quo *om. B* 16 destestabilior *B* 20 populater *B* 21 omitteret fertur audacter *V*: omittereretur audatur *B* 23 planę *V*: plena *B* domini *om. B* 24 benedictos reddiuini *B* monstratus est *B*: est monstratus *V*

5 stratus est antichristus. qui cum etiam a communione catho-
lica tam laudabiliter esset exclusus, per quorundam priuatas
domos respersis humano sanguine manibus non diuina
sacrificia sed sacrilegia celebrasse memoratur. in quo utique
non eius est firmata susceptio sed consciorum diuulgata pro-
ditio cum eodem de illa iniquitatis sede, nisi resipiscant,
omnimodis casurorum, quam sicut diabolus pater eius altis-
simo similem se faciens aeternam sibi perfidus construere
6 non desinit ad ruinam. haec, uenerabilis imperator, cum
horreat animus uel a tanto gladiatore fuisse temptata, ma-
ximo tamen, fateor, stupore detineor sub uestrae pietatis
aspectibus potuisse committi. quis enim deuotam semper deo
clementiae uestrae mentem et orthodoxis deditam regulis aut
ignoret aut ambigat? quippe qui supernae dispositione pro-
uidentiae, sicut pro utilitate publica augustae memoriae
Marciani pariter et Leonis eruditi uirtutibus, sic eorum sitis
etiam ad catholicam ueritatem sensibus instituti nec cuiquam
omnino sit dubium pietatem tuam illorum fidei esse sequacem,
7 quorum es successor imperii. quae cum de uestrae tran-
quillitatis animo certa ab omnibus teneantur et fixa, absit,
ut temporibus uestris diuini cultus integritas et antiquitus
roborata fidei catholicae putetur interpolanda sinceritas. re-
spicite quaeso ad diuina beneficia et, quae sint uobis conlata,
perpendite atque, ut haec prospera ualeant permanere, pro-
pitiandum esse censete auctorem muneris, non laedendum.
inter quaslibet enim occupationes publicas a religioso principe
magnopere procurandum est, quod eius protegit principatum,
et praeferenda cunctis rebus est caelestis obseruantiae rec-

1 anteχpſ *B* 2 esset *V*: esset quam constanter *B* chorū dā *B* pribatas *V* 5 deuulgata *V* pruditio *B* 7 casus horum *V*, *corr. Coust.*: casuros *B* 10 orreat *B* maxitamen *B* 13 horthodoxis *V*, ortodoxis *B* deditam *V*: dedi uel *B* 14 ignoraret *B* superne *V*: superna *B* 16 erudita *corr. ut uid. in* eruditi *B man. 1* 17 catholicat *B* stituti *B* 18 esse fidei *trsp.* *V* 19 es *B*: et *V* quaecumque uestrae *B* 21 uestris *V*: suis *B* diuinis *V* 25 numerus *B* 27 magno per *B* 28 postferendum *B*

titudo, sine qua recte nulla consistunt. suppetunt affatim 8
clementiae tuae, si in palatii sui requiri mandet archiuis,
cum nostrorum coeuntia definitione maiorum documenta copiosa.
neque enim conscientiam uestram latere credendum est, quae
per cunctas prouincias Orientis ex ipsa imperii uestri arce
diffusa sunt, illa scilicet, quae uel ad augustae memoriae
Marciani nihilominus et Leonis uel ad Calchedonensis concilii
beatae recordationis prodecessor meus Leo consulta direxit et
quibus ita plene atque dilucide sacramentum dominicae in-
carnationis exposuit, ut non modo catholicus sed nec Chri-
stianus quidem ualeat nuncupari, quisquis illic redemptionis
suae causas non euidenter agnoscat. certe ut facilius uobis
necessaria non desit instructio, earundem exemplaria litterarum
ad fratrem et coepiscopum meum Acacium misi uestris sen-
sibus offerenda. haec igitur pietas tua si recensere dignetur 9
uel quae totius Orientis episcopi de huius praedicationis
consensione rescripserint, aspiciet profecto et examinata dili-
genter et ueraciter promulgata atque ideo pestiferae falsitatis
ambagibus nequaquam debere pulsari, quia reuera, quae de
scripturarum fonte purissimo sincera perspicuaque manarunt,
nullis agitari nebulosae uersutiae poterunt argumentis. perstat
enim in successoribus suis haec eadem apostolicae norma
doctrinae, cui dominus curam totius ouilis iniunxit, cui se
usque in finem saeculi minime defuturum, cui portas inferi
numquam praeualituras esse promisit, cuius sententia quae

23 sq. cf. Ioh. 21, 15 sq., Matth. 28, 20 24 sqq. cf. Matth. 16, 18 sq.

1 sina *B* 2 mandit *B* 3 coeontia *B* ducumenta *B* 4 constientiam *B* 5 ipsa *om. V* archę *B* 6 sunt *V*: est *B* 7 uel ad *B*: uclud *V* 8 processor *V* direxerit *B* 8 et *scripsi:* a *V*, *om. B* 9 plenae adque delucide *B* 10 nec *VB*: ne *cod. Angelic.* 11 quidem *om. B* 12 suāe *B* non *om. B* agnoscit *B* 13 earum de *B* 14 misi *om. B* 15 offerendā *B* 17 et *om. V* 18 fulsitatis *V* 19 deberi *B* 20 perspicua quae *V* 21 agritare nebulosae *B* prestat *V* 22 eadem *B*: et &adem *V* 23 obilis *VB* 24 saeculi *V*: *om. B* cui *B*: cum *V* inferi *V et Vulgata:* inferni *B*

ligarentur in terris, solui testatus est non posse nec caelo.
10 quapropter clementiam uestram, cui mea uice propensius frater et coepiscopus meus Acacius supplicabit, precor atque obsecro, ut imitatores facti tantorum et talium praecessorum nefandae praesumptionis operarios catholico pectore respuentes regia censeatis potestate cohiberi. quisquis aliud, sicut praedixit apostolus, praeterquam accepimus seminare molitur, anathema sit. nullus ad aures uestras perniciosis mentibus subripiendi pandatur accessus, nulla retractandi quippiam de ueteribus constitutis fiducia concedatur, quia, sicut saepius iterandum est, quod apostolicis manibus cum ecclesiae uniuersalis adsensu acie meruit euangelicae falcis abscidi, uigorem sumere non potest renascendi nec in dominicae uitis fructiuam ualet redire propaginem, quod igni deputatum constat aeterno. sic haeresum denique machinamenta cunctarum ecclesiasticis prostrata decretis numquam sinuntur oppugnationis elisa
11 reparare certamina. ante omnia autem quaeso, ut beati Marci euangelistae sedes (Alexandrinam loquor ecclesiam) a cruentissimi praedonis incubatione liberata catholico reformetur antistiti libertatemque suam pariter recipiat et quietem. at uero improbus parricida, qui diuinis simul reus est legibus et humanis, reductus eodem, quo iure fuerat ante detrusus, ab

6 cf. Gal. 1, 8

1 legarentur *B* ⟨in⟩ caelo *Bar.* 2 clementia *V* propinsius *B* 3 supplicauit *VB, corr. Car.* 4 ut *om. B* et *V*: ac *B* 5 nefundę *V* operario *B* 6 senseatis *V* supradixit *B* 7 praeterquam ⟨quod⟩ *Labbeus secundum Vulgatam, sed cf. p. 21, 8* accipimur *B* femina remolitur *V* *uerba inde a* 8 nullus *usque ad* 10 concedatur *et inde a* 15 sic *usque ad* 17 certamina *adfert Vigilius in Constit. de III capit., ep. 83 § 295* 8 uestras *VB*: uestrae pietatis *Vigilius* 9 subripiendi *om. Vigil.* quipiam *V*: *om. B Vigil.* 10 constitis *B, om. Vigil.* 13 fructuosa ualeret *B* 14 propagine *B* digni *V* ęterno *V*: a&num *B* 15 sic *B Vigil.*: si *V* 16 prostratu *B* oppugnationibus *Vigil.* elisa *B Vigil.*: elise *V* 17 reparare *Vigil.*: repreare *B*, reparari *V* 18 sedis *VB* crudentissimi *B* 19 incubane *B* 20 libertatem quae *B* ad *B* 22 re (*supra* iu) erat (*om.* ante) detrusus *B*

innocentium nece retrahatur animarum; procul a regno pietatis
uestrae funesti capitis uenena discedant, quae quoniam saluti-
ferae praedicationis auribus obturatis medicantia uerba capere
nequiuerunt, ab humani conuentus abducta pernicie in uirulen-
tiae suae congrua solitudine contabescant. quo magis ac 12
magis pietatem tuam beati Petri apostoli uoce qualiscumque
sedis eius minister obtestor, ut inimicos antiquae fidei non
sinatis impune grassari, qui uestros optatis hostes habere sub-
iectos; ut uerae confessionis pacem cunctas domini seruare
decernatis ecclesias, qui orbem uestri desideratis imperii te-
nere pacatum; ut unicam spem salutis, quae genus hominum
ad regna caelestia uitamque perducit aeternam, nulla patia-
mini parte uiolari, qui placatum deum uel regno uestro
cupitis uel saluti. Omnipotens deus regnum et salutem 13
uestram perpetua protectione conseruet, gloriosissime et
clementissime imperator. Data est IIII. Iduum Ian. Basilisco
Augusto consule.

(57.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS ACACIO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

Cum filii nostri illustris uir Latinus patricius et spectabilis Madusius pro legatione publica mitterentur, neglegere non

2 discendant *B* salutis fera *B* 3 aribus *V* opturatis *B* 5 contauescant *V* 7 antiquę *V*: utique *B* 8 sinas *V* crassari *B* hostes *om. B* 10 impii *V* 11 pactum *B* ut *V*: ad *B*, et *Car.* 13 plagatum *B* 14 omnipotens *usque ad* 16 imperator *om. V* 14 salutis *B*, *correxi* 15 proieccione *B*, *correxi* 16 DAT ÷ IIII IDV IAN BASILISCO AVGVS CONSVL. *V*: *om. B*

57. *Dat. a. 476 paullo post. epp. 56 58 59, fortasse die 31 mensis Ian., ut ad hanc epistulam referenda sint ea, quae falso epistulae 58 subscripsit B:* Data II Kal. Febr. cons. qui de Oriente fuerit nuntiatus. *B = Berolin. lat. 79. Ediderunt epistulam Car. Γ² 312; Collect. Concil.; BTA I 213; Thiel 186; nil nisi initium Bar. ad a. 476, 21.* 19 SYMPLICIUS ACACIO CONSTANTINOPOLITANO *B* 20 filii nostri illustri *α*: filii nostri illustri *in* filiis nostris illustris *corr. V (man. 1?) sed postea litterae* s *rursus deletae sunt;* filii nostri inlustrissimi uiri *B* 21 miterentur *B* nec glerere *V*

potuimus, quod omni intentione curamus. proxime namque cum presbyterorum et monachorum de Timotheo olim ab uniuersali ecclesia separato querela uenisset, tam Christianissimo principi quam dilectioni tuae scripsimus, ut modis omnibus resistatur, ne quid haereticorum contra Calchedonense concilium moliatur audacia, frater carissime, et dilectionis tuae laudando constantiam multum nobis, immo ipsi domino placere memorauimus, quod damnatum hominem non solum fidei sed etiam parricidii causa nullam Constantinopoli ecclesiam in-
2 troire permiseris. quod nunc iterum commonemus, ut cum ad dilectionem tuam eadem scripta peruenerint, immo etiam donec ueniant, apud Christianissimum principem etiam nostro nomine agere suppliciter atque insinuare non desinas, ut quae totiens et bene statuta sunt, nulla obreptione uiolentur, quia regni eius certum et singulare est firmamentum uero atque aeterno regi congregatorum in causa fidei diuino spiritu sacerdotum inlaesum conseruare concilium.

(58.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS ACACIO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

Quantum presbyterorum et ex diuersis monasteriis domino seruientium monachorum relatione patefactum est, ecclesias domini rursus diabolus inquietat, ita ut excluso Alexandriae sacerdote haereticus atque ab uniuersitate damnatus eundem

1 proximam *B* 2 tymotheo *V et sic saepius per* y, *quod non iam monebo* ad uniuersalis *B* 3 seperatum *V* querella *B* 5 ne quid *V*: neque *B* calchedonensem *V*, calcedonensem *B*, *corr.* o² 6 karissime *B* dilectioni *B* 8 memouimus *B* quo *V* 9 parr(ci)idii *VB* causam *VB*, *corr. Car.* constantinopolim *VB*, *corr.* ρ² 10 cum monemus uacum *V* 11 peruenerit *B* 12 donhaec ueniat *B* 13 insunuare *B* utque *V* 14 statuę *V* uiolenter *B* 16 ac ternorgi congregaturum *V* fidei *om. B* 17 concilium EXPLICIT *V*

58. *Dat. simul cum epp. 56 et 59 a. 476 die 10 Ian.* *B = Berolin. lat. 79.* *Edd. Car. I² 312; Bar. ad a. 476, 18; Collect. Concil.; BTA I 207; Thiel 177.* 19 episcopus *et* episcopo *om. B* 20 presbitorum *B* monasterium *B* 22 alexandrinę *V*

locum, de quo pulsus fuerat, occupasse dicatur: insuper qui-
busdam facientibus Constantinopolim ausum fuisse contendere,
ut ciuitas Christianorum principum circa fidei catholicae ueri-
tatem deuotione praecellens et Christiana plebs in defensione
religionis adtonita haereticorum prauitate, quae iam fuerat
sopita, turbetur. sed misericordia dei, cuius est causa, non 2
defuit, ut Timotheus, qui ab uniuersali ecclesia sacerdotalibus
sententiis et imperialibus constitutis iure est segregatus, ad
ecclesiam tuae dilectionis uel ad fidelium domorum limina
non permitteretur accedere. quem conuentus nouos pro se 3
didicimus comminari, resolui aestimantem, quod de se uni-
uersalis decreuit auctoritas. unde quia sanctae memoriae
praecessorum nostrorum extante doctrina, contra quam nefas
est disputari, quisquis recte sapere uidetur, nouis assertionibus
non indiget edoceri sed plena atque perfecta sunt omnia,
quibus potest uel deceptus ab haereticis erudiri uel in uinea
domini plantandus institui, implorata fide clementissimi prin-
cipis uocem faciendae synodi fac respui nec sit apud aures
imperii Christianas pigra suggestio, quia salus eius et regni
ipsius Christus est fortitudo. ergo cum praedictis presbyteris 4
ac monachis o p o r t u n e atque i m p o r t u n e pietati eius nostro
quoque nomine supplica et legationem hanc pro nobis quoque
clementiae ipsius, ne quid subripiatur, insinua. omnium pariter
precibus instruatur, ne per occupationes publicas quieti eccle-
siasticae aliquas inimicus moliatur insidias, integritati suae
Alexandrinam reddi praestet ecclesiam et a beati Marci euan-

21 Tim. II 4, 2

2 fauentibus o^2 3 christianarum *V* 4 deuotio *B* 5 adtonita *V*, atonita *B*: attenta *Car.* 6 misericordia *V*: omnia *B* causā *V* 7 timotheum *B* 8 segregatur *V* 9 ecclesias *B* ad *om. B* limina *om. B* 11 cum minari *V* aestimantem *scripsi:* estimans *VB* 15 indigete doceri *V* (*corr.* o^2), indige&e doceri *B* plana *a* utque *B* 16 heticis *B* 19 imperatoris *Car.* (imperatoris Christiani *Bar.*) 20 cum *supra linea B* 20 *sq.* presbiteriis as *B* 21 atque inportune *B*: *om. V* 22 suplica *V* quoque *om. B* 23 subrepatur *Bar.*, *fort.* subripiat, *cf. Indicem* 25 in///tegritatis *B* 26 a *om. V*

gelistae sede hostem parricidamque propellat et, qualiter
catholicae fidei teneatur integritas in penetralibus aulae suae,
5 dignanter inquirat. quae ne aliqua forsitan fidei aemulorum
fraude uitientur, licet in ecclesiae tuae possint scriniis inueniri,
tamen exemplaria misimus, quae pietati ipsius properabis of-
ferre. nota namque et omnibus illic potestatibus celebrata,
quae sanctae memoriae prodecessor meus Leo ad consultationem
augustae recordationis Leonis scripserit, et quam ueneranter
accepta sint, recognoscat; appareat, sicut confidimus, eius
imitator fidei, cuius propitiante deo dignior est successor
imperii, sibique scriptum aestimet, quicquid ante se principibus
pia est traditum lectione. illa est namque perennitas regni,
quae per seriem propagandae posteritatis in successore rep-
6 pererit, quod a praecessore descendit. hortor ergo, frater
carissime, ut modis omnibus faciendae synodi peruersorum
conatibus resistatur, quae non alias semper indicta est, nisi
cum aliquid in prauis sensibus nouum aut in assertione dog-
matum emersit ambiguum, ut in commune tractantibus, si
qua esset obscuritas, sacerdotalis deliberationis inluminaret
auctoritas, sicut primum Arrii ac deinde Nestorii, postremum
Dioscori atque Eutychis fieri coegit impietas. et, quod miseri-
cordia Christi dei nostri saluatoris auertat, intimandum est
abominabile esse contra sententias totius orbis domini sacer-
dotum et principum utriusque rectorum damnatos restitui,
reduci exules, relegatos in causis nefariae conuersationis ab-
7 solui. itaque, quod saepe repetendum est, haec omnia
clementissimis auribus suppliciter intimato. ueniet procul

1 sedem *B* parricidam quae *V* 2 impenetrabilibus *V*, inpenetrabilibus *B*, *corr. cod. Angelic.* 4 uitietur *Car.* 5 pietatis *B* properauis *B* 6 nanque *V* et *V*: est *B* 9 recognoscant *V* sic ut *V* 11 aestimet *B*: estimet et *V* 12 dilectione *B* regni quae *scripsi:* regnique *V*, regni qua e *B* 13 propagando *B* repperit *B* 14 discendit *B* fr̄ kme *B* 16 alias o²: alios *V*, aliis *B* 17 in prauis *V*: inprobis *B* 18 emerserit *B* 21 euthices *V*, utichetis *B* 24 rectores *B* 24 *sq.* restituere duci *V* 25 relegatis *B* obsolui *B* 27 intemato *B*

dubio deus in adiutorium nostrum, in cuius manu regis cor esse retinens constitutum potestatis suae nescit aliunde principium. Dat. quarto Id. Ian. consule ⟨supra scripto⟩.

(59.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS PRESBYTERIS ET ARCHIMANDRITIS APUD
CONSTANTINOPOLIM CONSTITUTIS. Per filium nostrum laudabilem
uirum Epiphanium litteris uestrae dilectionis serius, quam
uoluistis, acceptis magno sumus dolore permoti, quod illic
intra ecclesiam dei scandalorum recidiua nascuntur incendia,
ubi totiens auctoritate apostolicae sedis et sententia synodi
uniuersalis extincta sunt. cui namque in toto orbe terrarum 2
cum peruersitate dogmatum nefandorum Nestorii Eutychis
Dioscorique damnatio, cui Timothei rursus Alexandrinae ec-
clesiae peruasoris non est nota deiectio? testis est anterius
Ephesenum, testis est recens Calchedonense concilium, quod
quisquis desiderat retractari, in numero fidelium se pronuntiat
non haberi, cum praedictorum talis impietas auctoribus etiam
principibus Christianis non solum ab ecclesiae corpore uerum
a coetu hominum exiliis segregata diuersis unitae sententiae
damnatione percussa est. de quorum nihil est nunc errore 3
dicendum, quia post traditionem tantorum domini sacerdotum,
qui longe ante nos in uniuersa mundi parte has quoque hae-

1 cf. Prou. 21, 1

2 esse *om. B* principum *V* 3 DAT QV Id IAN CONSVL *V*: Data II kl febr cons qui de oriente fuerit nuntiatus *B*, *quo quidem die haec epistula nullo modo data esse potest;* quarto *restitui ex ep. 56 (cf. etiam ep. 59) et addidi* supra scripto

59. *Dat. simul cum epp. 56 et 58 a. 476 die 10 Ian.* *B* = *Berolin. lat. 79.* *Edd. Car. I² 314; Collect. Concil.; BTA I 211; Thiel 183: nil nisi partem mediam adfert Bar. ad a. 476, 22.* 5 episcopus *om. B* ARCHEMANDRITIS *B* 7 epyphanium *V* 8 acceptis *V*: accepimus et *B* 9 ecclesia *B* nascantur *B* 11 nanque *V* 12 dommatum *V* eutychis *scripsi:* eutyches *V*, et eutiches *B*, Eutychetis *uulgo* 14 dilectio *B* 17 talis *om. B* 19 segrata aduersis (*corr. ex* aduersit) unte *B* 20 perculsa *B* nunc *om. B* 21 tantorum *B*: entorum *V*

reses reuicerunt, beatae recordationis prodecessor noster Leo
multiplici sermone doctrinae, quid catholicae ueritatis sequatur
integritas, quid detestetur, asseruit. hac eruditione fundata non
contentione opus est, ut adhuc tamquam de dubiis iudicetur,
sed, sicut dilectionem uestram gaudemus facere, firmis contra
deiectos state uestigiis nec uos aduersarius terreat aut tardam
putetis desuper uenire uictoriam. cadere didicit, qui resul-
4 tat. breuiter haec ad consultationem immo etiam ad consolatio-
nem uestrae scripsimus caritati, uolentes aliquos, quemadmodum
cupitis, pro causae necessitate dirigere, nisi ad omnem pleni-
tudinem non iam defendendae, quae solide fundata est, fidei
sed repellendis haereticis atque damnatis illa sufficerent, quae
etiam ad sanctae memoriae Flauianum atque ad sanctam Cal-
cedonensem synodum uel ad augustae recordationis Marcianum
ac Leonem beatae memoriae antecessorem meum scripsisse
retinetis atque totius Orientis episcopi rescriptis ad principem
tunc Leonem propriis intimarunt. unde insolubile esse non
dubium est, uel quod ante decreuerunt in unum conuenientes
tot domini sacerdotes uel quod singuli per suas ecclesias
constituti eadem nihilominus sentientes diuersis quidem uocibus
sed una mente dixerunt damnantes errorum execrabilium
5 auctores pariter et sequaces. quapropter inter tot formas,
quae recta sunt, praedicandi non assertione noua sed constantia
nitendum est iam probata. quae quid domino uos iuuante
profecerit, laboris uestri deo placitus fructus ostendit, quando
eius domum uobis obsistentibus latroni introire non licuit, qui

2 multiplici *ex* multiplice *corr.* *V*; *fort.* multiplicis ueritate *B* 3 integr. et quid *B* detestet ut *V* hanc *V* 4 adductam quam *V* duuiis *V* 8 consultationem *V*: consolationem *B* *post* consultationem *del.* uestrę *V* ad *om.* *V* consultationem *B* 9 quemammodum *B* 10 ad om̄ plen. *B* 11 solide fundata *B*: soli defuncta *V*, solide iacta v^2 12 reppellendis *V* 13 ad *V*: a *B* ad *om.* *B* 14 ad *om.* *B* 16 autque *B* 18 uel quod *B*: quod uel *V* creuerunt *B* 21 errorem *B* 22 inter tot *V*: into *B* 23 quae recta *B*: quam erecta *V*, quae erectae *Car.* 24 iam nitenda est *trsp.* *B* comprobata *B* quae *ex* est *corr.* *V* iubante *B* 26 donum *B* qui *V*: quia *B*

nonnullis occurrentibus sibi latentes adhuc forsitan sui similes
publicauit. non enim iunguntur bona pessimis, recta per- 6
uersis, nec possunt salutaria coire cum noxiis, quia luci communio nulla cum tenebris nec infideli portio cum fideli. unde necessario damnatorum comitabuntur exitum, qui talium delegere consortium, nisi forte resipiscentibus animis et maxime, qui nuper decepti sunt, uidentes in quae abrupta sint ducti, ad splendorem uerae fidei discussa conferant se nube mendacii. quod apostolicae sedis pietate ut prouenire possit optamus,
quia uitam in domini uoluntate cognoscimus. ad Christianis- 7
simum quoque principem uel ad fratrem et coepiscopum meum Acacium competentia simul scripta direximus, cuius in tanta re accusandum silentium non putamus, quia scientes fidem probatissimi sacerdotis certum tenemus suum non esse, quod tacuit. ut autem plenius dilectio uestra cognoscat nostrarum, quas ad Christianissimum principem misimus, seriem litterarum, exemplaria internuntio, quem misistis, redeunte direximus. Dat. IIII. Id. Ian. consule supra scripto.

(60.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS ZENONI AUGUSTO. Inter opera diuinae prouidentiae, quae pia semper et iusta sunt, nostris quoque

3 cf. Corinth. II 6, 14 sq. 10 cf. Psalm. 29, 6

1 occurentibus *B* latentis *V* adhoc *B* 2 iuguntur *B* pessiris *B* 3 coire *V*: ire *B* commonio *B* 4 fideli portio cum infideli *B* 5 necessaria *V* deligere *V*, diligere *B*, *corr.* o 7 sunt docti *V* 8 deferant *B* nuue *V* 12 competentiam *B* in tanta re *om. V* 14 certe *B* tenemur *V* 16 principem *bis scriptum priore loco del. V* 18 direximus EXPLICIT *reliquis omissis B* IIII p: CIU *V*, III *Car.*; *certe idem numerus restituendus est qui in fine ep. 58* CONSUL ss *V*

60. *Dat. a. 477 die 6 April. (die 9 Octobr. secundum V). Edd. Car. I² 315; Bar. ad a. 477, 7; Collect. Concil.; BTA I 213; Thiel 186. Praeter Auellanam tradita est epistula in codice miscellaneo Vatic. lat. 1344 membr. saec. X fol. 2ᵇ sq. = T.* 20 SIMPLICIUS EPISCOPUS ZENONI AUGUSTO *V*: Incipit epistola simplicii episcopi urbis rome ad zenonem augustum per epiphanium diaconum. Simplicius zenoni aug impri *T* 21 pię *V*

temporibus eloqui potentias domini uix quaelibet humana lingua sufficiet. quis etenim ualeat uel cogitatione complecti uel uoce depromere, quod in ipso utriusque rei laborantis articulo et uotis publicis et religionis sanctae reddidit uos quieti, nisi quod tanti consideratione miraculi clamandum est cum propheta: h a e c e s t m u t a t i o d e x t e r a e e x c e l s i, quae exaltantes semet ipsos potenter humiliat et humiliantes se cle-
2 menter exaltat? in quibus etiam, si dispensationis supernae sagacius mensura libretur, profecto euidenter apparet ideo perfidorum inrepsisse perniciem, ut fides clementiae tuae et inter aduersa probaretur quantoque magis rebus urgueri crederetur infestis, tanto clarius uestra magnanimitas emineret, atque ob hoc mansuetudinis uestrae de Constantinopolitana urbe prouenisse discessum, ut uniuersorum desideriis expetiti gloria maiore rediretis et ex contrariorum periculis quid in uobis esset cunctis utile nosceretur: Dauidicae nimirum illius uirtutis exemplo, qua singulari patientia cedens paululum furoribus parricidae continuo uictor ac populorum precibus imploratus praestantiore fastigio
3 est reuersus in regnum. laetare igitur, uenerabilis imperator, eos fuisse tuos hostes, qui extiterunt diuinitatis inimici, teque gaude et cum ecclesia laborasse et cum fidei catholicae libertate imperio restitutum atque, ut in omnibus doceas causam tibi cum deo esse communem, eius ope uiriliter fretus insiste, ut per quem publicos incubatores subegit, ecclesiae quoque depellat tyrannos. sicut enim pietas uestra merito recteque confidit illo nos tempore nihil aliud deum

1 cf. Psalm. 105, 2 6 Psalm. 76, 11

4 et religionis *T*: religionis *V* reddit *T* 7 potentes *V* 8 exultat *V* superne *T* 9 apparet et ideo *T* 10 fidēs *V* 12 inmineret *V* ạ̊b *T* 14 discessum *T*: disces| *V* ẹt *T* 15 esset cunctis utile *V*: esse omnibus *T* 16 dauiticę *V*, Dauiticae *T* nimirum *T*, ni *ev* enī *corr.* exempla *V* qua *T*: quę *V* 17 continua *V* 18 ac *T*: at *V* praestantiori *T* fastigia *V* 21 gaude et *scripsi:* gaudet *V*, gaudere *T* 23 commune *V* 24 publicus *V* subigit *V* 25 impietas *V* 26 recteque *V*: que *T*

nostrum suppliciter implorasse, quam ut nobis Romani imperii
praesules, quales nunc loquimur, redderentur, ita expectari
cernis, ut huiusmodi uos esse ipsorum actuum qualitate
monstretis. respicite quaeso augustae memoriae Marciani 4
atque Leonis omni mundo conspicuam in catholica deuotione
constantiam et salubri consideratione perpendite, cum in eodem
loco stare nequiuerint, qui ab eorum rectitudine deuiarunt,
successorem regiae potestatis legitimum ac diuinitus adtributum
eum fore sine dubio, qui illorum fidei perstiterit imitator.
debes, gloriosissime et clementissime fili imperator, augustae
memoriae tantorum uirorum taliumque reuerentiam, debes
uicem muneribus dei. ille te ad istorum reduxit imperium: tu
deo istis similem redde famulatum. et quia haec beato apo-
stolo docente nos Petro mea nuper humilitate praedicante
refutata sunt a casuris, deo fautore proficiant in regni soliditate
tate mansuris. ego quidem litteris, quas uestra clementia 5
destinauit, pignus inmensum uenerandae religiositatis acci-
piens et ingenti gratulatione respiro et omnino non ambigo
mentem uestram in rebus diuinis gesturam longe potiora
quam cupio; sed mei memor officii in hanc partem clemen-
tiam tuam ideo prolixiore hortor alloquio, quia imperii tui
pariter et salutis adfectu illis te causis inhaerere semper
exopto, quibus solis et praesentis regni stabilitas custoditur
et aeterni gloria comparatur. unde ante omnia precor, ut 6
Alexandrinam ecclesiam non minus a funesto quam ab haere-
tico peruasore clementiae uestrae dispositionibus liberatam
catholico ac legitimo restitui censeatis antistiti eisque etiam,
quos temeritate diabolica diuersis ecclesiis ordinasse perhibe-
tur, eiectis rectae fidei subrogari constituatis episcopos et,
sicut rem publicam uestram a tyrannica dominatione purgastis,

1 supliciter *V* 4 memorię *V*: meū *T* 5 conspicua *V* in *T*: *om. V* 8 legittimum *V* 9 prestiterit *V* 11 memorię *V*: meū *T*, *quod in* me[c]ū *corr. man. 2* 15 reputata *T* a *V*: *om. T* deo *om. T* 22 aeffectu *T* 26 peruassore *V* 27 legittimo *V* 29 reiectis *T* et *T*: ut *V*

ita ubique ecclesiam dei ab haereticorum latrociniis atque contagiis exuatis nec id potius praeualere patiamini, quod eorum iniquitas temporum, quos non solum uestro imperio sed in deum quoque rebellis spiritus concitauit, quam quod tot tantique pontifices et cum egregiis orthodoxisque princi-
7 pibus uniuersalis ecclesiae decreuit adsensus. Calcedonensis synodi constituta uel ea, quae beatae memoriae prodecessor meus Leo apostolica eruditione perdocuit, intemerata uigere iubeatis, quia nec ullo modo retractari potest, quod illorum definitione sopitum est, nec ullatenus recipi totius catholicae ueritatis uno undique ore damnatus. ipsa ęst quippe, sicut experti estis, catholica fides, quae potentes de sede laesa deposuit et exaltandos humiles custodita seruauit. quare satis agendum est pietati tuae, ut qui huius tibi auctor est doni, sit ipse propagator. Dat. VII. Iduum Octobrium post consulatum Basilisci et Armati.

(61.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS ACACIO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

Quam sit efficax supplicantium domino perseuerantia sacerdotum et quam iocundo gratuletur effectu studium, quod defensioni fidei sinceris mentibus exhibetur, litteris tuae dilectionis agnoscitur, quando post tanta certamina, quibus dei misericordia in causa propriae religionis famulos et ministros suae

12 Luc. 1, 52

2 patimini *T* 3 eorum *T*: *om. V* in uestrum imperium *Coust.* 4 sed *T*: sed et *V* 5 tot *om. T* tantoque *T* principibus *T*: pontificibus *V* 6 Calcedonensis ***usque ad*** 10 sopitum est ***adfert Vigilius in constit. de tribus capp. (ep. 83 § 296)*** 7 ***ante*** beatę ***erpunxit*** ad *T* praedecessor *T* 10 catholicae ueritatis *T*: *om. V* 15 Data pc Basilisci Aug. VIII Idus Aprelis *T, **quae temporis nota uidetur uerior esse*** POS CONSĿ *V*

61. ***Dat. a. 478 die 8 Mart.*** ***B = cod. Berol. lat. 79.*** ***Edd. Car. I² 316; Bar. ad a. 478, 8; Collect. Concil.; BTA I 216; Thiel 195.*** 18 Symplicius Acacio Constantinopolitano *B* 19 aefficax *B* 20 iocundum laetatus affectu *B* defensionis *B* 21 dilectationis *B* 23 famosos *B*

constituens potestatis probatissimos sibi fecit esse uictores.
siquidem Alexandrina ecclesia diuino tandem iudicio liberata
in consortium communium nos aduocans gaudiorum eum,
qui ab haeretico fugatus fuerat, ad eius sedem redisse te-
staris. unde animis exultantibus ad uniuersalis ecclesiae 2
quietem Christo deo nostro pro salute primum fidelissimi
principis supplicamus, cui pro deuotione, qua cunctos anteue-
nit sacerdotes, pietas haec diuina concedit, quae nos liberos
pro populis Christianis apud omnipotentiam caelestem praestat
interpretes. sicut ergo in reditu fratris et coepiscopi nostri 3
Timothei gratulamur, ita eum commonente dilectione tua
cupimus inreprehensibilem reperiri, quia meministi hoc eum
iamdudum fidelis praesulis non habuisse constantiam, quando
ei, ut damnati Dioscori nomen inter altaria recitaretur, ex-
tortum est. Dat. VIII. Id. Mart. Illo u. c. consule.

(62.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS ZENONI AUGUSTO. PER PETRUM UIRUM SPECTABILEM COMITEM PLACIDIAE NOBILISSIMAE FEMINAE. Olim diuinorum exultatione munerum triumphalis in domino regni uestri gloria dilatata cum uniuersalis ecclesiae gaudio mediocritatis meae litteras optulisse memini nec inter uniuersos catholicae fidei sacerdotes opera dei nostri uel solus potui

1 constituens *V*: *om. B, fort.* constituit probatissimus sibi facit esse rectores *B* 3 cōmmunium *B* aduocas *B* 6 Christum *B* salutē *V* 7 pro *om. B* anteuenit *V*: anticipat *B* 8 diuinas *B* nos *om. B* 12 inreprehensibiliter *V* repperiri *VB* quia *V*: qui *B* eum in iamdudum *B* 14 dioscoli *B* reticaretur extormentum *B* 15 octabo idus martias *B*: III id̄ MAR *V* illu uc constan *B*, ILLVC CONSVLIBVS *V*

62. *Dat. simul cum ep. 63 a. 478 inter Nonas et Idus mensis Octobris. B = Berol. lat. 79. Edd. Car. I² 317; Bar. ad a. 478, 10; Collect. Concil.; BTA I 217; Thiel 196.* 17 Symplicius zenoni augusto *B* per Petrum . . feminae *om. B, sed cf. ad p. 141, 19 et p. 144, 17* 18 nouilissimę *V* 19 triumphalis *V*: triumpharis *B* 20 dilatata *Coust.*: dilatata est *B*, dilatatur *V* gaudio *B* mediocritati *V* 21 męe (?) ęlitterif *B* memnini *B*

tacere uel primus, quia secundum beatum Paulum apostolum
ecclesiarum omnium curam sustinens mihi summam gaudii de
reddita per clementiam uestram earum quiete specialiter
uindicaui, quod uos diuinitatis auxilio deiectis religionis et
regni hostibus meruimus habere uictores et in uno eodemque
prouentu Christo in uobis ubique uincente et cultus uerae
fidei et status est reparatus imperii, quod utrumque ideo
fuerat diabolo se ad tempus interserente turbatum, ut al-
terutrius aduersariis dissipatis praeconia fierent maiora uin-
2 centis. unde tam praeclarae fructum uictoriae indeptus
cum laetitia uniuersalis ecclesiae nunc quoque, quod sine
cessatione facio, tacere non possum gratias sine dubio peren-
nes, quod antiquae ueraeque fidei in fratre et coepiscopo meo
Timotheo Alexandrinam ecclesiam reddidistis, cuius ad me
nuper litterae commeantes expulsa profanitate Eutychis atque
Dioscori damnatorum ad regendos orthodoxos beati apostoli
et euangelistae Marci sedem, quod ante compertum est, se
recepisse memorauit incitans nos uolentes, ut haec ipsa pie-
3 tatis uestrae sensibus referremus. ut ergo tranquillitas
uestri perpetua et fixa sit regni, quietem, quam cunctis in
memorata ecclesia praestitistis, peruigili protectione munite

1 cf. Corinth. II 11, 28

2 de re[ddita per clemen *hodie auulsa sunt*] tiam uestram *B*: de reddita per clementia uestra *V* 3 quiaetem peculariter *B* 4 deiectis *V*: deitatis *B* et *B*: in *V* 5 meruimus *B*: mererenemus *V*, meruerimus ρ[2] 6 prouentum *V* cubitus *B* uere *VB* 7 repparatus *B* 8 alterutris *B* 9 uicentis *B* 10 praeclare *VB* uictorie *B*: uirtutis *V* 12 perennes *V*: perennes refferens *B* 13 antique uereque *V*: antique uere *B* fratrem et coepm meum timotheum *B* 14 ecclesiam *V*: et ecclesiam *B* ad *V*: a *B* 15 coemeanter *B* Eutychis *scripsi:* eutyches *V*, eothicetis *B* 16 discori *B* ad *B*: *om. V* ortodoxos *B* apostoli *scripsi cf. Valesium ad Euseb. H. E. II 24*: pauli *V*, petri *B* 17 se *om. B* 18 memorauit incitans *per anacoluthiam ut uidetur quasi antea dictum esset* qui in litteris suis; *lacunam suspicatur Hartel proponens* 15 litteras commeantes <adferebant quibus> incitare nos uolens *B* 19 refferiemus *B* 21 memoratam ecclesiam *B* protectionem unite *V*, protectione monete *B*

et, quod iuuante nos domino pro innocentium salute fecistis animarum, religiosiore studio et diligentia adtentiore protegite, quia non minoris est gloriae quod condideris seruare quam condere et omnibus est probatum tantum uobis diuini fauoris impensum, quantum Christianae religioni uestra pietate est sedulitatis exhibitum. et quamuis in omni parte regni sui 4
profutura diuino cultui prouidentia uestra non desit et curis publicis tranquillitatem ecclesiae praeferatis, precor tamen, ut quod per nos serio postulatur, immo quod ipsi specialius supplicamus, Petrum Alexandrinae ecclesiae peruasorem et ob hoc iure damnatum, quia moliri quaedam latens in Alexandrina, sicut ad nos scriptum est, ciuitate contra haec, quae a uobis sunt statuta, memoratur, ad exteriora transferri piissima praeceptione iubeatis, ne aliquos modicae fidei, quod facere perhibetur, inficiat et ad peruersitatis suae instrumenta traducat. longe sint ab innocentibus perniciosa contagia, ut per uos <intret> intra dominici gregis ouile sinceritas, quam sola tenere potest imperialis auctoritas. Dat. VIII. Id. Octobr. Illo u. c. cons.

1 iubante *B* innocentum *B* fecitistis *B* 2 religiosore *V* 3 gloria *V* serbare *V*: reseruare *B* 4 condere *B*: concedere *V* faboris *VB* 5 χpiane *B* uestra *ex* uestrę *corr. V* 6 sedutilitatis exibitum *B* 7 deuino culem *B* de/////sit (*eras.* sit) et *B*: desistet *V* 9 postulat *V* ipsis peculius *B* 10 suplicamus *V* 11 hoc *om. B* alexandrinam *B* 12 ciuitatem *B* 13 sunt *om. B* memoratur *ex* memoratae *ut uid. corr. V* piissa *B* 14 modicae *V*: moditiores *B* quod *B*: quos *V* 15 instrumenta *V*: abstrusa *B* 17 intret *addidi* ouile sinceritas *V*, souile [*intermediis abscissis*] eritas *B* ⟨sit⟩ sinceritas *Car.* 18 auctoritas EXPLICIT *V nec die adscripta nec consule* Dat. *hodie in B abscissum est* Octobr. *scripsi:* mār *B*, *at haec epistula eodem die quo ep. 61 scripta esse nequit, immo ad eundem atque ep. 63 diem referenda est* 19 Illo u. c. cons. *scripsi:* ıll cū constatin *B addens deinde hic nomen portitoris* per petrum u. s. comitem

(63.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS ACACIO. PER QUEM SUPRA. Quantos et
quam uberes fructus constantia fidei et deuotarum circa reli-
gionem catholicam mentium semper habeat fortitudo, labor
tuae dilectionis et eorum, qui pariter repente diabolo
iamdudum turbabantur, ostendit. nam cum Christi inimicus
et regni Christianam semper aulam mox casurus inuaderet
atque impia persecutione fideles domini plebemque concuteret,
oratione atque uigiliis sacrilega temptamenta superauit et se
uictoria caelestis eo usque porrexit, ut regressu religiosissimi
principis ecclesiae quoque Alexandrinae catholicus redderetur
antistes. de quo mox cum exultatione diuinae gratiae gaudia
nostra contulimus et mutuis nos litteris fecimus gratulari.
2 et licet laetitiae ipsius numquam sui defuerit plenitudo, tamen
frater et coepiscopus noster Timotheus persecutione probabilior
factus pristini non immemor instituti per fratrem et coepi-
scopum nostrum Esaiam et filios nostros Nilum presbyterum
et Martyrium diaconum Alexandrinae ecclesiae sollemnia scripta
direxit, quibus et illud, quod ante perterritus de Dioscori
nomine fecerat, se destruxisse memorauit et remissionem ipsius
erroris expetiit nosque de quiete fecit ecclesiae gratulari, ex-
pertus erga se, quantum nobiscum tua caritas uidet, quod in
eo tunc reprehendimus, non inultum et reconciliatum sibi
3 nunc diuinae miserationis affectum, frater karissime. memo-

63. *Dat. simul cum ep. 62 inter Nonas et Idus mensis Octobris a. 478.* *B = Berol. lat. 79.* *Edd. Car.* I^2 *318; Bar. ad a. 478, 13; Collect. Concil.; BTA I 218; Thiel 197.* 2 Symplicius Acacio Constantinopolitano *B* per quem supra *om. B, sed cf. ad p. 144, 17* 4 catholica *B*, catholicum *V*, *corr.* o^2 5 qui *V*: qui uos *B* repente *V*: inrepente *B* 6 turbabantur *V*: perbabant (!) *B*, turbantur *Car.* 7 casurus *V*: casu quam *B* inuaderet ρ^2: inuadeat *V*, inualeret *B* 8 apersecutione *B* plebem qua econteret ortatione *B* 10 regressum reliosissimi *B* 13 uos *Bar.* 14 deuiderit *B* 17 nostrum *om. V* 18 solemnia *B* 19 dixerit *B* 20 faceret *B* destrixisse *B* 21 nos quē *B* fecit *om. B* 22 erga *V*: in *B* 24 carissime *B*

ratis in urbe, mox uenerant, constitutis occasionem filii nostri Petri uiri spectabilis comitis quasi ex sententia proficiscentis amplexi tam nostro proposito quam petitione fratris et coepiscopi nostri Timothei legatorumque ipsius precibus id ipsum ad tuam uoluimus peruenire notitiam, ut etiam nunc communium fieres particeps gaudiorum et in praedictae ecclesiae tranquillitate, quemadmodum diximus, laboris tui nobiscum carperes fructum et Christianissimo et clementissimo principi nostras litteras offerres super hac etiam re, ut et ipse quoque deuotionis et fidei propriae donis deo se protegente laetetur atque insistente caritate tua maioribus studiis catholicae religionis salutaria scripta mittendo munire dignetur ecclesias.
ne, sicut experti sumus, in aliqua regione antiquus ille serpens 4
totiens excisi capitis uirus effundat et inficiendi aliquos occasionem, quod absit, rursus inueniat, prouida praeceptorum suae pietatis ordinatione disponat; religiosis et, sicut euidentius adprobauit, deo se commendantibus legibus sanciat, ne uel in tenebris delitescant et improuisi ambulantes in luce percutiant et his, quos in fide pauperes esse reppererint, quod propheta testatur, insidietur ut rapiat; Petrum maxime,

20 Psalm. 9, 30 (= Hebraic. 10, 9)

1 mox uenerant *VB*: ⟨quae⟩ mox uenerant *Car.*, ⟨qui⟩ mox uenerant *Bar.*, ⟨quo⟩ mox uenerant *Thiel, quorum nihil ferri potest; quae tradita sunt, hoc uolunt:* memoratis *(sc. Esaia et sociis)* in urbe constitutis mox post aduentum eorum *etc.; de uocabuli* mox *usu cf. Indicem* 3 nostrum propositum *B* petitionem *VB, corr.* ρ^2 5 peruenire *V*: perferre *B* communium *ut uid. ex* commonium *corr. V*, communum *B* 6 fieri *ex* feeri *B* participes *V* 7 quemammodum *B* 8 caperes *B* 9 offerres *Bar.*: offerens *VB* hanc *B* 11 atque *V*: utquē *B* maioribus *B*: odoribus *V*, acrioribus *Car.* relionis *B* 12 munere *VB, corr.* ρ^2 13 religione *V* 14 excisus (*om.* capitis) *B* infundat *B* inficiendos *B* 15 praecepturum *B* 17 abprobauit *V* 18 delitiscant *B* inprobi si *B* 19 et his *V*: si *B* repperierint *B* 20 insidiatur ut rapiat pauperem petrum *B* (*cf. Vulg.*)

qui nonnullarum domorum suique similium latebris confouetur et quem zelo fidei ab episcopatu constituit submoueri, in exteriores terras abici, sicut et nos pietati eius scripsimus, ad ecclesiasticam pacem speciali praeceptione decernat, quia rursus asseritur aliqua contra dispositionem fidei ipsius sine cessatione moliri. quia igitur haec oportunitate perlatoris fidissimi nos oportuit indicare, immo specialius admonere, hortamur, ut cum internuntius remeare coeperit uel si qua forsitan altera occasio reperitur, quam primum nos facias certiores et curam nostram subleuare deproperes. ut autem perfecto gaudio gauderemus, idem frater et coepiscopus noster Timotheus exemplum libelli satisfactionis eorum, quos a catholicae fidei ueritate Timotheus et Petrus utrique damnati dominationis terrore traduxerant, ueniam postulantum ad nos pariter destinauit sacerdotali pietate lapsis subuenire desiderans: quod diuinae miserationis intuitu, quae neminem uult perire, refutabile non putamus. Dat. VIII. Id. Octobr. Illo u. c. cons.

(64.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS ZENONI AUGUSTO. Proxime quidem cum ad urbem frater et coepiscopus mediocritatis meae Timotheus

1 domorum sui quem (*corr.* o) similium *V*, domor[*intermediis hodie auulsis*]milium *B* confouetur *Car.*: confoueatur *V*, confortetur *B* 2 episcop[atu *hodie auulsum est*] *B* 3 *sq.* ab ecclesiastica pace specialiter *B* 5 aliquam *V* 7 immo *B*: *om. V*, et *Car.* ut cum *B*: uacum *V* 8 reneare ceperit *B* altera *V*: aliqua *B*, alia *Hartel* 9 repperitur *V* 11 timotheis *B* 12 fatisfactionis *V* fidei *V*: dei *B* 13 utrique o: utique *B*, uterque *V* dominationis *VB*: damnationis *edd.* transduxerant *B* 14 postulantes *V* sacerdotali pietate *om. B* 15 diuina *V* 16 putamus EXPLICIT *reliquis omissis V*: potamus *B* 17 VIII *scripsi (cf. ep. 62)*: XI *B* illu uc cons *B deinde hic addens:* per petrum us comitem placidiae nobilis fiemine (*cf. ep. 61 tit.)*

64. *Dat. simul cum ep. 65 a. 478 mensis Octobr. die fere 21. B = Berol. lat. 79. Edd. Car. I² 320; Collect. Concil.; BTA I 220; Thiel 199; commemorat Bar. ad a. 478, 11.* 19 Symplicius *VB* episcopus *om. B* AUGUTO *V* 20 coepm *V*

Alexandrinae urbis antistes nouato more misisset, uictoriam
uestrae fidei in eius restitutione cognoui; pietate enim uestra
fulta diuinitatis auxilio et imperii tranquillitas et catholicae
religionis splendore suo scandalorum nube discussa reuertit
integritas. de quo me gratias post deum clementiae uestrae
egisse reminiscor et nunc quoque cultum uestro regno debitum
silere non potui, ne quodam modo uiderer ingratus, si uobis
qualibet oportunitate uel imperii uel ecclesiarum laudare
desisterem tot triumphos. exhibens ergo debitae uenerationis 2
officium precor, ut studiosius circa uniuersos rectae fidei
sacerdotes et maxime circa Alexandrinum episcopum, cuius
certaminis et testes fuistis et iudices, protectionis impendatis
auxilium et decernatis piissimis constitutis Petrum sedis ipsius
peruasorem, cui nec in diaconatu suus potuit ordo constare,
longius a tam praeclara ciuitate relegari, ne infirmioris fidei
aliquos forte seducat et in eadem ecclesia, quod absit, quae
sopistis scandala rursus exagitet. probastis in hoc opere illum
uobis dexterae suae dedisse praesidium, qui ad totius orbis
gaudium et in ecclesiae uniuersalis exultationem in uestra
clementia Romanum seruat imperium. Dat. XII. Kal. Nouembr.
Illo u. c. cons. Per legatos Graecorum.

1 antites *B* nouatum oremisisseret *B* 2 pietas *B* 3 sulta *B* imperiit *B* 4 relionis *B* splendore suo *scripsi:* splendorē suū *V*, splendor sui *B*, <in> splendorem suum *Hartel* set candalorum *B* nuue *V* dicussa *B* recepit *Car.* 5 me *V*: ne *B* 6 uestrum regnum *B* 7 selere *B* quodam *ex* quondam *corr. V*, quodam modum *B* 9 totriumphos *B* debite//// *B* 10 recte *B* 12 certamini *B* 14 nec diaconatus sui *B* 15 infirmiores *VB, corr.* ρ[2] 16 ecclesiam *B* 17 opistis *B* hoc opere *B*: corpore *V* 18 nobis dexterem *B* urbis *B* 19 exultatione *B* 20 XII *B*: id (*corruptum ex* īd = sub die? *cf. adnot. ep. 65 sub fin.*) X *V*, XVI *Thiel; certe in epp. 64 et 65 idem diei numerus restituendus est* kl nouembr. illu. uc conſ *B*: KLB (= Kalendarum) NOVEMBR ILLVC VB CSS *V*; Illo *restituit Car.* 21 per legatos grecorum *B*: *om. V*

(65.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS ACACIO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

Proxime quidem dilectioni tuae petentibus his, qui ad nos a fratre et coepiscopo nostro Timotheo Alexandrinae ecclesiae antistite directi fuerant, commune gaudium litteris indicaui et de fructu piissimi operis, quod catholicus memoratae ecclesiae sacerdos est restitutus, pariter nos gaudere memoraui. quod nunc quoque significare properauimus, ut agnosceres gaudia
2 silentium non amare. unde semper exultans in domino et orationum communium cupiens uota sociari hortor, frater carissime, ut rebus per clementissimum et Christianissimum principem deo auctore compositis diligentiae sollicitudo non desit sed Petrus ab indebito sibi honore deiectus in Alexandrina regione non sinatur habitare sed procul extra terminos patriae, sicut etiam nos poposcimus, frequenti eum postules suggestione relegari, ne quos imperitorum prauitatis suae persuasione seducat et a catholicae tramite ueritatis auertat.
3 quidquid autem de religiosissimo impetrabis imperio, cura tuae dilectionis ad meam notitiam faciat peruenire et nos actuum ad custodiam euangelicae doctrinae pertinentium det esse consortes. Dat. XII. Kal. Nouembr. Illo u. c. cons. Per quos supra.

65. *Dat. simul cum ep. 64 a. 478 mensis Octobr. die fere 22. B = Berol. lat. 79. Edd. Car. I² 320; Collect. Concil.; BTA I 220; Thiel 200; commemorat Bar. ad a. 478, 16.* 2 SYMPLICIUS ACATIO CONSTANTINOPOLITANO *B* ACATIO *V et sic saepius per litteram* t, *quod non iam monebo* CONSTANTINOLITANO *V* 3 his *om. B* 5 antiste *B* communem gaudio *B* inducaui *B* 6 destructu *B* memorat *B* ecclesiae *initio uersus abscisso iam deest in B* 7 est *V*: et *B* 8 agnosceris *B* 9 in domino *om. V* 10 ortor *B* 12 auctorem *B* 13 inde uito *V* alaexandrinam regionem *B* 14 sinatur *B* a *ut uid. ex* e *corr.*: desinatur *V* extra terminos *V*: absque terminus *B* 15 frenti *V* postulis *B* 16 impeditorum *V* 17 tramitē *B* 18 aut *B* imperaueris *B* 20 det *V*: data *B* 21 XII *scripsi*: XI *B*, id *(cf. ep. 64 sub finem)* XVI *V* nouembr illu uc cons *B*: NOB ILLVC VO CONSS *V*; Illo *corr. Car.* 22 per quos supra *om. V*

(66.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS ZENONI AUGUSTO. DE ECCLESIA ANTIOCHENA. Uenerandos mihi semper uestrae pietatis apices gauisus accepi, quibus ingenito uobis studio catholicae religionis post defensionem fidei, quae uos seruata custodit, impietatis audaciam et facinora apud Antiochiam perpetrata cohercita reperimus, exultantes uobis inesse animum fidelissimi sacerdotis et principis, ut imperialis auctoritas iuncta Christianae deuotioni acceptabilior deo fieret et appareret integritas, cum hi, qui in episcoporum nece sacrilega caede uersati sunt, dignis iubentur perire suppliciis. in quo et quieti ecclesiasticae et uestro consuletis imperio, quia uindicata dei contumelia ulciscentis est gratia et conciliatur his diuini fauoris auxilium, quorum cura sacrilegium non reliquerit impunitum. sed ut loquar fiducialiter principi Christiano, si 2
praeteritarum litterarum, quas de Petri aliorumque nomine iamdudum ad fratrem et coepiscopum meum Acacium scripsisse me memini, ordo teneretur, ad hoc non potuit perueniri, quod iure nunc meruit uindicari. mandaueram namque, ut

66. *Dat. simul cum ep. 67 die 22 Iun. a. 479 (482? cf. Gelzer, Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie XXVI 1883 p. 509). B = Berolin. lat. 79. Edd. Car. I² 321; Bar. ad a. 479, 5; Collect. Concil.; BTA I 221; Thiel 202.* 2 Symplicius *B* episcopus *om. B* de ecclesia anthiochena, *quod exhibet V, seiunxi ab eis quae sequuntur: om. B* 3 uenerandus *B* semper *om. B* nostrae *B* 4 suscepi *B* 5 defenssionem *V* seruata *B (cf. ad p. 45, 7)*: seruat ac *V* custodet *B* 6 audacia *B* anthiochiam *V*, antiociam *B* perpetratam *B* 7 repperimus *V*: comperimus *B* fidelissimis *B* 8 autoiitas *B* iuncta *scripsi:* et iuncta *VB*, ut iuncta *Hartel* 9 deuotionis *VB, corr. Car.* acceptior *B* appareret *inter scribendum in* appararet *mutauit V ante* appareret *nescio an exciderit* fidei *uel* cultus 10 necae *B*: neces *V* sagrilega *B* 12 quieti *B*: qui ei *V* consuluistis *B* uindicta dei contumelię *B* 13 conciliator *V* 14 faboris *V* quorum coram *B* relinquerit *V* 15 xcristiano *V* 16 aliorum quae *V littera* e *fortasse a manu 2 addita* 17 coepiscopum nostrum acacianum *B* 18 me *scripsi*: ne *B, om. V* tenetur *B* peruenire *V* 19 meruit *om. B* uindicari *Bar.*: uindicare *V*, uincari *B*

facta suggestione pietati uestrae praedictus, ut et ceteri qui
per occasionem tyrannicae dominationis inuaserant ecclesias
dei, extra metas uestri pelleretur imperii, ne pestiferi sensus
quibusquam simplicioribus ore sacrilego uirus infunderet et
uerbis impiis contra fidem orthodoxam innocentiores animas
3 sauciaret. sed, quantum apparet, cum minus ista curantur
et leuia esse creduntur, actum est, ut, quemadmodum perhibetis,
inter altaria non iam plebs persuasionibus eorum, sed
ipsi quoque praesules et praedicatores fidei perirent funestis
gladiis sacerdotes. unde si quae talium reliquiae sub uestro
reperiuntur imperio, eas uel nunc in exteriores terras iubete
propelli, ne qua deinceps in eos sit necessitas et causa subplicii,
quia melius est aditum obstruxisse quam poenam
4 exegisse peccati. et quoniam seditiones Antiochenas religiosissimo
proposito sedandas non aliter aestimastis, nisi praeter
praeiudicium uenerandi illius concilii Nicaeni apud Constantinopolim
isdem petentibus ordinaretur antistes, quod in eius
tantummodo persona sic memorastis adsumptum, ut deinceps
secundum definitiones patrum Orientali synodo creatio Antiocheni
pontificis reseruetur, nec haberi loco uultis iniuriae,
quod dissensionis gratia factum est auferendae, tenet hanc
pietatis uestrae beatus Petrus apostolus sponsionem et Christianissimi
fidelissimique principis mentem in haec uerba iurasse,

1 factam suggestionem pietatis *B* ut *om. B* 2 inserant *B* 3 extrenetas *B* pelleretur *V*: pulsarentur *B*, pellerentur *cod. Angelic.* pestiferi *ex* pestifera *corr. V* 4 symplicioribus *V* uisus *B* infunderet *scripsi*: infunderent *VB* 6 sauciarent *B* sed *om. V* 7 creduntur *V*: reddantur *B* quemammodum *B* 8 tam *Bar.* pleps *V*, plenbs *B* peruasionibus *Bar.* 9 ipso *B* fidei *om. B* funetis *B* 10 qua et alium *VB, correxi* uestro *ex* uestrorum *corr. V* 11 repperiuntur *VB* exterioores *B* 12 qua *om. B* 13 ʾpenā *V* 14 exigisse *B* peccati *ex* peccata *corr. V* atyochenas *V* religisimo *V*, religiosissime *B* 15 estimasti *(sic!)* sedandas *trsp. B* 16 uenerabilius concilii neceni *B* 17 hisdem *VB* antstes *B* 18 tantummodum personam *B* 20 reserbetur *V*: reseruaretur *B* 21 dissensiones *B* factu *V* 22 χp̄ianisimi *V, ultima* i *ex* e *corr.* 23 fidelissimi quae *B* mente *V*, *corr. man.* 2

quod posthac in Antiochena urbe uetere more seruato a con-
prouincialibus suis episcopus ordinetur,. ne quod nunc frater
et coepiscopus meus Acacius uobis est iubentibus executus,
in usum posteritatis ueniat et statuta patrum, quae praecipue
praestatis inlaesa, confundat. unde, quae a uobis amore 5
quietis sancte et religiose sunt ordinata, reprobare non pos-
sumus, ne status Antiochenae ecclesiae sub nostra dubitatione
uideatur ambiguus, praecipue cum is, qui legitur ordinatus,
testimonio clementiae uestrae tanta sit praedicatione subnixus,
ut in eo et praeteritorum uulnerum dolor possit opprimi et
ecclesia, quae illum meruit, gloriari. haec repensi sermonis 6
et uenerationis officio respondere curaui, ut tantas haereticorum
fraudes et facinora diuinis et saecularibus legibus persequenda,
quae saepius probastis esse tam noxia, de memoria et con-
uersatione hominum iubeatis auferri, quorum impietas nulla.
quantum uidetis, potest auctoritate compesci. Dat. X. Kal.
Iul. post consulatum Illi u. c.

(67.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS ACACIO. ORDINATO AB EO KALENDIONE ANTIOCHENO EPISCOPO. Clementissimi principis litteris et tuae dilectionis de sacrilega <ac> funestissima caede, quae apud Antiochiam facta est, sauciatus et nimium affectus

1 antiochaena urbae *B* ueterē ore *V*, *corr. man. 2* serbato *V* 2 episcopis *V* ordinaretur *B* 4 usu *V*, *corr. man. 2* uenit *B* quē praecipuae seruatis *B* 5 undeque *V*, *corr. man. 2* 6 quietudinis sanctae et religiosae *B* 7 sub *om. B* 8 praecipuit *B* is ρ: his *VB* 9 testimonia *B* uestrae et tanta *V* 10 praeter horum *V* posito primi *V* et *om. B* 11 ecclesiae *B* illūđ *B* haec *om. B* repensi *B*: repensis *V* sermones *B* 14 probatis *V* memoria et *om. B* conuersationem *B* 15 offerri *B* 16 austerita necompexi *B* kł iuł p̄c illu v̄c cons. *B*, kŁʙ ıuŁʙ post cons illuc *V*

67. *Dat. simul cum ep. 66 die 22 Iun. a. 479 (482?). Edd. Car. I² 322; Bar. ad a. 479, 10; Collect. Concil.; BTA I 222; Thiel 205.* 19 ////ordinato *V* 20 et tuae ρ²: et que *V*, tuaeque *Car.* 21 ac *inserui,* et *Car.* funestisima *V*

maerore respondeo astruens: si quod iamdudum de Petro
atque aliis complicibus eorum scripseram et ut pietati eius
cum ceteris, qui aderant, fratribus suggereres postularam, ut
oportuerat, ordinatum fuisset, haereticorum temeritas ad tan-
tum facinus non ueniret nec aliquid necessitatis exsisteret, ut
non aliter praedictae subueniretur ecclesiae, nisi ut aliquid de
2 iure eius curatio ipsa minueret. quamuis enim profecerit ad
quietem, quod Christianissimi principis iussione uel sine
praeiudicio canonum a tua caritate fuerit Antiochensibus
episcopus ordinatus, tamen non est sine inuidia factum, cuius
cauendum deinceps etiam ille testatur, qui praecepit, exem-
3 plum. in quo pietati eius gratias dignum est nos referre,
quoniam ita gloriae suae moderatus est potestatem, ut fide-
lissima deuotione patrum regulis † submittere, quae iuberet,
nec in auctoritatem recipi, quod sequenti constituit aetate
prohiberi, ut scilicet in hac tantummodo persona, quam ius-
su eius et studio quietis Antiochensibus, non tua usurpatione
antistitem consecrasti, quod factum est necessitate, sufficeret.
in quo tuae dilectionis non inrationabilem cognoscimus fuisse
famulatum, quia ecclesiarum iura respiciens diu te non in-
merito suspendisse testaris, ne uidereris ambire, quod tanto
4 principi et in tam graui causa non poteras abnegare. qua-
propter, frater carissime, institutorum ueterum, quae in te
sunt probata, non inmemor, sicut ueniale iudicare nos perui-
des, quod tibi certum est imperatum, ita ipse dans honorem
patribus elabora, <ne> necessitas sit ulla faciendi, quod optas
nunc satisfactione purgari.

1 quod *scripsi*: que *V* 3 suggerere *V*, *corr.* ρ² 5 necesitatis (s *supra* e) *V* 7 profecerit *ras. ex* profecerint *V* 9 *ante* fuerit *eras.* fuerant *V* antyochensibus *V* 12 pietatis *V*, *corr.* ρ² 14 submitteret ρ², uoluerit *aut simile aliquid suppleri iussit Coust.* 16 silicet *V* 17 usurpacione/// (*eras.* m) *V* 19 cognosimus (s *supra*) *V* 21 uideris (re *supra*) *V* tanto *ex* tanta *V* 24 nos ρ²: non *V* 26 elabora *V*, *littera* e (*uel* et *ligatura picto*) *in ras.* ne *add.* ρ²

(68.)

SIMPLICIUS EPISCOPUS ACACIO. PER URANIUM. Miramur pariter et dolemus ita in tuae dilectionis animo dissimulatam iacere curam caritatis et fidei, ut cum Christianissimus imperator pietatis et religionis instinctu affandi me et de causis ecclesiasticis consulendi fideles atque sollertes internuntios destinaret, ipse et alternae gratiae et uigilantiae pastoralis oblitus nec adloqui nos uolueris nec de his, quae ad catholicae ueritatis custodiam pertinebant, duxeris instruendos. atque ideo, frater karissime, quae non inmerito cernis libera affectione culpari, potiore diligentia repensanda cognosce; proinde delegatum tibi munus impendens sensus tuos prudenter adtolle et pro tuendis Calchedonensis synodi constitutis uehementer inuigila, ne per neglegentiam desidiamque nostram subrepat gregibus domini letale dispendium. nuper 2
ab Aegyptia synodo, quae et numero plurima et fidei catholicae esset communione subfulta, atque ab ipso omni propemodum clero Alexandrinae sedis ad nos ex more relatio missa patefecit sanctae memoriae fratrem quondam et coepiscopum nostrum obisse Timotheum inque eius uice consona fidelium uoluntate Iohannem, cui ad sacerdotium constare crederentur omnia, subrogatum. omnino <nihil> restare uide-

68. *Dat. simul cum ep. 69 a. 482 die 15 Iul.* *B* = *Berolin. lat. 79.* *Edd. Car.* I^2 *324; Bar. ad a. 482, 13; Collect. Concil; BTA I 224; Thiel 208.* 2 Symplicius Acatio pro Uranium *B* 3 dilectionis *ex* dilectiones *corr. V* 4 iacere *B*: lacerare *V* dum *B* impro *B* 5 inst^{c}itu *V*, instinctum *B* me *V*: ne *B* 6 fidelis atque solestes *B* 7 destinarer *B* uigilantia *B* 8 quae acatholice *B* 9 instuendos *V* 10 cernes *B* 11 repensanda ρ^2: repensando *VB* cognosce *uel* cognoscis ρ^2: cognosci *VB* 12 delecatum *B* sensos *V* tuus *B* 14 inuigilia *V* (*corr.* o^2), inuigilat *B* nec *B* ne////clegentiam (*eras.* g) *B* 15 domine *B* dispendiom *V* 16 aegicia *V*: egyptiaca *B* 17 esse *VB*, *corr. Car.*: est ρ^2 omni *ex* omne *corr. V* propemodo *B* 18 at *B* relationissa *B* 20 in qua *B* consula *B* 21 sacerdociom *V* costare *B* 22 nihil *inseruit* ρ^2: *om. VB*, <ut nihil> omnino *Car.*, <et nihil> omnino *Bar.* restaure uidebantur *B*

batur, nisi ut deo nostro gratias agentibus nobis atque gauden-
tibus, ut sine strepitu quod catholicus in defuncti ministerium
successisset antistes, apostolicae quoque moderationis adsensu
uotiuam sumeret firmitatem, cum ecce secundum consuetu-
dinem mihi talia disponenti tranquillissimi principis scripta
sunt reddita, quibus memoratum tamquam periurii reum, quod
fraternitati quoque tuae non esse diceretur incognitum, sacer-
3 dotio perhiberet indignum. ilico retraxi pedem et meam
reuocaui super eius confirmatione sententiam, ne quid contra
tantum ac tale testimonium praepropere fecisse iudicarer.
sed illud me non mediocriter fecit adtonitum, quod isdem
litteris suis Petrum, qui haereticorum socius dudum exstitis-
se probetur et princeps, quod conscientiam dilectionis tuae
meminimus non latere instructionesque ipsas, quibus fuerit
confutatus, nosse confidimus quemque etiam dubium non
sit adhuc extra communionem durare catholicam saepeque nos
de eodem ex illa urbe pellendo scripsisse sit certum, ad
praefatae ecclesiae regimen existimet prouehendum eumque
promittat rectae fidei definitionibus conuenire, a cuius utique,
1 Iesus Christus *trsp. B* meam *VK:* eam *B* 3 hoc *V:* os *B* 4 post *VB:* per *Thiel* //////resurrectionem *V:* resurrectionis *B* 6 dignitatem *teste Thielio cod. Iesuit. Paris. supra commemoratus* 7 est *post* passibilis *trsp. B* 9 deus uerbum *om. B* 11 *ante* dominus *alterum* dominus *del. V* Christus <noster deus> *Car.* 14 quemammodum *B* 15 dicitis *VB: fort.* uidetis 16 conuersationem *VB, corr. Car.* 17 figuras *V* 18 punctione *B*, functionem *V* 19 resurrectione *B* 20 et *om. B* beatam memoriam diuinitatis *B* 22 indigentes *B* et *VB:* se *Car.* 26 carnem uerum *B* non *om. B*

counitum habuisse corpus aut de caelo hoc detulisse aut
fantasma esse aut mortalem dicentes deum uerbum indiguisse,
ut a patre resuscitaretur, aut sine anima corpus aut sine sensu
hominem suscepisse aut duas substantias Christi secundum
permixtionem confusas unam factam fuisse substantiam et
non confitentes dominum nostrum Iesum Christum duas esse
naturas inconfusas, unam autem personam, secundum quod
unus Christus, unus idem filius, istos anathematizat catholica
8 et apostolica ecclesia. haec ergo sunt, frater dilectissime,
quae pro antidoto nos debere mittere flagitasti, quod nullus
amarum neque dulce noxium uidendum refugiat. nam et de
nostro conuentu disposueramus quosdam dirigere, si ratio id
temporis fieri permisisset. quod facere credimus oportune,
cum illarum partium correctio ad nos iuuante domino lega-
9 tione plenissima, sicut confidimus, fuerit nuntiata, sperantes
etiam de dei nostri misericordia, ut huic praedicationi nostrae
clementissimus et Christianissimus imperator unanimitatem
suam auxiliumque coniungat, quatenus pro fide, qua pollet,
in illis regionibus coherceat, qui nouis quaestiunculis et secun-
dum elementa mundi, sicut uas electionis ante praedixit,
superflua uanaque concinnant nolentes contineri salutaribus
10 disciplinis. sed uos, sicut ait idem apostolus, non ita
didicistis Christum, si tamen illum audistis et
in illo docti estis, sicut est ueritas in Iesu, quam
utique ille adprehendere poterit, qui orthodoxorum patrum,

19 Coloss. 2, 8 22 Ephes. 4, 20 sq.

1 co̎nuitum *B* 2 phantasma *V* 3 apare resuscitaretur *V*, a patre suscitaretur *B* 5 factum *B* 9 frs dilectissimę *B* 10 anthidoto *V* debe *B* 11 aārum *V* uidendo *Hartel* refugię *V* 12 diregere *B* 13 oportunae *B* 14 ad nos . . confidimus *om. B* 15 fuerint *B* 17 christianianissimus *B* 19 coerceat *B* qui nouis *scripsi:* qui nobis *B*. quin tuis *V* 20 tuas electiones *B* 21 uanaque *ex* uana te *corr. B* concinant *B* contineris *B* 23 dedicistis *B* 24 est *V:* es *B* iesum *V* 25 qui *B:* quę *V*

sicut saepe iam dictum est, obseruauerit instituta. deus te incolomem custodiat, frater karissime.

(82.)

AGAPITUS EPISCOPUS IUSTINIANO AUGUSTO. Gratulamur, uenerabilis imperator, quod tanto catholicae fidei ardore succenderis, ut omnibus piissimae uitae uestrae temporibus piam sollicitudinem circa seruandam augendamque ecclesiarum concordiam clementer adhibeas et unam fidem suaque per omnia firmitate consimilem omnibus populis Christianis cupias praedicari.
nec mirum in eiusmodi clementiam uestram placita deo cogi- 2
tatione persistere, cum non alius imperii uestri beatior sit prouectus quam religionis augmentum. quapropter libenti hoc et prophetica uoce cantabo: repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione, quod florentissimum principatum uestrum diuinis cotidie conspicimus bene-
ficiis adornari. cupis etenim, uenerabilis imperator, ut tuae 3
pietatis epistolam de fidei uestrae expositione nuper ad beatae memoriae decessorem nostrum Iohannem Romanae sedis antistitem per Hypatium atque Demetrium episcopos destinatam et a praefato praesule roboratam nostra quoque auctoritate firmemus: laudamus, amplectimur; non quia laicis auctoritatem praedicationis admittimus sed quia studium fidei uestrae patrum nostrorum regulis congruens confirmamus atque roboramus, per quod iam et unitas prouenit ecclesiae et reliqua catholicae membra ecclesiae ad eius conpagem uestrae christi-

13 Psalm. 125, 2

1 iam sepe *trsp. V* instituta EXPLICIT *reliquis omissis B*
82. ***Haec epistula una cum inserta ea, quae hic omissa est, Iustiniani ad Agapetum epistula*** Ante tempus ***complectente eiusdem Iustiniani ad Iohannem papam litteras*** Reddentes honorem ***integra legitur sub n. 91, ubi quae occurrunt lectiones uariae hic littera*** V[b] ***significaui. de tempore et editionibus cf. epistulae 91 praenotata.*** 8 sua quę *V* firmitate *V[b]:* firmate *V* 14 $\overset{\text{nrm}}{\text{męo}}$ *V* 15 printipatum *V* 16 tuae *V[b]:* tua *V* 19 ypatium *V* 20 roboratam *V[b]:* roboratum *V*

4 anitatis constantia reditura confidimus. cuius professionis uel epistolae uestrae tenorem inferius adnectentes studium, quod circa deum integre geritis, nostra auctoritate firmamus, praedicantes huiusmodi fidem omnibus patrum nostrorum regulis conuenire et apostolicae sedis concordare dogmatibus, constituentes, ut si quis nostrae catholicae fidei contraire temptauerit, quam pro submouenda haereticorum suspicione paternis regulis consonantem praesenti definitione firmamus, a sancta
5 communione efficiatur extraneus. unde et Cyrum eiusque sequaces iam ante pro hac insania ab ecclesiae catholicae communione suspensos et in sua hactenus perfidia permanentes, nisi sub satisfactione canonica doctrinam apostolicam fuerint consecuti, nullatenus patimur eos sacrae communioni restitui sed etiam ut haereticos anathemati subicimus. dignum etenim iudicamus, ut qui nostris constitutionibus parere contempserit, ecclesiasticum statum puritatemque non maculet. textus autem epistolae hic est.

(83.)

GLORIOSISSIMO ET CLEMENTISSIMO FILIO IUSTINIANO AUGUSTO UIGILIUS EPISCOPUS. Inter innumeras sollicitudines, quibus oneratur imperiale fastigium, laudabile clementiae uestrae cognoscimus esse propositum, per quod summotis omnibus discordiae seminibus, quae in agro dominico humani generis inimicus asperserat, uniuersos domini sacerdotes praemissis ad testimonium conscientiae suae professionibus, per quas sanctorum patrum et uenerabilium quattuor synodorum ac praesulum sedis apostolicae inhaerere definitionibus atque iudiciis monstrarentur, ad unitatem atque concordiam restituere properastis.
2 quarum professionum forma ut ecclesiasticae pacis amplec-

2 studium *corr. ex* studius *V* 7 submouendā *V*, *corr.* o 9 eius quę *V* 11 suspensos *V*[b]*:* suspensus *V* actenus *V* 16 puritatem quę *V*
83. *Dat. die 14 Mai a. 553. Edd. Bar. ad a. 553, 50 et Collect. Concil.* 19 $\frac{D}{I}$ GLORIOSISSIMO *V* IUSSTINIANO *V* 20 numeras *V*, *corr.* *v*[2] honeratur *V* 21 cognouimus *Bar.* 29 formam *Bar.*

tendum posteritati tradatur exemplum, praesenti, quemad-
modum se habeat, insertam paginae declaramus.
EXEMPLAR PRIMAE PROFESSIONIS QUAM AD SANCTAM EUPHI- 3
MIAM FECERUNT. Omnes quidem fideles, maxime uero dei
sacerdotes pacem et sanctificationem sequi cum omnibus opor-
tet, sine quibus nemo secundum apostolum uidebit dominum. et
nos igitur apostolicam sequentes doctrinam et festinantes concor-
diam ecclesiarum seruari praesentem facimus libellum. in primis 4
quattuor sanctas synodos patresque, qui in isdem synodis conse-
derunt, Nicaenam trecentorum decem et octo, Constantinopolitanam
centum quinquaginta, Ephesenam primam ducentorum (in qua in
legatis suis atque uicariis, id est beatissimo Cyrillo Alexandrinae
urbis episcopo et Arcadio et Proiecto episcopis et Philippo pres-
bytero, beatissimus Caelestinus papa senioris Romae noscitur prae-
sedisse) et Calcedonensem sexcentorum triginta sanctorum patrum
suscipimus et per omnia et in omnibus, quaecumque in omnibus 5
gestis Calchedonensis concilii aliarumque praedictarum synodorum,
sicut in isdem quattuor synodis scriptum inuenitur, communi con-
sensu cum legatis atque uicariis sedis apostolicae, in quibus iuxta
tempora sua prodecessores sanctitatis uestrae beatissimi papae
senioris Romae ipsis synodis praesederunt, tam <de> fide quam
de aliis omnibus causis iudiciis constitutionibus aut dispositionibus
definita aut iudicata uel constituta siue disposita sunt, inconcusse
inuiolabiliter inreprehensibiliter atque inretractabiliter sine adiectione
uel inmutatione aliqua nos promittimus secuturos nec quicquam
contrarium, quod ad earum reprehensionem et retractationem uel
permutationem siue iniuriam sub qualibet occasione uel nouitate
pertineat, ammissuros aut tale aliquid praesumentibus consensuros:
sed quaecumque communi consensu cum legatis atque uicariis 6
sedis apostolicae orthodoxa esse ibidem dicta sunt, ea orthodoxa
ueneramur atque suscipimus; quaecumque anathematizauerunt uel
damnauerunt, et nos anathematizamus atque damnamus et uniuersa,
sicut in isdem synodis communi consensu cum uicariis sedis apo-
stolicae iudicata aut definita uel constituta siue disposita lecta

5 sq. cf. Hebr. 12, 14

1 posteritate *V*, *correxi:* posteris *Bar.* 2 habet inserta *Bar.* pagina *V*, *correxi* 3 EXPLAR *V*, *corr.* *α* SANCTA EUPHIMIA *V*, *correxi:* S. Euphemiae templum *Bar.* 8 seruare *Bar. at cf. p. 235, 8* impleri 9 sancta *V*, *corr. Bar.* hisdem *V* 12 uicanis *V*, *corr.* *ο* 13 episcopis *Bar.:* episcopo *V* phylippo *V* 14 noscitur *ex* nocitur *corr. V* 18 hisdem *V* 21 de *add. Bar.* 25 imminutione *Bar.* 33 hisdem *V*

inueniuntur, inretractabiliter atque impermutabiliter conseruamus.
7 sed et beatae recordationis papae Leonis epistolas et sedis apo-
stolicae constituta, quae tam de fide quam de firmitate supra dic-
tarum quattuor synodorum processerunt, nos in omnibus secuturos
seruaturosque promittimus, anathematizantes omnem hominem ad
ordines et dignitates ecclesiasticas pertinentem, quicumque contra
ea, quae superius promisimus, sub qualibet occasione uel alter-
8 catione uenire temptauerit. libellum autem in causa trium capi-
tulorum, de quibus quaestio nata est, contra constitutum piissimi
principis et beatitudinis uestrae ego quidem nullum feci sed uolo
atque consentio, ut omnes libelli, qui facti sunt, sub hac forma
9 beatitudini uestrae reddantur. de iniuriis autem, quaecumque
beatitudini et sedi uestrae factae sunt, eas quidem non feci sed,
quia pro pace ecclesiae modis est omnibus festinandum, uelut si
eas fecissem, ueniam postulo. quia uero tempore discordiae excom-
municatos uel non receptos a beatitudine uestra in communione
suscepi, pariter ueniam postulo.

10 In hac forma fecerunt Menas Constantinopolitanus episcopus, Theodorus Caesareae Cappadociae, Andreas Ephesenus, Theodorus Antiochiae Pisidiae, Petrus Tarsensis, sed et multi alii idem fecerunt.

11 ITEM EXEMPLAR PROFESSIONIS QUAM RESIDUI EPISCOPI THEO-
PHANIORUM DIE NOBIS FECERUNT. Scientes, quantorum bono-
rum causa est pax dei custodiens corda et sensus fidelium
et colligens eos ut unum idemque sapiant in recta fidei con-
fessione et ad perficienda diuina mandata, et propitium deum
12 faciens in his, quae recta sunt, concordantibus: ideo festinantes
unitatem conseruare ad apostolicam sedem uestrae beatitudinis
manifestum facimus, quod nos semper conseruauimus et conseruamus

15 excomunicatos *V* 16 communionem *Bar.* 20 tharsensis *V* 22 EXPLAR *V* 23 Scientes *etc.*] *legitur haec professio etiam in Actis concilii quinti Constantinopolitani (Mansi IX 186): contuli, qui extant codices, C¹ = Paris. lat. 16832 et C² = Sangall. 672, quorum consensum significabo littera C non fere adnotatis utriusque propriis mendis leuioribus (C³ = codex Bellouacensis Baluzii nunc deperditus); Gr = eiusdem formae in concilio recitatae tenor Graecus (Mansi IX 185), quem saepius cum V stare contra C facile uidebis* 25 in recta fidei confessione *VC:* ἐν τῇ περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογίᾳ *Gr* 29 conseruauimus et conseruamus *V*, ἐφυλάξαμεν καὶ φυλάττομεν *Gr.:* et seruauimus et seruamus *C*

fidem ab initio traditam a magno deo et saluatore nostro Iesu
Christo sanctis apostolis et ab illis in omni mundo praedicatam
et a sanctis patribus explanatam et maxime ab his, qui in sanctis
quattuor synodis congregati sunt: quos per omnia et in omnibus 13
sequimur et suscipimus, id est trecentos decem et octo sanctos
patres, qui Nicaeae congregati sunt et sanctum symbolum siue
mathema fidei exposuerunt et Arrianam impietatem anathematiza-
uerunt et eos, qui eam sapuerunt uel sapiunt; suscipimus autem 14
et centum quinquaginta sanctos patres Constantinopoli congregatos,
qui idem sanctum mathema explanauerunt et de deitate sancti
spiritus dilucidauerunt et haeresem Macedonianam spiritum sanctum
impugnantem et impium Apollinarium condemnauerunt cum his,
qui eadem illis sapuerunt uel sapiunt; suscipimus autem et sanctos 15
ducentos patres in Ephesena prima synodo collectos, qui per omnia
secuti sunt idem sanctum symbolum siue mathema et condemna-
uerunt Nestorium impium et scelerata eius dogmata et eos, qui
similia ei aliquando sapuerunt uel sapiunt; ad haec autem 16
suscipimus et sexcentos triginta sanctos patres Calchedone congre-
gatos, qui etiam ipsi per omnia consenserunt praedictis sanctis
tribus synodis et secuti sunt praedictum symbolum siue mathema
a trecentis decem et octo sanctis patribus expositum et a centum
quinquaginta sanctis patribus explanatum et anathematizauerunt
eos, qui aliud praeter praedictum symbolum praesumunt docere
aut exponere aut tradere sanctis dei ecclesiis, condemnauerunt
autem et anathematizauerunt et Eutychen et Nestorium et impia
eorum dogmata et eos, qui similia eis sapuerunt uel sapiunt. his 17
ita se habentibus certum facimus, quod omnia, quae a praedictis
sanctis quattuor synodis iudicata et definita sunt, et seruauimus
et seruamus, quia etsi per diuersa tempora praedictae sanctae
quattuor synodi factae sunt, tamen unam eandemque confessionem
fidei seruauerunt et praedicauerunt. suscipimus autem et amplec-
timur et epistolas praesulum Romanae sedis apostolicae tam ali-

1 inio *V*, *corr.* *a* 3 a *om.* C^1 in *om.* C^1 5 sequimur *V*. ἀκολουθοῦμεν *Gr:* amplectimur *C* 7 mathema *C:* anathema *V* amanam *V*. *corr.* v^2 8 eam *V*, ταύτην *Gr:* similia eis *C* 9 constantinopolim *V et* C^1 *man. 2* 10 sanctis *V* 11 heresem VC^1*:* heresin C^2 machedonianam *V* sanctum spiritum *C* 13 eadem *V*, τὰ αὐτὰ *Gr:* similia *C* 14 ephesana prima synodo *V*, hephesina prima synodo C^2. ephesenam primam synodum C^1 congregatos *C* 16 scelerata *V:* impia *C* (τὸν ἀσεβῆ καὶ τὰ μυσαρὰ *Gr*) 22 et *om.* C^1 amathematizauerunt *V* 25 eutichen *V*, euthicem C^1 32 et apostolicae C^1

orum quam Leonis sanctae memoriae de recta fide scriptas et de
18 quattuor sanctis conciliis uel de uno eorum. cum igitur praedicta
omnia et seruauimus et seruamus et in isdem nobis ipsis inuicem
consentimus, necessarium est conferri de tribus capitulis, unde
quibusdam quaestio nata est, et ideo petimus praesidente nobis
uestra beatitudine sub tranquillitate et sacerdotali mansuetudine
sanctis propositis euangeliis communi tractatu eadem capitula in
medio proponenda quaeri et conferri et finem quaestioni imponi
deo placitum et conuenientem his, quae a sanctis quattuor concilíis definita sunt, quoniam ad augmentum pacis et concordiam
ecclesiarum pertinet, ut omni de medio dissensione sublata, quae
a praedictis quattuor sanctis conciliis definita sunt, inconcussa
seruentur, sanctarum synodorum reuerentia in omnibus custodita.
his autem et subscripsimus.

19 In hunc modum fratres et coepiscopi nostri Eutychius Constantinopolitanus, Apollinaris Alexandrinus, Domninus Antiochiae Syriae, Helias Thessalonicensis, sed et ceteri, qui primam professionem non fecerunt, in hac secunda professione aut suscripserunt aut seorsum eandem fecerunt.

20 His igitur ita dispositis optauimus quidem, uenerabilis
imperator ut, sicut frequentissime supplici prece poposcimus,
euntes ad quemlibet Italiae locum aut certe ad Siciliam
conuocatis ad nos Africanae et aliarum prouinciarum Latinae
linguae sacerdotibus uel ecclesiae nostrae sacratis ordinibus
secundum consuetudinem tractaremus et de quaestionibus
trium capitulorum pietati uestrae redderemus plena deliberatione
21 responsum. quod quia fieri serenitas uestra non adnuit, hoc
interim noscitur constitutum, ut oblatis a nobis mansuetudini
uestrae nominibus de supra scriptis prouinciis, qui nobiscum
ad tractatum adhiberentur, antistites clementia uestra faceret
aduenire. cui dispositioni item praebuimus ecclesiasticae pacis
22 amore consensum. postea uero hoc magis cum consensu fratrum

2 sanctis quatuor C^1 uel uno *C* 3 et (*non* et si) in *etiam C* hisdem *V:* his *C*, τούτοις *Gr* 7 propositis sanctis *trsp. C* 8 conferri C^2 *et teste Baluzio* C^3, ἀντιβληθῆναι *Gr:* confiteri VC^1 10 pạpacis *V* 15 eutichius *V* 16 apollenari *V* 17 tesalonicensis *V* 28 interim *scripsi:* iterum *V* 30 tractandum *Bar.* 31 item *Bar.:* idem *V*

nostrorum istarum partium episcoporum nuper ante sanctum
paschae diem pietas uestra constituit, ut exaequato numero
his pontificibus, qui in Constantinopolitana urbe praesentes
sunt, de tribus capitulis, ex quibus quaestio uertitur, secun-
dum superius designatam fratrum nostrorum episcoporum pro-
fessionem deberemus inire tractatum. sed quia, dum ea, 23
quae pro conseruanda ecclesiarum pace cum fratribus nostris
fieri uestra dispositione conuenerant, festinaremus impleri, ut
habita salubri deliberatione communiter et propter informan-
dam uniuersalem ecclesiam cunctis, quae inter nos gererentur,
in scriptum deductis atque iacentibus nostrum ex his collectum
de tribus capitulis in quaestionem deductis iudicium proueniret,
continuo pietas uestra post illud uolumen, quod nobis non 24
ante multos paschae dies per fratrem nostrum Benignum
Heracleae Pelagoniae direxit episcopum, aliam denuo chartam
post diem sanctum paschae per uirum magnificum Theodorum
decurionem palatii destinauit, in qua uos interim, quid de
tribus sentiretis capitulis, exponentes nostrum poposcitis dari
ex eadem debere causa responsum, idemque fratres nostri
neque exaequato nobiscum numero residere neque in scriptum,
quae ageremus uel tractaremus, redigi paterentur, tamquam
(quod absit!) non conuenientia rectitudini loqueremur, quae
scribere timeremus, et insuper gloriosissimis ad nos proceribus
destinatis insisteret uestra clementia nostrum de trium capitu-
lorum negotio quam celerrime proferri debere responsum: nec 25
sic destitimus uestrae oboedire uelle clementiae, hoc solum-
modo postulantes, ut pro infirmitate corporis nostri, quae
nulli habetur incognita, uiginti dierum nobis daretis indutias,
quatenus habito nobiscum deo auxiliante tractatu definitionis
nostrae constituto die scripto sententiam diceremus. ad 26
fratres et coepiscopos nostros, a quibus similiter de eadem

1 istarum *scripsi:* starum *V*, strarum *a*, *unde* nostrarum *o Bar.* 10 gerentur *V*, *correxi:* geruntur *Bar.* 15 cartham *V* 19 idemque *V:* ideoque cum o^2 21 paterentur *et* 24 insisteret *per leuem anacoluthiam quasi* 6 *non* quia *praecessisset sed* cum

causa responsum uos flagitare dixistis, filium nostrum diaconum
Pelagium cum huiusmodi mandato direximus dicentes, ut,
quia constitutus conlationis faciendae modus fuerat praeter-
missus, saltem XX dies pro ante dicta mei corporis inbecillitate,
quam norunt, nostrum deberent definitiuum de tribus capitulis
sustinere responsum, antiquum ac regularem custodientes
ordinem, ne ante nostrae hoc est sedis apostolicae, cui per
dei gratiam praesidemus, promulgationem sententiae quicquam
proferre temptarent, unde scandali rursus, quae sopita fuerat,
27 oriri potuisset occasio. propositis itaque nobis et diligenter
inspectis, in quantum uniuscuiusque capituli in quaestionem
deducti ratio postulabat, synodalibus codicibus atque gestis
prolatisque aliis eorundem patrum, qui uel in sanctis quattuor
synodis aut in una earum resedisse monstrantur, synodalibus
epistolis, inspectis nihilominus prodecessorum nostrorum sedis
apostolicae praesulum constitutis aliisque probatorum patrum
necessariis instructionibus pertractatis, si qua de his, quae in
quaestionem deducta sunt, apud patres nostros examinata
fuerint, finita atque disposita, memores superius designatarum
28 professionum inuestigare curauimus. inspicientes dogmata
quaedam in prima chartacei uoluminis parte per fratrem
nostrum Benignum episcopum Heracleae Pelagoniae a uestra
pietate transmissi iacentia, quorum tenor secundum intellectum
subter expositum ad excludendum totius ambiguitatis errorem
praesenti definitioni nostrae tenetur insertus, plena exsecra-
bilibus blasphemiis et orthodoxae fidei, quae secundum euan-
gelicam apostolicamque doctrinam a sanctis quattuor synodis
Nicaena Constantinopolitana Ephesena prima atque Calche-
donensi probabiliter atque inreprehensibiliter sancti spiritus

4 mei *V:* nostri *Bar.* 8 promulgatione *V, corr. o*[2] quiquam *V, corr. o* 13 prolatis quę *V, correxi* qui uel *scripsi haud ignorans magnam me Uigilio imputare socordiam:* quę uel *V,* uel *Bar.* 14 resedisse *V:* rescripsisse *Bar.* 15 èpistolis inspectis, nihilominus *Bar.* 16 apostolica *V, corr. α* 20 *fort.* <et quia> inspicientes 21 carthacii *V* 22 heraclię *V* 23 transmissis *V, corr. Bar.* 28 nicenā constantinupolitanā ephesenā primā *V, corr. ras. α*

cooperante praesentia legitur definita, ualde inimica esse perspeximus et procul a Christianis sensibus repellenda: propterea ergo utpote exsecrabilia atque a sanctis patribus olim sine dubitatione damnata nostra quoque sententia anathematizamus atque damnamus. quorum primum capitulum ita se habet:

Capitulum I. 29

Quomodo igitur tu, cui super omnes maxime decet dementium regimen, illum, qui ex uirgine natus est, deum esse et ex deo consubstantialem patri existimari dicis, nisi forte sancto spiritui imputare illius creationem nos iubes? sed, qui deus est et ex 30

6 Cap. I = Acta quintae synodi generalis collat. IV (Mansi IX 202 sqq.) n. 1., ubi '*Theodori Mopsuesteni ex tertio libro contra impium Apollinarium*' praefigit *C;* uerborum originalium Graecorum haec seruauit Leontius (Scriptor. ueter. noua collectio ed. Ang. Mai, VI p. 310 n. 34): Ἀλλ' ὅ γε θεὸς καὶ ἐκ θεοῦ ὁμοούσιος τῷ πατρὶ τῷ μὲν ἐκ τῆς παρθένου γεννηθέντι, ὦ θαυμάσιε, καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ τὰς θείας ἀναπλασθέντι γραφὰς καὶ τήν γε σύστασιν ἐπὶ τῆς γυναικείας δεξαμένῳ γαστρὸς ἐνῆν, ὡς εἰκὸς, ἐπειδὴ ἅμα τῷ διαπλασθῆναι καὶ τὸ εἶναι ναὸς θεοῦ εἰλήφει· οὐ μὴν τὸν θεὸν γεγενῆσθαι (leg. γεγεννῆσθαι) ἡγητέον ἡμῖν ἐκ τῆς παρθένου, εἰ μὴ ἄρα ταὐτὸν ἡγητέον ἡμῖν τό τε γεννηθὲν καὶ τὸ ἐν τῷ γεννηθέντι, τὸν ναὸν, καὶ τὸν ἐν τῷ ναῷ θεὸν λόγον· οὐ μὴν οὐδὲ κατὰ τὴν σὴν φωνὴν ἀποφαντέον πάντη τὸν ἐκ τῆς παρθένου γεννηθέντα θεὸν εἶναι ἐκ θεοῦ ὁμοούσιον τῷ πατρί· ** (lacunam indicaui) τῆς σαρκὸς οὐ δυναμένης ταύτην προσιέσθαι τὴν φωνήν; ἔστι μὲν γὰρ ἀνόητον τὸ τὸν θεὸν ἐκ τῆς παρθένου γεγενῆσθαι (leg. γεγεννῆσθαι) λέγειν· τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἐκ σπέρματος αὐτὸν λέγειν Δαβὶδ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς παρθένου τετεγμένον καὶ ἐν αὐτῇ διαπεπλασμένον· ἐπεί γε τὸ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς παρθένου συστὰν ἐν τῇ μητρῴᾳ γαστρὶ καὶ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος διαπλασθὲν δυνάμει γεγενῆσθαί (leg. γεγεννῆσθαί) φαμεν ἐκ τῆς παρθένου.

6 *de Theodori quae sequuntur capitulis etiam in actis synodi quintae generalis seruatis cf. Prolegom. cap. III: C = consensus codicum* C^1 *(Paris. lat. 16832) et* C^1 *(Sangall. 672);* C^3 *= lectiones deperditi codicis Bellouacensis a Baluzio adnotatae; lectiones quibus adscribo* '*uulgo*', *sunt coniecturae inde a conciliorum editione Romana nullo codice innixa ad Mansianam usque propagatae. magnam primi capituli partem repetiuit Pelagius II in ep. 3 ad Istriae episcopos data (Mansi IX 441 sq.)* Capitulum primum, *deinde in noua linea* I Quomodo *V* 7 dementium *C Pelag.:* clementium *V*, mentium *uulgo* 9 pari *V* 10 et ex deo et *V:* ex deo C^1, et C^2

deo et consubstantialis patri, ei quidem, qui ex uirgine natus erat
(o mirande!) et qui per spiritum sanctum secundum diuinas scrip-
turas plasmatus est et confictionem in muliebri accepit uentre,
inerat forsitan, quia mox, quam plasmatus est, et ut templum dei
esset accepit: non tamen existimandum nobis est deum de uirgine
natum esse, nisi forte idem existimandum nobis est et quod natum
est et quod est in nato templum et qui in templo est deum uer-
bum; non tamen nec secundum tuam uocem pronuntiandum est
omnino ex uirgine natum deum esse et ex deo consubstantialem
31 patri. nam si non homo est, sicut dicis, adsumptus, qui natus
est ex uirgine, deus uero incarnatus: quomodo, qui natus est,
deus ex deo et consubstantialis diceretur patri carne non potente
hanc uocem suscipere? nam est quidem dementia deum ex uirgine
natum esse dicere; hoc enim nihil aliud est quam ex semine eum
dicere Dauid de substantia uirginis genitum et in ipsa plasmatum.
quia quod ex semine Dauid et de substantia uirginis est, in ma-
terno uentre constitit et sancti spiritus plasmatum uirtute natum
32 fuisse dicimus de uirgine. ut autem aliquis ex hoc concedat
dicere ipsis, quod deus et ex deo et consubstantialis patri natus
est ex uirgine, eo quod est in templo nato: sed non per se natus
est deus uerbum, incarnatus uero, sicut dicit iste sapiens. si igitur
cum carne eum natum esse dicunt, quod autem natum est, deus
ex deo et consubstantialis patri est, necesse est hoc et carnem
33 dicere, quod, si non id caro est, quoniam nec deus nec ex deo
nec consubstantialis patri sed ex semine Dauid et consubstantialis
ei, cuius semen est, non id, quod natum est ex uirgine, deus et
ex deo et consubstantialis patri (nisi forte pars nati, prout ipse
in inferioribus partem Christi nominat deitatem) sed non diuina
34 natura ex uirgine nata est: natus autem est ex uirgine, qui ex
substantia uirginis constat. non deus uerbum ex Maria natus est;
natus autem est ex Maria, qui ex semine est Dauid, non deus
uerbum ex muliere natus est, sed natus est ex muliere, qui uirtute
sancti spiritus plasmatus est in ea; non ex matre natus est consub-
stantialis patri (sine matre enim iste secundum beati Pauli uocem)
sed qui in posterioribus temporibus in materno uentre sancti spiritus
uirtute plasmatus est utpote sine patre propter hoc dictus.

34 Hebr. 7, 3 36 Hebr. 7, 3

1 pari *V* 4 forsitam *V* 6 quod natum *C:* conatum *V* 7 templum *C:* templo *V* deus *uulgo* 14 eum *C:* cum *V* 18 ex *V:* et *C* 21 dicitis te *V* 23 pari *V* 25 ne consubstantialis pari *V* 34 iste *VC:* est *Bar.*

In supra scripto primo capitulo quoniam per circuitus id uidetur astrui, quia homo purus ex sancta uirgine Maria natus sit, dicendo 'si fatemur deum uerbum, qui consubstantialis est patri, carne ex eadem uirgine natum, necesse est ut et carnem consubstantialem patri consequenter esse dicamus' ideoque quicumque huiusmodi intellectu sapit docet credit aut praedicat et non eundem uerbum ac filium dei per secundam natiuitatem ex sancta uirgine incarnatum et natum credit, anathema sit. 35

Capitulum II. 36

Mox autem in ipso plasmato deus uerbum factus est; nec enim in caelum ascendenti solum inerat sed etiam ex mortuis resurgenti utpote et resuscitans eum secundum suam promissionem; nec resurgenti solum inerat sed etiam crucifixo et baptizato et euangelicam post baptisma conuersationem peragenti nec non etiam ante baptisma legalem adimplenti constitutionem et praesentato secundum legem et circumciso et partus pannis obuoluto; erat autem forte in ipso et nascenti et cum in materno utere esset a prima statim plasmatione; dispensationi enim, quae circa eum erat, ordinem imponebat utpote et particulatim ipsum ad perfectionem producens.

Capitulum III. 37

Et per tempus quidem ad baptisma ducens, post illud autem ad mortem, deinde secundum suam pronuntiationem resuscitans, ducens in caelum, collocans eum ad dexteram dei per suam coniunctionem, ex qua sedet et adoratur ab omnibus et omnibus iudicabit. istorum autem omnium finem apud se habebat deus uerbum, cum in eo erat, et omnia per ordinem conplebat. quem ordinem ipse arbitrabatur bene habere praefinitione quidem et uoluntate.

10 Cap. II = Act. Syn. 1. c. 2, ubi '*Et post alia*' praefigit *C*
22 Cap. III = Act. Syn. 3 ('*Et post alia*' praefigit *C*)

5 pari *V*, *corr. α* dicimus *V*, *corr. Bar.* 6 intellectus *V*, *correxi: cf. p. 240, 13* 10 cap̄ sc̄dm II *V* 12 inherat *V* 17 obboluto *V* 18 nascente *Surius* 26 sede *C* omnibus iudicabit *C*[2]*:* omnibus iudicauit *V*, omnes adiudicauit *C*[1] 29 prefinitione *C*[2]*:* prefinitionem *C*[1], per finitionem *V*

quam antea statuit pro his quae euentura erant, et bona uoluntate, quam circa eum habebat, ab initio similiter inerat ei, per ordinem autem sibi placitum ad perfectionem ducebat ipsum.

38 In supra scriptis secundo et tertio capitulis hoc uidetur astrui, quia deus uerbum homini plasmato inerat tamquam alter in altero. dicendo enim, ut particulatim dispensationi, quae circa eum erat, ordinem uideretur imponere et eum propter bonam uoluntatem, quam circa ipsum habebat et praestabat ei qui adsumptus est, ad prouectum perfectionis adducere, talibus uerbis dualitas personarum in uno domino ac deo nostro Iesu Christo execrabiliter uidetur induci et tamquam quemlibet hominem dei uerbi gratia per spatia temporum profecisse ideoque, quicumque eo intellectu sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

39 Capitulum IIII.

Suam autem cooperationem ad proposita opera praestabat ei qui adsumptus est: ubi hoc facit in loco sensus fuisse deitatem illi, qui adsumptus est? nec enim eis, quibuscumque suam donauit cooperationem, sensus locum illis † obtinebat; si autem et modo praecipuam quandam cooperationem donauit illi, qui adsumptus est,
40 non hoc faciebat locum sensus deitatem optinere. sed si deitas pro sensn fiebat illi, qui adsumptus est, secundum uestra uerba: quomodo timorem in passione suscipiebat? quid uehementioribus orationibus ad inminentem necessitatem indigebat, quas cum magna quidem et clamosa uoce, cum plurimis autem lacrimis secundum beatum Paulum referebat deo? quomodo timore tanto tenebatur, ut ex inmensa trepidatione fontes sudoris dimitteret euangelista aperte dicente, quod globis sanguinis similis sudor descendebat?
41 quid autem et angeli aduentu et uisitatione egebat animam reficientis in experimento malorum, confortantis eius alacritatem, ex-

15 Cap. IIII = Act. Syn. 4, ubi '*Ex eodem libro*' (sc. Theodori tertio contra Apollinarium) praeponit *C* 26 Hebr. 5, 7 28 Luc. 22, 44

7 imponeret *V*, *corr.* *v*² 19 illis *VC*¹, illi *C*²*C*³: *utrumque ut uidetur corruptum, sed eius quod uulgo scribitur plane peruersam infert sententiam. fortasse iam Graeca uerba corruptela deprauata erant* 26 detinebatur *C* 28 simililis *C*², *om.* *C*¹ 29 et *ante* angeli *om.* *V* anima *C*¹, *om.* *C*² 30 confortantes *V* excitantes *V*

citantis eum ad inminentem passionis necessitatem, tolerare fortiter mala suadentis, unguentis ad patientiam et tolerantiam malorum, ostendentis praesentium malorum fructum, ex passione mutationem futuram, gloriam bonam circa eum post passionem futuram? qui enim secundum euangelistae uocem confortabat eum, angelus scilicet, uerbis istis fortem eum faciebat et infirmitate naturae superiorem fieri hortabatur et corroborando cogitationes eius fortem eum faciebat.

In supra scripto quarto capitulo quia dici intellegitur, quod 42
sicut aliis hominibus donauit suam cooperationem deus, ita et ei, qui adsumptus est, licet praecipua, tamen similiter ut aliis hominibus dicitur esse donata et ita purum atque infirmum hominem circa passionem angeli eguisse praesidio, ut ei pro corroborandis cogitationibus eius futura gloria promitteretur de tolerantia passionis: quae si quis ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

Capitulum V. 43

'Uade post me, satanas; scandalum mihi es, quod non sapis ea quae dei sunt sed ea quae hominum: non est confusio mihi mors, non fugiam ipsam ut indecentem ad humanam gloriam respiciens; sustinebo autem meliore animo experimentum mortis pro plurimis bonis futurae, in quibus et ipse fuero et per me omnes. ne mihi animum laedas neque turbes tamquam confusione dignum fugere admonens mortis experimentum.'

In supra scripto quinto capitulo dicitur, quod ideo Iesus 44
Christus uerba Petri apostoli fuerit aspernatus, quando ei

5 Luc. 22, 43 17 Cap. V = Act. Syn. 5, ubi '*Et post alia in eodem libro* (sc. III contra Apollinarium) *idem Theodorus ex persona Christi quasi respondentis ad Petrum dicentem Christo de passione crucis Propitius tibi domine, non erit tibi istud* (Matth. 16, 22) *ita intulit*' praefigit *C* 18 Matth. 16, 23

2 unguentis VC^2, ungentis C^3: urguentis (tis *add. man. 2*) C^1, urgentis *uulgo* tollerantiam VC^1 3 molorum *V* 4 futuram *VC:* in *Bar.* mutationem, futuram gloriam, bona . . futura *Surius* 6 infirmitate *C:* infirmitatē *V* 7 hortabatur VC^1*:* cohortabatur C^2C^3 corroborando *V* 11 praecipuam *Bar.* 12 donata *ex* donatū *corr. V man. 1:* donatam *a Bar.* 15 tollerantia *V* 18 satanas VC^1: satana C^2 *Sur.* 22 futuris *Bar.*

dixit: uade post me, satanas; scandalum es mihi, quia non sapis ea quae dei sunt sed ea quae hominum, ne dissuasione eius animus ipsius perturbatus refugeret passionem et quia passione sua proficeret et pro plurimis bonis exinde sibi adipiscendis futurae mortis experimentum susciperet. qui igitur haec ita sapit docet credit aut praedicat et non magis nobis mortem ipsius, quam propria carne suscepit, aeternae credit uitae praemia contulisse, anathema sit.

45 Capitulum VI.

Quod enim dictum est: ducebatur a spiritu, aperte hoc
significat, quod ab eo regebatur, ab eo ad uirtutem propositorum
confortabatur, ab eo ad haec quae oportebat ducebatur, ab eo
quod decebat docebatur, ab eo cogitationibus corroborabatur, ut
ad tantum certamen sufficeret, sicut et beatus dicit Paulus: quicumque enim spiritu dei aguntur, hi sunt filii dei,
duci spiritu dicens illos, qui ab eo gubernantur, ab eo docentur,
ab eo ad melius constituuntur, ab eo competentium doctrinam
46 accipiunt. cum dixisset autem euangelista, quod spiritu sancto
plenus regressus est ab Iordane, aperte demonstrauit, quod huius
causa sancti spiritus habitationem in baptismate suscepit, ut inde
ad proposita caperet uirtutem. unde et ad certamen illud, quod
pro nobis erat ad diabolum effecturus, spiritu ducebatur.

47 In supra dicto sexto capitulo rursus tamquam purus homo ab spiritu, cuius praesentiam post baptisma suscepisse dicitur, ad omnia ductus perhibetur, confortatus et edoctus sicut ceteri homines, de quibus, ut hic uidetur dici, apostolus ait: quicumque spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt. si quis igitur haec ita sapit docet credit aut praedicat et non deum uerbum incarnatum unum esse credit et confitetur et praedicat Christum, anathema sit.

1 Matth. 16, 23 10 Cap. VI = Act. Syn. 6, ubi '*Et post alia*' praefigit *C* 11 Matth. 4, 1 15 et 28 Rom. 8, 14 19 Luc. 4, 1

1 mihi es *trsp. Bar.* 11 *uerba* quod enim dictum *usque ad* 16 filii dei *adfert Pelagius papa l. c p. 442* 16 hii VC^1 19 euangelistā *V* 22 ad proposita C^2C^3*:* ad propositam VC^1*,* propositam *Bar.* 24 suprascripto *Binius* 25 ab *V:* a ω 28 hii *V* sunt filii dei *trsp. Edit. Reg.*

Capitulum VII. 48

Dicant igitur nobis omnium sapientissimi: si pro sensu domino
Christo, qui est secundum carnem, deitas facta esset, sicut dicunt,
quid sancti spiritus cooperatione ad haec Christus indigebat? nec
enim unigeniti deitas spiritu indigebat ad iustificationem, spiritu
indigebat ad uincendum diabolum, spiritu indigebat ad operanda
miracula, spiritu indigebat ut doceretur ea quae decebat peragere,
spiritu indigebat, ut inmaculatus appareret. si enim pro sensu 49
quidem deitas, sufficiebat autem ad omnia eius uirtus, necesse
erat inde omnia fieri, ut superflua esset sancti spiritus habitatio.
sed nunc unctum esse dicit ipsum spiritu et habitasse in eo spiritum et ad omnia adiutasse proposita et doctrinam inde ipsum accepisse et uirtutem et inde impetrasse iustificationem et inde inmaculatum factum esse.

In supra scripto septimo capitulo hoc dici intellegitur, quia 50
ut ceteri homines ad iustificationem suam et ad uincendum diabolum et ad operanda miracula et ut doceretur ea, quae decebat eum agere, et ut inmaculatus appareret, habitatione sancti spiritus eguisset et ipso spiritu eum ad omnia adiutum fuisse proposita. quicumque ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat et non sua deitate Christum utpote uerum deum omnia operatum fuisse quae uoluit et operari quae uolet sed tamquam purum hominem sancti spiritus eguisse solatio, anathema sit.

1 Cap. VII = Act. Syn. 7, ubi '*Et post alia*' praefigit *C*

2 dicant igitur . . 8 appareret *adfert Pelagius l. c. p. 442* 3 factus *V* 8 inmaculatus *ex* inmaculatos C^1 *man. 2,* immaculus C^2 11 ipsum spiritum *V* 12 adiutasse VC^1C^3: adiuuasse C^2 18 habitationē *V*, *corr. Bar.* 19 eguisse $ς^2$ 21 sua *ς*: su *V*

51 Capitulum VIII.

Hoc, quod ante saecula erat, dicit in ultimis factum esse temporibus (utpote quibusdam hoc confitentibus, cum nemo ex his, qui pietatis curam habent, istum patitur morbum habere dementiae, ut dicat eum, qui ante saecula est, in ultimis factum esse) et his infert, quod necesse est et hoc, quod in ultimis est, ante saecula esse, et accusat eos, qui non omnia similiter cum obuersione dicunt, quasi his, qui unum esse filium confitentur, necessitatem habentibus
52 cum obuersione omnia dicere. et quis non beatificet uestram dementiam? quis autem non optet tales impetrare doctores tantam confusionem rationi pietatis introducentes, ut dicerent 'hoc, quod ante saecula est, factum est in ultimis' et hoc alienarent sua natura et ad deterius deducerent, deinde obuerterent quod et hoc, quod est in ultimis, ante saecula est, cum oporteret forte dicere quod, qui ante saecula erat, adsumpsit hunc, qui in ultimis erat
53 secundum beati Pauli uocem? uestras igitur leges sequentes et a tua sapientia constitutam obuersionem immo magis subuersionem suscipientes age omnia simul confundamus et nulla iam sit discretio nec dei formae nec serui formae, nec templi sumpti nec eius qui in templo habitauit, nec eius qui solutus est nec eius qui suscitauit, nec eius qui perfectus est in passionibus nec eius

1 Cap. VIII = Act. Syn. 8 ('*Eiusdem Theodori ex quarto libro contra impium Apollinarium*' *C*); Graeca seruauit Leontius 2—5: 'Ο πρὸ αἰώνων γέγονεν ἐπ' ἐσχάτων, πάλιν ὡς τινῶν δεδωκότων (?) καὶ τοῦτο λεγόντων, οὐδενὸς τῶν εὐσεβεῖν ἐσπουδακότων ταύτην ἑλομένων (leg. ἑλομένου) νοσῆσαι τὴν ἄνοιαν, ὥστε τὸν πρὸ αἰώνων εἰπεῖν ἐπ' ἐσχάτων γεγενῆσθαι (Script. ueter. noua coll. VI 310, 32) et 16 usque ad finem Οὐκοῦν τοῖς ὑμετέροις ἑπόμενοι νόμοις καὶ τὴν ὑπὸ τῆς σῆς ἀγχινοίας νομοθετουμένην ἀντιστροφήν, μᾶλλον δὲ καταστροφὴν δεξάμενοι φέρε δὴ πάντα εἰς αὐτὸν (leg. ταὐτὸν) συγχέωμεν καὶ μηδεμία λοιπὸν ἔστω διάκρισις, μὴ θεοῦ μορφῆς μὴ δούλου μορφῆς, μὴ ναοῦ ληφθέντος μὴ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν τῷ ναῷ, μὴ τοῦ λυθέντος μὴ τοῦ ἐγείραντος, μὴ τοῦ τελειωθέντος ἐν πάθεσι μὴ τοῦ τελειώσαντος, μὴ τοῦ μνημονευθέντος μὴ τοῦ μνημονεύσαντος, μὴ τοῦ ἐπισκεφθέντος μὴ τοῦ ἐπισκεψαμένου, μὴ τοῦ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένου μὴ τοῦ ἐλαττώσαντος, μὴ τοῦ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένου μὴ τοῦ στεφανώσαντος, μὴ τοῦ κατασταθέντος ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν <τοῦ θεοῦ μὴ add.> τοῦ καταστήσαντος, μὴ τοῦ λαβόντος αὐτὰ ἐν ὑποταγῇ μὴ τοῦ δώσαντος τὴν ὑποταγὴν (ibid. 33).

2 esset *V* 4 causam *V* habet *C* 5 his VC^2C^3: in his C^1, ex his *Bar.* 7 acusat *V*, occusat C^1 9 obuersionē *V* diceret et *V* beatificat *V* 10 oportet *V* 14 dicere *ex* diceret *corr.* *V* 15 quod qui *C:* quod quia *V*

qui perfecit, nec eius qui memoriam meritus est nec eius qui 54
memor factus est, nec eius qui uisitatus est nec eius qui uisitauit, nec eius qui paulo minus ab angelis minoratus est nec eius qui minorauit, nec eius qui gloria et honore coronatus est nec eius qui coronauit, nec eius qui constitutus est super opera manuum dei nec eius qui constituit, nec eius qui accepit ista ad subiectionem nec eius qui dedit subiectionem.

In supra dicto octauo capitulo diuersis modis uidetur in- 55
duci dualitas personarum per hoc quod dicitur 'non ipse, qui ante saecula erat, in ultimis dicendus est uenisse temporibus', sed quasi altera sit adsumentis humanitatem, altera adsumpti persona. si quis igitur haec ita sapit docet credit aut praedicat et non eundem deum uerbum, qui ante saecula ex patre natus est, in ultimis temporibus ex beata uirgine Maria incarnatum et natum esse fatetur, ut unus idemque sit Christus in utraque natura, anathema sit.

Capitulum IX. 56

Istum igitur uirum, in quo statuit omnium facere iudicium ad fidem futurorum, cum resuscitasset eum ex mortuis et iudicem omnium demonstrasset secundum beati Pauli uocem, merito unitate ad se ipsum dignatus est et per coniunctionem ad se factam talium participem eum fecit, ut et adorationis communionem haberet, omnibus quidem diuinae naturae debitam adorationem reddentibus, comprehendentibus autem adoratione et illum, quem inseparabiliter scit sibi coniunctum. ex quo manifestum est, quod ad maiora eum perduxerit.

In supra scripto nono capitulo coniunctionis et participati- 57
onis cuiusdam uocabulo quasi dei ad hominem Christum factae diuinis Christus asseritur operibus decorari: per quae rursus dualitas inducitur personarum. si quis igitur ita sapit

3 sqq. cf. Psalm. 8, 6 sqq. 17 Cap. IX = Act. Syn. 9 ('*Eiusdem Theodori ex tertio libro contra impium Apollinarium*' *C*) 20 cf. Act. 17, 31

6 subiectionem C^1C^2: sublectionem *V*, subuectionem C^3 7 subiectionem C^1: subiectione C^2, sublectionem *V*, subuectionem C^3; subleuationem *utroque loco Bar.* 8 suprascripto *Bar.* 20 unitatē *C* 22 eum *C: om. V* 24 adorationē *V* 25 scit *VC: fort.* fecit 26 perduxit *C*

docet credit aut praedicat et non unum eundemque Christum deum ac dominum nostrum manente in suis proprietatibus differentia naturarum agnoscit et credit, anathema sit.

58 Capitulum X.

'Ego quidem, quem uidetis, nihil quidem facere possum secun-
dum meam naturam, cum homo sim; operor autem, quia in me
manens pater omnia facit. quoniam enim et ego in patre et pater
in me, deus autem uerbum unigenitus dei in me est, certum est
59 quod et pater cum ipso in me manet et opera facit'. et non est
mirandum de Christo haec existimari, cum euidenter ipse de ce-
teris hominibus dicit: qui diligit me, uerbum meum ob-
seruet et pater meus diliget eum et ad eum ueniemus
et mansionem apud ipsum faciemus. si enim apud unum-
quemque huiusmodi hominem et pater et filius mansionem faciunt,
quid mirandum est, si in domino secundum carnem Christo ambo
simul putarentur manere communione eorum secundum substan-
tiam communionem etiam mansionis forsitan suscipiente?

60 In supra scripto decimo capitulo ita in homine Christo deus uerbum inesse dicitur sicut et pater, ut per hoc aut et pater incarnatus esse uideatur sicut et filius, aut nec filius sit incarnatus sicut nec pater, aut magis uterque in tertia persona

4 Cap. X = Act. Syn. 10 (*'Et post alia'* praefigit *C*); Graeca seruauit Leontius (Script. uet. noua coll. VI 310, 31): 'Εγὼ μὲν, ὃν ὁρᾶτε, δύναμαι μὲν ποιεῖν οὐδὲν κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἅτε ἄνθρωπος ὤν· ἐργάζομαι δὲ, ἐπειδὴ ἐν ἐμοὶ μένων ὁ πατὴρ ἅπαντα ποιεῖ· ἐπειδὴ γὰρ ἐγώ τέ φησιν ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, θεὸς δὲ λόγος ἐν ἐμοὶ ὁ τοῦ θεοῦ μονογενής, δηλονότι καὶ πατὴρ σὺν αὐτῷ ἐν ἐμοί τε μένων καὶ ἔργα ποιῶν. καὶ θαυμαστόν γε οὐδὲν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τοῦτο νομίζειν σαφῶς αὐτοῦ περὶ τῶν λοιπῶν λέγοντος ἀνθρώπων· ὁ ἀγαπῶν με τὸν λόγον μου τηρήσει καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν· εἰ γὰρ παρ' ἑκάστῳ τῶν τοιούτων ὅ τε πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς τὴν μονὴν ποιοῦνται, τί θαυμαστὸν, εἰ ἐν τῷ κατὰ σάρκα δεσπότῃ Χριστῷ ἄμφω κατ' αὐτῶν νομίζοιτο (leg. νομίζοιντο) μένειν τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν κοινωνίας προσιεμένης ὡς εἰκὸς καὶ τὴν τῆς μετοχῆς κοινωνίαν; 5 sqq. cf. Ioh. 14, 10 11 Ioh. 14, 23

5 ego quidem . . 13 faciemus *adfert Pelagius l. c. 442* 11 obseruabit *Bar.* 12 diliget *Pelag.:* diligit *VC* 14 hominem *VC*[1]*:* hominum *C*[2] 16 substantiaș *V* 17 suscipientem *V*

hominis habitare. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

Capitulum XI. 61

Ita et animam utpote humanam et inmortalem constitutam et sensus participem prius accipiens et per resurrectionem in immutabilitatem constituens sic et nobis eorundem istorum per resur-
rectionem praebuit communionem. ideo ante resurrectionem ex 62
mortuis increpat quidem Petrum ut suis eum uocibus scandalizantem et in magna trepidatione per tempus passionis constitutus apparitione angeli indiget confortantis eum ad patientiam et tolerantiam inminentium malorum. post resurrectionem autem ex mortuis et in caelos ascensum impassibilis factus et immutabilis omnino et ad dexteram sedens dei iudex uniuersi est orbis terrarum utpote in eo diuina natura faciente iudicium.

In supra scripto undecimo capitulo eadem repeti uidentur, 63
quae superius in quarto iam dicta sunt, quod ante passionem ita infirmus fuerit Christus, ut in magna trepidatione passionis tempore constitutus angeli uideretur eguisse solatio. quod quia uelut purum hominem, qui huiusmodi auxiliis egeat, significare uidetur, si quis ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

Capitulum XII. 64

Sic igitur et hic, sapientissime omnium, habere nos doces Christi sensum ut sanctum spiritum habentes illum, qui sensui Christi aliquam uirtutem adimplebat, prudentiam ei praestans ad omnia
quae agenda erant; sicut et in praecedentibus demonstrauimus, 65
quod ab ipso quidem in eremum ad certamina, quae contra diabolum erant, ducebatur, unctione autem illius et scientiam et uim eorum, quae agenda erant, accipiebat et illius particeps factus non solum miracula faciebat sed etiam, quomodo uti oportebat mira-

3 Cap. XI = Act. Syn. 11 (*'Et post alia'* praefigit *C*) 9 cf. Matth. 16, 23 22 Cap. XII = Act. Syn. 12 (*'Et post alia'* praefigit *C*)

5 in *V: om. C* 10 tollerantiam *V* 15 repenti *V, corr. o* 24 sensus Christo *C* 27 heremum *VC* 28 unctione *Surius:* unctionem VC^2, coniunctionem C^1 30 oporteba *V*

culis, sciebat subtiliter, ut notam quidem faceret gentibus pietatem, pateretur autem laborantium infirmitates et sic ad effectum suam uoluntatem educeret, et iustificabatur inde et inmaculatus ostendebatur siue reparatione peiorum siue custodia meliorum siue etiam paulatim ad meliora profectibus.

66 In supra scripto duodecimo capitulo eadem, quae in septimo capitulo, uidentur exponi, asserendo dominum nostrum Iesum Christum per habitationem sancti spiritus ad omnia informatum et per tempora ad perfectionem unctionis eius auxilio peruenisse. si quis igitur eum non sua deitate perfectum esse credens sed tamquam purum hominem unctione sancti spiritus indigentem fuisse adiutum sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

Capitulum XIII.

67 Quomodo igitur sequentiam habet eo, quod homo factus est
deus, istum hominem deum uerbum esse dicere? si enim homo
est deus uerbum, ut ipse dicis, omnimodo de homine dicimus ea,
quae de deo uerbo euangelista dicit. quid autem dicit? in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus
erat uerbum. iste erat in principio ad deum. omnia
per ipsum facta sunt et sine eo factum est nihil,
68 quod factum est. ergo si homo est deus uerbum, dicimus
de ipso: 'in principio erat homo et homo erat ad deum et deus
erat homo. erat homo in principio ad deum. omnia per ipsum
facta sunt et sine ipso factum est nihil, quod factum est.' si
enim homo est deus uerbum, sicut dicis, conuenient omnia ipsi,
quae de deo uerbo dicit euangelista.

69 In supra scripto tertio decimo capitulo negari uidetur deum uerbum hominem factum et rursus hominem deum uerbum esse, ut per hoc inducatur, sicut superius dictum est, dualitas personarum. si quis igitur ita sapit docet credit aut praedicat

18 Ioh. 1, 1—3

1 sciebat subtiliter . . 5 profectibus *exhibet Pelagius l. c. 442* 4 separatione *C* 6 eademque *V* 7 dm̄n *V* 14 *hoc capitulum non exhibet C* 17 dices *V, corr. o* 18 uerba *V, corr. Bar.* 20 erit in printipio *V* 21 eo *V:* ipso *Bar.* 22 decimus *V, corr. a*

et non potius manente in domino deo nostro Iesu Christo
inconuertibiliter atque indiuise differentia naturarum sic una
persona siue una subsistentia eius esse creditur, ut et deus
uerbum sine ulla diuinae naturae suae conuertibilitate homo
esse et adsumpta humanitas propter singularitatem personae
inconuertibiliter deus esse credatur, anathema sit.

Capitulum XIIII. 70

Hoc quidem, quod est ad patrem meum et patrem ue-
strum et deum meum et deum uestrum, nemo sic demens
est, ut alii cuidam conuenire diceret nisi templo dei uerbi, ad-
sumpto pro nostra salute homini, qui et mortuus est et resurrexit
et ascensurus esset in caelos et patrem sibi ascribit cum discipulis
deum, et ipse gratia adoptionem meritus, et deum suum appellat,
quia cum ceteris hominibus similiter, ut esset, accepit. unde 71
propter communitatem quidem naturae patrem meum et patrem
uestrum dicit et deum meum et deum uestrum; diuisit
autem iterum suam personam ab ipsis praecipuum gratiae signi-
ficans, propter quam ad deum uerbum coniunctione in loco ueri
filii ab omnibus honoratur hominibus.

In supra scripto quarto decimo capitulo per hoc, quod legitur 72
in euangelio ascendo ad patrem meum et patrem
uestrum, ad deum meum et ad deum uestrum, ita
intellegitur, quod Iesus Christus dominus et deus noster sicut
ceteri homines gratiam adoptionis, ut filius dei diceretur,
acceperit et quasi per coniunctionem ad deum uerbum in
locum ueri filii ab omnibus adoretur. quod si quis ita sapit
docet credit aut praedicat et non magis unum Iesum Christum
filium dei et dominum nostrum in duabus inconfusis et inse-
parabilibus intellegit et credit esse naturis, anathema sit.

7 Cap. XIV = Act. Syn. 13: '*Eiusdem* (sc. Theodori) *ex interpretatione euangelii secundum Iohannem libro sexto*' *C* (*lib. VII C*[1], om. *C*[2]) 8 15 21 Ioh. 20, 17

4 conuertibilitate c[2]: conuertibilię tuę *V* 8 quod *C:* quid *V* 12 assensurus *V* adscripsit *C* 13 gratia *C:* gratiam *V* atoptionem *C*[1], adoptionum *C*[2] 17 ab *C: om. V* 26 *fort.* loco

73 Capitulum XV.

Hoc, quod dictum est *accipite*, pro 'accipietis' dicit. si enim, cum insufflasset, spiritum dedisset discipulis, quod ualde quidam stulte existimauerunt, superfluum erat dicere postea his et maxime in tempore ascensus ad caelos non separari ab Hierusalem sed expectare promissionem spiritus et in sequentibus *sed accipietis*
74 *uirtutem superueniente spiritu sancto in uos.* et aduentum autem ipsum sancti spiritus super discipulos aperte Lucas factum esse dicit quinquagesimo die resurrectionis post ascensum. et illud autem animaduertendum est, quod, si ab insufflatu suscepissent spiritum, non diceret *accipite* sed 'quoniam accepistis'; hoc enim, quod dictum est *accipite*, his conuenit qui nondum acceperunt.

75 In supra scripto quinto decimo capitulo dicitur, quia insufflans dominus noster Iesus Christus post resurrectionem suam in facies discipulorum suorum non dederit eis spiritum sanctum sed dandum significauerit, ut per hoc aut ueritas ipsa, quod absit, putetur esse mentita aut tamquam purum hominem illo flatu non habuisse quod daret aut dare minime potuisse. si quis igitur haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

76 Capitulum XVI.

Dicit ad Thomam: *infer digitum tuum huc et uide manus meas et porrige manum tuam et mitte in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis.* 'quoniam' dicit 'non credis et tactum solum sufficere tibi ad credendum putas (haec enim dicens non me latuisti), tange manu et cape experimentum et disce credere et non diffidere'. Thomas quidem cum sic credidisset, *dominus meus et deus meus* dicit, non

1 Cap. XV = Act. Syn. 14 ('*Eiusdem Theodori ex eodem libro commenti secundum Iohannem*' *C*) 2 Ioh. 20, 22 5 cf. Act. 1, 4 6 Act. 1, 8 22 Cap. XVI = Act. Syn. 15 ('*Eiusdem Theodori ex commento secundum Iohannem*' *C*) 23 Ioh. 20, 27 29 Ioh. 20, 28

2 hoc *C:* hic *V* 3 insuflasset *V* quidam *C*[1]*:* quidem *VC*[2] 5 separati *V* 10 insuflatu *V* 14 insuflans *V* 19 daremini me *V* 22 *totum capitulum adfert Pelagius l. c. 442* 23 thoman *V* 26 actum *V* 27 manu *C:* manum *V*, manu m⟨e⟩ *Hartel*

ipsum dominum et deum dicens (non enim resurrectionis scientia docebat et deum esse eum qui resurrexit), sed quasi pro miraculo facto deum conlaudat.

In supra scripto sexto decimo capitulo de illo loco euangelii, 77
ubi Thomas apostolus palpans fixuras clauorum dixit: dominus meus et deus meus, asseritur, quod Thomas apostolus non ipsum Iesum Christum dominum deumque confessus sit, quia resurrectionis scientia non doceret uel quia deus esset qui resurrexit, sed quia magis pro miraculo facto Thomas apostolus deum laudauerit. si quis igitur haec ita sapit docet credit aut praedicat et non potius Thomae confessione et uerum deum esse Iesum Christum et in uera carne eum resurrexisse declaratum credit, anathema sit.

Capitulum XVII. 78

Ille autem dixit oportere paenitentiam agentes eos pro crucis iniquitate et agnoscentes saluatorem et dominum et omnium auctorem bonorum Iesum Christum, quoniam propter ista peruenit et adsumptus est de diuina natura, in ipsum fidem suscipere et eius discipulos fieri, ante omnia autem ad baptisma accedentes, quod et ipse tradidit nobis, praeformationem quidem habens sperationis futurorum, in nomine autem celebrandum patris et filii et sancti
spiritus. hoc enim, quod est ut baptizetur unusquisque 79
in nomine Iesu Christi, non hoc dicit, ut uocationem, quae
in nomine patris et filii et sancti spiritus est, relinquentes Iesum
Christum in baptismate uocent, sed quale est hoc, quod in Mosen
baptizati sunt in nube et in mari, ut diceret, quia sub
nube et mari Aegyptiorum separati sunt liberati eorum seruitute,
ut Mosae leges adtenderent, tale est ut baptizetur unusquis-
que in nomine Iesu Christi, ut cum ad ipsum accessissent 80

14 Cap. XVII = Act. Syn. 16 (*'Eiusdem Theodori ex commento quod est in Actus apostolorum libro primo ..' C*) 22 et 28 Act. 2. 38 25 Cor. I 10, 2

5 figuras *V* 8 sit *Hartel:* sit et *V* scientiam *V, correxi* 15 ille autem .. 252, 6 iudicauerunt apostoli *adfert Pelagius l. c. 443* 16 et omnium *C Pelag.:* omnium *V* 25 mosen *V:* moysen *C*², moyse *C*¹ *Pelag. Vulgata* 26 nub& *V* 28 mosae *C*², mose *V:* moysi *C*¹, Moysis *Pelag.*

tamquam saluatorem et omnium bonorum auctorem et doctorem ueritatis, ab ipso utpote auctore bonorum et doctore ueritatis uocarentur, sicut omnibus hominibus quamcumque sectam sequentibus consuetudo est ab ipso dogmatis inuentore uocari, ut Platonici et Epicurii et Manichaei et Marcionistae et si quidam tales dicuntur.
81 eodem enim modo et nos nominari Christianos iudicauerunt apostoli tamquam per hoc certum facientes, quod istius doctrinam oportet adtendere: sic et, quod ab ipso datum est, susciperent baptisma in ipso quidem primo constitutum, qui et primus baptizatus est, ab ipso autem et ceteris traditum, ut secundum praeformationem
82 futurorum celebretur.

In supra scripto septimo decimo capitulo ex uerbis beati Petri, quibus in actibus apostolorum dicit baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi, hoc astruitur, quia in ea inuocatione, quae in nomine patris et filii et spiritus sancti fit, non contineatur et Christus et, quod dixit Petrus apostolus debere eos in Christi nomine baptizari, non uideatur trinitatis significasse mysterium, ac per hoc consequens est ut, cum in trinitatis nomine baptizatur, non uideatur in Christi nomine baptizari, ut secundum hunc intellectum
83 appareat introducta quaternitas. adicitur etiam in eodem capitulo, quia sic a Christo Christiani uocemur, quomodo diuersarum sectarum uel errorum sequaces ab inuentoribus et magistris suis sunt sortiti uocabula, id est ut a Platone Platonici et a Marcione Marcionistae et a Manichaeo Manichaei. si quis igitur haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit. nos enim ideo Christiani uocamur et sumus, quia ipsum dominum nostrum Iesum Christum baptisma percipientes induimus et ipso nobis existente capite omnes in eodem unum corpus efficimur.

5 epicurii C^2: epicuri *V*, epicurei C^1 26 aut *o*: ut *V*

Capitulum XVIII. 84

Et secundum duas rationes locum imaginis optinet. qui enim
amant quosdam, post mortem eorum saepius imagines statuentes
hoc sufficiens mortis solatium habere arbitrantur et eum, qui non
uidetur nec praesens est, tamquam in imagine aspicientes putant
uidere, ita flammam desiderii et uigorem placantes. sed etiam illi,
qui per ciuitates habent imperatorum imagines, tamquam praesentes
et uidendos honorare uidentur eos, qui non sunt praesentes, cultu
et adoratione imaginum. ista autem utraque per illum adimplen- 85
tur: omnes enim, qui cum illo sunt, et uirtutem sequuntur et de-
bitorum dei parati redditores diligunt eum et ualde honorant, et
caritatem quidem ei diuina natura, licet non aspicitur, adimplet
in illo, qui ab omnibus uidetur, sic omnibus existimantibus ut
ipsum uidentibus per illum et illi semper praesentibus; et honorem
uero omnem sic adtribuunt tamquam imagini imperiali, cum quasi
in ipso sit diuina natura et in ipso spectetur. si enim et filius 86
est. qui inhabitare dicitur: sed cum eo est etiam pater et inse-
parabiliter omnimodo ad filium esse ab omni creditur creatura;
et spiritus autem non abest, utpote etiam in loco unctionis factus
ei, et cum eo est semper, qui adsumptus est, et non mirandum
est, cum etiam quibuslibet hominibus uirtutem sequentibus cum
filio et pater esse dicitur: ueniemus enim et ego et pater
et mansionem apud ipsum faciemus. quod autem et spi-
ritus huiusmodi hominum inseparabilis est, certum est omnibus.

In supra scripto octauo decimo capitulo ita inuisibilis uerbi 87
dei imago asseritur esse Christus, tamquam si absentum prin-
cipum imagines pro eorum colantur honoribus. quae si quis
ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

Capitulum XVIIII. 88

Hoc enim, quod hic est filius meus dilectus in quo mihi complacuit, in baptismate adoptionem demonstrat secun-

30 Cap. XVIII = Act. Syn. 17 (*'Eiusdem Theodori ex libro quartodecimo de incarnatione ..'* *C*) 22 Ioh. 14, 23 29 Cap. XVIIII = Act. Syn. 18 (*'Eiusdem Theodori Mopsuesteni de commento secundum Lucam euangelii'* *C*) 30 Luc. 3, 22

3 post mortem *V:* ppt mortem C^2 (*permultis locis in hoc codice pro* post *falso* propter *scriptum est*), ex morte C^1 4 aruitrantur *V* 5 emagine *V* 12 caritatem *C:* caritate *V* aspiciatur *Bar.* 13 exsistimantibus *V* 16 spectatur *C* 21 ⟨in⟩ quibuslibet *Surius* 26 absentium *uulgo*

dum comparationem Iudaicae adoptionis, quia et ad illos dictum erat: ego dixi 'dii estis et filii excelsi omnes' et: filios genui et exaltaui, eius adoptionis praecipuum eo, quod dixit
89 dilectus et in quo mihi complacuit, ostendens. propter hoc et uox patris fiebat adoptionem confirmans et filii nominatione per adoptionem secundum gratiam eum, qui uere filius est, demonstrabat: cuius coniunctio ad ueram et firmam adoptionem istum constituebat et spiritus sanctus in specie columbae descendens permansit super eum, quatenus in coniunctione ad eum, qui uere filius est, eius cooperatione tentus maneat firmam adoptionis habens dignitatem. per omnia autem, in quo primo adoptionis praeformabatur baptisma, dico autem domini Christi ex patre et filio et spiritu sancto, hoc quod fiebat complebatur.

90 In supra scripto nono decimo capitulo. ubi euangelium secundum Lucam de baptismo Christi uidetur exponi, duae sunt reprehensiones: una, quia dualitas inducitur filiorum, cum per adoptionem uidetur dici Christus filius dei; alia, quia in nomine trinitatis ipse quoque asseritur baptizatus, per quod quaternitas sine dubitatione monstratur. si quis igitur haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

2 Psalm. 81, 6 Esai. 1, 2 4 Luc. 3, 22

5 nominationem *V* 10 cooperatione (cooperatione *ras. ex* cooperationē *V*, cooperationem C^2 *et teste Baluzio* C^3) tentus *VC:* cooperationi intentus *Surius, falso, cum id uoluerit Theodorus:* spiritus sanctus .. permansit super eum, ut in coniunctione patris is, qui uere filius est. eius (*sc. spiritus*) cooperatione tentus maneat 11 preformatur C^1. preforbatur C^2, performabatur *V* 14 euangelio *V*, *corr.* v^2 16 qua *V*, *corr. Bar.* 17 ^{ui}detur *V*

Capitulum XX. 91

Ideo ergo differentiam quidem dei uerbi et recepti hominis tantam nobis ostendit psalmus. diuisa uero haec in nouo testamento inueniuntur: domino quidem in se accipiente primordia psalmi, in quibus factorem eum dicit esse creaturae et eleuatam habere super caelos magnificentiam et mirificari in omni terra; apostolo autem secunda, quae de homine sunt, qui tantum beneficium meruit, in Iesu accipiente. quomodo non manifestum, quod alterum quidem nos diuina scriptura docet euidenter esse deum uerbum, alterum uero hominem et multam eorum esse ostendit nobis differentiam? nam iste quidem memorat, ille autem memoriam meretur; et iste 92
quidem uisitat, alter autem, cum uisitationem meretur, beatus dicitur; et iste quidem beneficium dando minuit paulo minus ab angelis, ille autem et per talem minutionem beneficium accepit; et iste quidem gloria et honore coronat, alter autem coronatur et pro his beatus dicitur; et iste quidem constituit ipsum supra omnia opera manuum eius et omnia subiecit sub pedibus eius, alter autem meritus est dominari eis, quorum antea non habebat potestatem.

1 Cap. XX = Act. Syn. 19. ubi '*Eiusdem* (sc. Theodori) *ex interpretatione octaui psalmi*' praeponit *C;* Graeca seruauit Leontius (Script. ueter. noua coll. VI 311, 36): Διὰ τοῦτο τοίνυν τὴν μὲν διαφορὰν τοῦ τε θεοῦ λόγου καὶ τοῦ ἀναληφθέντος ἀνθρώπου τοσαύτην ἡμῖν δείκνυσιν ὁ ψαλμός· διῃρημένα δὲ ταῦτα ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ εὑρίσκεται, τοῦ μὲν κυρίου ἐφ' ἑαυτὸν λαμβάνοντος τὰ πρότερα τοῦ ψαλμοῦ, ἐν οἷς ποιητήν τε αὐτὸν ⟨λέγει add.⟩ εἶναι τῆς κτίσεως καὶ ἐπηρμένην ἔχειν ὑπεράνω ⟨τῶν οὐρανῶν add.⟩ τὴν μεγαλοπρέπειαν καὶ τεθαυμασθῶσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ, τοῦ δὲ ἀποστόλου τὰ δεύτερα περὶ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ τῆς τοσαύτης εὐεργεσίας ἀξιωθέντος τοῦ Ἰησοῦ λαμβάνοντος. πῶς οὐ πρόδηλον ὅτι ἕτερον μὲν ἡμᾶς ἡ θεία γραφὴ διδάσκει σαφῶς εἶναι τὸν θεὸν λόγον, ἕτερον δὲ τὸν ἄνθρωπον, πολλήν τε αὐτῶν οὖσαν δείκνυσιν ἡμῖν τὴν διαφοράν; ὁ μὲν γὰρ μνημονεύει ** (lacunam indicaui), ὁ δὲ καὶ ταύτης ἀξιούμενος μακαρίζεται· καὶ ὁ μὲν εὐεργετῶν ἐλαττοῖ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, ὁ δὲ εὐεργετεῖται καὶ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἐλαττώσει· καὶ ὁ μὲν δόξῃ καὶ τιμῇ στεφανοῖ, ὁ δὲ στεφανοῦται καὶ ἐπὶ τούτοις μακαρίζεται· καὶ ὁ μὲν κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὁ δὲ ἠξιώθη τοῦ δεσπόζειν τούτων, ὧν πρότερον οὐκ εἶχε τὴν ἐξουσίαν. 4 cf. Psalm. 8, 2 11 sqq. cf. ibid. 5—8

3 tantam *C²:* tantum *VC¹* 11 memoriam *C:* memoria *V* 12 alterum *V* 14 munitionem *V*

93 In supra scripto uicesimo capitulo, ubi octauus psalmus uidetur exponi, et nudus homo, sicut et in aliis iam dictum est, Christus asseritur et diuisus a deo uerbo monstratur et dualitas inducitur personarum. quae si quis ita sapit docet credit aut praedicat et non ita in Christo domino ac deo nostro duas naturas indiuisibiliter et inconfuse unitas intellegit, ut manente earundem differentia naturarum ipse unus atque idem uerus sit dei et uerus hominis filius, anathema sit.

94 Capitulum XXI.

Sed non uolentes ista considerare uoces omnes trahere ad dominum temptant Christum, ut et quae de populo factae sunt, simili modo intellegerent et risum praestarent Iudaeis, quando ex scriptorum sequentia nihil ad dominum Christum pertinentes ostendunt uoces.

95 Capitulum XXII.

Tale est et, quod non derelicta est anima eius in inferno nec caro eius uidit corruptionem; nam propheta quidem supra modum ipsum ponit circa populum, prouidentiam dicens, uolens dicere, quoniam inextemptabiles eos ab omnibus conseruauit malis. quoniam autem hoc uerum et ex ipsis rebus euentum accepit in domino Christo, sequentissime de eo loquens beatus Petrus utitur uoce ostendens, quoniam quod de populo supra modum dictum est ex quadam ratione utente uoce propheta, hoc uerum euentum in ipsis rebus accepit nunc in domino Christo.

9 Cap. XXI = Act. Syn. 20, ubi '*Eiusdem* (sc. Theodori) *ex principio commenti quod in duodecim prophetas scripsit* . .' praefigit *C* (in ipso illo commentario nobis Graece seruato cum nec haec uerba nec capp. XXII et XXIII leguntur, fuisse uidentur generalis cuiusdam prooemii nunc deperditi; cf. Ang. Mai, Script. uet. nou. coll. VI p. XIV. minus recte iudicasse uidetur O. F. Fritzsche, De Theod. Mops. uita et scriptis p. 53) 15 Cap. XXII = Act. Syn. 21 ('*Et post alia infert*' praemittit *C*) 16 cf. Psalm. 15, 10

7 differentiam *V*, *corr.* o 10 non uolentes $V(C^{3})$: non uoluntas C^{2}, nolentes C^{1} 11 temptent *V* factae *C:* facta *V* 13 criptorum *V* ostendunt *C:* ostendent *V* 17 corruptione *V* 19 *fort.* conseruabit 20 accipit *V* 21 sequentissime VC^{2}, sequenstissime C^{1}: frequentissime a^{3} *Bar. Baluz.* 23 quidam *V*

In supra scripto uicesimo primo et secundo capitulo hoc uidetur dici, quia prophetiam, quae ex persona Christi loquens ait: *non derelinques animam meam in inferno neque dabis sanctum tuum uidere corruptionem*, non de ipso Christo praedictam fuisse sed de populo Israheliticae generationis, beatum uero Petrum apostolum ad Christum hanc prophetiam per euentum aptare uoluisse. et ideo, qui haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit. 96

Capitulum XXIII. 97

Eundem intellectum habet et illud: *diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestimentum meum miserunt sortem*. quod enim psalmus nullatenus conuenit domino, certum
est. neque enim erat domini Christi, *qui peccatum non fecit*
nec inuentus est dolus in ore eius, dicere: *longe a* 98
salute mea uerba delictorum meorum. sed et ipse dominus secundum communem hominum legem, dum in passione opprimeretur, *deus meus, deus meus, quare me dereliquisti?* emisit uocem et apostoli *diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestimentum meum miserunt sortem* ad eum traxerunt manifeste, quoniam quod supra modum dictum fuerat prius a Dauid propter inlata ei mala, hoc ex operibus euenit in domino Christo, cuius et uestimenta diuiserunt et sorti tunicam subiecerunt.

In supra scripto uicesimo tertio capitulo exponendo quaedam 99
uicesimi primi psalmi uerba, quibus dicitur: *diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem meam miserunt sortem*, negantur Iesu Christo domino conuenire, sed, quod Dauid propter quaedam mala, quae perpessus est, de se dixerit, euangelistam ex euentu ad Christum traxisse, et adicitur, quia non poterat dicere dominus Iesus Christus, qui

3 Psalm. 15, 10 6 cf. Act. 2, 27 9 Cap. XXIII = Act. Syn. 22, ubi '*Item* (sc. Theodorus) *post alia*' praemittit C^1 (om. C^2, '*et post alia infert*' ut uidetur C^3) 10 18 25 Psalm. 21, 19 13 Petr. I 2, 22 (cf. Esai. 53, 9) 14 Psalm. 21, 2 17 Matth. 27, 46

2 quia *scripsi:* qui *V*, quod o 3 infernum *V*, *correxi* 16 legem dum *V et* C^1 *man. 2:* legendum C^2C^1 *man. 1* 17 oprimeretur *V* quare *C:* q̄r *V* 22 *sq.* sortitum cum subicerunt *V*

100 peccatum non fecit: longe a salute mea uerba delic-
torum meorum. et ideo, qui haec <ita> sapit docet credit
aut praedicat et non ea, in quibus delictorum meminit, ad
corpus ipsius, quod est ecclesia, quae in hoc mundo sine
delicto esse non potest, intellegit pertinere, illa autem de
diuisione uestimentorum non specialiter de ipso capite id est
domino deo nostro Iesu Christo praedicta et in ipso credit
esse completa, anathema sit.

101 Capitulum XXIIII.

Foderunt manus meas et pedes: et omnia perscrutabantur,
et quae agebam et quae conabar; nam 'foderunt' ex translatione
dixit eorum, qui per fossionem scrutari, quae in profundo sunt,
102 temptant. dinumerauerunt omnia ossa mea: totius meae
fortitudinis et totius meae substantiae detentores facti sunt, ut
etiam numero mea subicerent. istud autem ex consuetudine, quam
habent hostes, dixit, qui quando optinuerint, numero et talis sub-
103 tilem notitiam inuentorum faciunt. propterea et sequenter dicens:
ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me intulit:
diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestimentum
meum miserunt sortem. 'considerantes' enim 'me' ait 'et
conspicientes, quod omnia eis euenerunt in me desiderata ('con-
spicere' enim ita ut apud nos dicitur pro eo, quod est 'uidit in
eum, quae uolebat pati eum'), iam tamquam me omnino malis
dedito sicut hostes mea post uastationem et captiuitatem diuiserunt
104 sorte diuisionem eorum facientes'. et euangelista quidem in
domino uerba ex rebus adsumens eis usus est, sicut et in aliis
diximus: nam quod non pertineat ad dominum psalmus, in supe-
rioribus euidenter ostendimus. at uero beatus Dauid supra modum
ista magis ex his, quae ab Abessalom facta sunt, dixit. quoniam,
dum recessisset Dauid, iure belli metropolim ingressus omnes

1 Psalm. 21, 2 9 Cap. XXIIII = Act. Syn. 23, ubi '*Eiusdem* (sc. Theodori) *in psalmo uicesimo primo*' praefigit *C* 10 Psalm. 21, 17 13 Psalm. 21, 18 18 Psalm. 21, 18 19 Psalm. 21, 19

2 ita *addidi: om. V* 12 effossionem C^1, effusionem C^2 13 detemptatores C^1, detentatores C^2 15 subiceret *V* 16 talis *Bal.:* talibus *VC* 19 supra uestimenta mea *C* 22 ut *V:* et *C* 27 pertinet *C* 29 abessalom C^2*:* abessalon *V*, abisalon C^1

quidem optinuit res regales, non piguit autem etiam patris cubile inquinare.

In supra scripto uicesimo quarto capitulo de memorato 105
eodem uicesimo primo psalmo illa uerba, ubi dicit: foderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea; ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me, asseritur non de Christo esse praedicta sed Dauid haec de se dixisse propter tyrannidem Abessalom, qui regiam urbem substantiamque peruaserat atque in terra omnia dinumerauerat patris, sed euangelistam haec ex euentu ad Christi traxisse personam. qui igitur haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

Capitulum XXV. 106

Quoniam cibi et potus suaues quidem fiunt in tempore gaudii, insuauia autem et amara in tristitia, 'talia erant' inquit 'quae ab illis fiebant, ut ex tristitia et ira esset quidem mihi in locum fellis cibus, esset autem et potio aceto nihil differens'. maxime autem hoc fit in iracundiis, quae cum tribulatione fiunt, quod uerisimile erat pati eos contra suos. usus autem est euangelista hoc testimonio in domino, et ipse autem dominus zelus domus tuae comedit me de se ipso dicens, et beatus Paulus de Iudaeis loquens fiat mensa eorum et cetera, et beatus Petrus de Iuda fiat habitatio eius deserta. et certe diuersis 107
constitutis rebus, non quasi psalmo modo quidem pro his dicto, iterum autem de illo et iterum de alio, sed quia de Iudaeis dicta sunt plura, qui se separauerunt de deo et lege, conuincentia illorum indeuotionem, necessarius est testimoniorum usus simul et ex rebus captus, quale est: dederunt in esca mea fel et in siti mea potauerunt me aceto.

1 cf. Regn. II 16, 22 4 Psalm. 21, 17 sq. 13 Cap. XXV = Act. Syn. 24, ubi '*Eiusdem* (sc. Theodori) *de interpretatione sexagesimi octaui psalmi*' praescribit *C* 19 cf. Ioh. 19, 28 sq. 20 Ioh. 2, 17 (Psalm. 68, 10) 22 Rom. 11, 9 (Psalm. 68, 23) 23 Act. 1, 20 (Psalm. 68, 26) 28 Psalm. 68, 22

8 abessalon *V* 10 euangelista *V*, *corr. o* 14 ciui *V* 17 ciuus *V* acoeto *V* 18 cum *VC¹*: cum in *C²*, in *Surius* 22 *post* eorum *4 litterae erasae sunt in V* 24 reus *V* quidem *C*: *om. V* 26 se *C*: *om. V* 27 et ex *C*: ex *V* 29 acoeto *V*: acetum *C*

108 In supra scripto uicesimo quinto capitulo de eo loco psalmi, ubi dicit: dederunt in esca mea fel et in siti mea potauerunt me aceto, contra euidentem euangelii ueritatem exponitur dicendo, quia nec uere aceto potatus sit dominus sed ad tristitiam suam et iracundiam offerentum potationem habuerit in aceti loco et escam in fellis, nec de ipso praedictum sed euangelistam hoc testimonio usum fuisse ex euentu in domino. propterea, qui haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

109 Capitulum XXVI.

Sicut igitur per huiusmodi confessionem non deitatis Nathanahel habens scientiam ostenditur (Iudaei et Samaritae talia sperantes plurimum quantum dei uerbi a scientia longe erant), sic et Martha per confessionem illam non deitatis habens tunc scientiam probatur,
110 manifeste autem nec beatus Petrus: adhuc etenim ipsis sufficiebat tunc reuelationem illam suscipientibus praecipuum aliquid et maius de ipso praeter ceteros hominum fantasiam accipere; post resurrectionem autem spiritu producti ad scientiam tunc et reuelationis perfectam scientiam suscipiebant, ut scirent, quia praecipuum ipsi praeter ceteros homines non aliquo puro honore ex deo peruenit, sicut in ceteris hominibus, sed per unitatem ad deum uerbum, per quam omnis honoris ei particeps est post in caelos ascensum.

111 In supra scripto uicesimo sexto capitulo et agnitionem deitatis Christi ante resurrectionem eius Petrus habuisse negatur, fantasiam uero intellegentiae prae ceteris hominibus accepisse dicitur, et rursus dualitas filiorum inducitur, dum hominem participem dicit ad deum uerbum, posteaquam in

2 Psalm. 68, 22 10 Cap. XXVI = Act. Syn. 25 (*'Eiusdem Theodori ex libro primo de incarnatione..' C*) 11 cf. Ioh. 1, 49 13 cf. Ioh. 11, 27 15 cf. Matth. 16, 16

1 uigesimo *V* 3 acoeto *V* 4 uero *Bar.* 5 offerentium *uulgo* 6 acoeti *V* 7 euangelista *V, corr.* ο 11 huiusmodi *V*: huismodi C^2, huius rei C^1 17 ceteros *VC*: ceterorum *Surius, falso id quidem, cf. quae respondet Uigilius.* fantasia *Bar.*

caelos ascendit. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat et non unum eundemque esse intellegit Christum dominum nostrum dei et hominis filium manente in ipso unitarum differentia naturarum, anathema sit.

Capitulum XXVII. 112

Matthaeus quidem euangelista post temptationes dicit quod accedentes angeli ministrabant ei, scilicet cum eo constituti et cooperantes et omnibus circa eum deo ministrantes, quod iam per certamina ad diabolum ostensus est clarior. sed et quod passuro ei aderant angeli, ex euangeliis discimus et, cum resurrexit, in monumento uisi sunt. per omnia enim ista monstrabatur dignitas 113 Christi, quod inseparate ei angeli aderant et omnibus circa eum ministrabant: sicut enim a peccantibus separantur, sic et per meritum honoratis subueniunt. propter quod bene dominus ait, quod ‘maius uidebitis, quod et caelum aperietur omnibus per me et omnes angeli semper mecum erunt, nunc quidem ascendentes, nunc uero descendentes sicut ad domesticum dei et amicum’.

In supra scripto uicesimo septimo capitulo, ubi de Matthaeo 114 euangelista exponitur, quia consummatis temptationibus accesserint angeli, <ut> ministrarent Christo, dicitur, quia, sicut et aliis, per meritum honorato Christo subuenerint angeli et quia sic ad Christum in caelos ascenderint et descenderint angeli, tamquam ad amicum et domesticum dei. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat et non, ut uero deo, ueri dei filio, uni eidemque cum assumpta ex utero uirginis perfecta humanitate angeli utpote creatori et domino deseruierint atque deseruiant, anathema sit.

5 Cap. XXVII = Act. Syn. 26, ubi ‘*Eiusdem* (sc. Theodori) *de interpretatione secundum Iohannem euangelii libro primo*’ praefigit *C* 6 cf. Matth. 4, 11 10 cf. Luc. 22, 43 11 cf. Matth. 28, 2 15 cf. Ioh. 1, 50 sq.

6 Matheus *VC* 7 constituti et *C*: constituet *V* 15 quod et *VC*: et quod *uulgo* 18 matheo *V* 20 ut *add.* o^2: *om.* *V* 21 miritum *V*

115 Capitulum XXVIII.

Plus inquietabatur dominus et certamen habebat ad animae passiones quam corporis et meliore animo libidines uincebat mediante ei deitate ad perfectionem. unde et dominus ad haec maxime instituens uidetur certamen: cupiditate enim pecuniarum non deceptus et gloriae desiderio non tentus carni quidem praebuit
116 nihil, nec enim illius erat talibus uinci. animam autem si non recepisset sed deitas est, quae ea uicerat, nullatenus eorum, quae facta sunt, ad nos respicit lucrum (quae enim ad conuersationis perfectionem similitudo deitatis et animae humanae?) et uidentur domini certamina non ad nos respiciens habere lucrum sed osten-
117 tationis cuiusdam gratia fuisse. quod si hoc dicere non est possibile (certum etenim est, quod illa propter nos facta sunt), et maius certamen instituit ad animae passiones, minus autem ad carnis, quanto et amplius et magis inquietare illas contingebat et
118 magis illa erat, quae et amplioris indigebat medicinae; uidelicet quod et carnem et animam assumens per utraque pro utrisque certabat, mortificans quidem in carne peccatum et mansuetans eius libidines et facile capiendas meliore ratione animae faciens, erudiens autem animam et exercitans et suas passiones uincere et carnis refrenare libidines: haec enim deitas inhabitans operabatur, haec inhabitans mediabat utrique eorum.

119 In supra scripto uicesimo octauo capitulo iterum purus homo Christus inducitur, qui ratione animae corporis dicitur mansuetefecisse libidines et erudisse animam et exercitasse eam, ut passiones suas uinceret et carnis in se libidines

1 Cap. XXVIII = Act. Syn. 27; '*Eiusdem Theodori ex libris de incarnatione*' praefigit *C*, ἐκ τοῦ αὐτοῦ (sc. ιε΄) λόγου Leontius, qui Graece seruauit uerba prima: Πλέον γὰρ ὠχλεῖτο ὁ κύριος καὶ ἠγωνίζετο πρὸς τὰ ψυχικὰ πάθη ὑπὲρ τὰ τοῦ σώματος καὶ τῷ κρείττονι λογισμῷ τὰς ἡδονὰς ἐχειροῦτο τῆς θεότητος δηλαδὴ μεσιτευούσης καὶ βοηθούσης αὐτῷ πρὸς τὴν κατόρθωσιν (Script. uet. nou. coll. VI 309, 29).

2 plus inquietabatur . . 5 certamen *exhibet Pelagius l. c. 443* 4 ei *V*: *om. C Pelag.* 8 quae ea *C*: qui ea *V* 16 erat quae . . indigebat *C*: erant qui . . indigebant *V* 17 utrisque *V*: utrique C^1, utriusque C^2 18 mansuetans *V et* C^1 *man. 2*: mansuetas C^2C^1 *man. 1* 22 mediabat *scripsi*: mediebat *V*, mediabatur C^1, meditabatur C^2, medebatur *Bar.* 25 mansuetefecisse *scripsi*: mansuete fecisse *V*, mansuefecisse o^2, mansuetas fecisse *Bar.*

refrenaret: quae tamen utrique mediante deitate operatam fuisse dicit animam, ut secundum haec iam nec ipsum unum eundemque Iesum Christum mediatorem dei et hominum habeamus sed carni et animae mediatrix deitas fuisse uideatur. qui igitur haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

Capitulum XXVIIII. 120

'Sed si caro erat', inquit, 'crucifixa, quomodo sol radios auertit
et tenebrae occupauerunt terram omnem et terrae motus et petrae
dirumpebantur et mortui surrexerunt?' quid igitur dicant et de
tenebris in Aegypto factis in temporibus Mosae, non per tres horas
sed per tres dies? quid autem propter alia per Mosen facta miracula?
et quae per Iesum Naue, qui solem stare fecit, qui sol et
in temporibus Ezechiae regis et contra naturam retro reuersus est?
et de Helisei reliquiis, quae mortuum resuscitauerunt? si enim 121
uerbum deum passum demonstrant, quae in cruce facta sunt, et
propter hominem non concedunt haec facta esse, et, quae in
temporibus Mosae, propter genus Habraam non erunt et, quae in
temporibus Iesu Naue, et, quae in Ezechiae regis. quod si illa
propter Iudaeorum populum mirabiliter facta sunt, quomodo non
magis, quae in cruce facta sunt, propter dei uerbi templum?

7 Cap. XXVIIII = Act. Syn. 28: '*Eiusdem* ⟨*Theodori* C^1⟩ ⟨*ex libro* C^2⟩ *contra synusiastas* ⟨*uel Apollinaristas* C^2⟩ *quae et proposuit beatus Cyrillus et refutauit*' *C*. Uerba non Theodori sed Diodori Tarsensis esse, quippe qui conscripserit 'contra synusiastas' libros, iam Fritzschius adnotauit (De Th. Mops. uita et scriptis p. 91, adn.). Cyrillus haec refutauit in libro I contra Theodorum et Diodorum; cf. Acta eiusdem quintae synodi, coll. 5 (Mansi IX 232), ubi uerba illa eodem fere modo repetuntur. 8 cf. Luc. 23, 45; Matth. 27, 51 sq. 11 cf. Exod. 10, 22 13 cf. Ios. 10, 13 14 cf. Regn. IV 20, 11 15 cf. Regn. IV 13, 21

8 sed si caro . . 15 suscitauerunt *adfert Pelagius l. c. 443* 8 era *V* 11 mose *V*C^2: moysi C^1 (moyse C^3, moysii C^1 *in eiusdem concilii collatione 5*) 13 et in *V*: in *C* 14 natura *V* retro reuersus *V*C^1: retro uersus C^2 *Pelag.* (*et sic ut uidetur C in coll. 5*) 15 resuscitauerunt *V*C^3 (*et C in coll. 5*): suscitauerunt C^1C^2 *Pelag.* 18 mosę *V*: moysi C^2 *et corr. ex* moyse C^1 (moyse C^1, mose C^3 *in coll. 5*) abraham *C* (abrahae *ut uid. in coll. 5*)

122 In supra scripto uicesimo nono capitulo dum quasi Apollinari, qui diuinam naturam passionibus implicabat, contradicitur, a recto tramite declinatur et modus assertionis exceditur, ut purus homo pependisse putetur in cruce. et ideo qui haec ita sapit docet credit aut praedicat et non Christum deum uerum credens manente impassibili deitate eundem carne propria passum esse confitetur, anathema sit.

123 Capitulum XXX.

Manifestum autem est, quod unitas conuenit: per eam enim collectae naturae unam personam secundum unitatem effecerunt. sicut enim de uiro et muliere dicitur, quod iam non sunt duo sed una caro, dicamus et nos rationabiliter secundum unitatis rationem quoniam non sunt duae personae sed una, scilicet naturis discretis. sicut enim ibi non nocet numero duorum unam dici carnem (certum est enim, secundum quod una dicitur), ita et hic
124 non nocet naturarum differentiae personae unitas. quando etenim naturas discernimus, perfectam naturam dei uerbi dicimus et perfectam personam (nec enim sine persona est subsistentiam dicere), perfectam autem et hominis naturam et personam similiter; quando autem ad coniunctionem respiciamus, unam personam tunc dicimus.

8 Cap. XXX = Act. Syn. 29: '*Eiusdem* (sc. Theodori; '*sancti Cyrilli*' falso add. *C*[1]) *ex libro octauo de incarnatione*' *C;* Graeca seruauit Leontius (Script. uet. noua coll. VI 305, 6): πρόδηλον δέ, ὡς τὸ τῆς ἑνώσεως ἐφαρμόζον· διὰ γὰρ ταύτης συναχθεῖσαι αἱ φύσεις ἓν πρόσωπον κατὰ τὴν ἕνωσιν ἀπετέλεσαν· ὥστε ὅπερ ὁ κύριος ἐπί τε τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικός φησιν, ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο ἀλλὰ σὰρξ μία, εἴποιμεν ἂν καὶ ἡμεῖς εἰκότως κατὰ ἑνώσεως λόγον, ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο πρόσωπα ἀλλ' ἕν, δηλονότι τῶν φύσεων διακεκριμένων· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ οὐ λυμαίνεται τῷ ἀριθμῷ τῆς δυάδος τὸ μίαν λέγεσθαι τὴν σάρκα — πρόδηλον γὰρ καθ' ὃ μία λέγονται (leg. λέγεται) —, οὕτω κἀνταῦθα οὐ λυμαίνεται τῇ τῶν φύσεων διαφορᾷ τοῦ προσώπου ἡ ἕνωσις. ὅταν μὲν γὰρ τὰς φύσεις διακρίνωμεν, τελείαν τὴν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου φαμὲν καὶ τέλειον τὸ πρόσωπον (οὐδὲ γὰρ ἀπρόσωπον ἔστιν ὑπόστασιν εἰπεῖν), τελείαν δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν καὶ τὸ πρόσωπον ὁμοίως· ὅταν μέντοι ἐπὶ τὴν συνάφειαν ἀπίδωμεν, ἓν πρόσωπον τότε φαμέν. 11 Matth. 19, 6

3 asertionis *V* 9 manifestum . . 14 discretis *adfert Pelagius l. c. 443* 15 quid *Surius in margine* 20 respiciamus *VC*[2]: respicienti *C*[1], respicimus *Surius*

In supra scripto tricesimo capitulo pessimo exemplo temp- 125
tatur ostendi, quomodo una persona Christi possit intellegi: id est, sicut de uiro et muliere conuenientibus legitur, sic et in Christo discretis naturis quasi unam esse personam, et sequitur perfectam esse naturam dei uerbi et perfectam personam et perfectam hominis naturam atque personam similiter. unde apparet, quia et de exemplo uiri ac mulieris, ubi duae personae sunt, et de his, quae secuntur, tametsi tacetur numerus, duae tamen inducuntur unius Christi personae. quod qui ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

Capitulum XXXI. 126

Sed Christum quidem secundum carnem adsumptam serui formam, eum autem, qui eam adsumpsit, super omnia nominans deum, intulit tamen hoc secundum coniunctionem, ut per significationem nominum naturarum manifestam diuisionem faciat. nemo igitur neque eum, qui secundum carnem ex Iudaeis est, dicat deum nec iterum deum, qui est super omnia, secundum carnem ex Iudaeis.

In supra scripto tricesimo primo capitulo in expositione, 127
quae de symbolo trecentorum decem et octo patrum facta uidetur, non solum diuisio naturarum asseritur sed et absolute dicendo neque eum, qui secundum carnem ex Iudaeis <est, deum nec iterum deum, qui est super omnia, dicendum esse secundum carnem ex Iudaeis> nudus deitate homo et purus sine carne deus quasi seorsum et seorsum duae pronuntiantur esse personae. si quis ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat et non sic in uno Christo unitas confitetur esse naturas, ut personae siue subsistentiae singularitas agnoscatur, anathema sit.

11 Cap. XXXI = Act. Syn. 31: '*Eiusdem* (sc. Theodori) *ex interpretatione symboli trecentorum decem et octo sanctorum patrum*' *C*

12 *totum capitulum exhibet Pelagius l. c. 443* carnem et adsumptam *Surius* 15 manifestam diuisionem *V:* manifestandi uisionem C^1, manifestam et diuisionem C^2 21 est deum .. ex Iudaeis. *inserui secundum ipsius capituli uerba: om. V*

128 Capitnlum XXXII.

Iesum enim dicit a Nazareth, quem unxit deus spiritu sancto et uirtute: qui autem dei spiritu unctus est, omnimodo aliquid inde adsumpsit. quis autem furens dicat de spiritu aliquid adsumpsisse diuinam naturam nec non et participum? 'participes' enim eius uidelicet uocat, qui et ipsi uncti sunt; qui autem uncti sunt et in hoc participes eius iuste facti, non aliter unctionis
129 communicare dicantur nisi ei, qui adsumptus est. et hoc ipsum autem demonstratur, quod mercedem iustam accepit: 'pro hoc' enim inquit 'quod dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, pro his praecipuam unctionem meruisti'.

130 In supra scripto tricesimo secundo capitulo in commento epistolae ad Hebraeos adhibetur illud beati Petri, ubi dixit: Iesum a Nazareth, quem unxit deus spiritu sancto et uirtute, et infertur 'qui autem dei spiritu unctus est, omnimodo aliquid inde adsumpsit' et additur 'quis autem furens dicat de spiritu aliquid adsumpsisse diuinam naturam?'
131 per quae uerba purus homo Christus inducitur, qui unctione sancti spiritus particeps factus sit diuinae naturae, sicut et alii, et mercedis iustae nomine, quia dilexerit iustitiam et oderit iniquitatem, praecipuam meruerit unctionem. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

132 Capitulum XXXIII.

Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel: hoc est 'tu es ille, qui de longe praedicatus es Christus'; haec enim scilicet de Christo sperabant sicut domestico constituto praeter omnes deo.

1 Cap. XXXII = Act. Syn. 32: '*Eiusdem ex commento epistolae ad Hebraeos*' *C* 2 Act. 10, 38 5 Hebr. 1, 9 9 cf. Hebr. 1, 9 23 Cap. XXXIII = Act. Syn. 33: '*Eiusdem Theodori de interpretatione secundum Iohannem euangelii libro primo*' *C* 24 Ioh. 1, 49

2 Iesum enim . . 5 diuinam naturam *exscripsit Pelagius l. c. 443 sq* 2 uncxit *V* 3 dei *V:* de *C Pelag.* 5 participium *C* 7 unctionis *C:* unctiones *V* 10 pro *VC:* prae *uulgo in marg.* 14 uncxit *V* 20 iuste *V* 25 es *VC*[2]: est *C*[1] 26 sperabat *uulgo*

Capitulum XXXIIII. 133

Certus quidem et ipse erat filium dei non secundum deitatis dicens natiuitatem sed secundum quod domesticus deo erat, per quod filii dei per uirtutem domestici deo constituti homines interim uocabantur.

In supra scripto tricesimo tertio et tricesimo quarto capi- 134
tulo de interpretatione euangelii secundum Iohannem adhibentur uerba Nathanahel dicentis domino: tu es filius dei, tu es rex Israel et infertur dictum esse Christo tamquam domestico dei, ut non ipse Christus sit deus sed plus quam alii homines sit domesticus deo. et adicitur, quia sicut alii sancti homines filii dei dicuntur, homines tamen sunt, sic et Christus per familiaritatem, quam ad deum habet, a Nathanahele, cum quo loquebatur, deus sit nominatus. quae si quis ita sapit 135
docet credit aut praedicat et non eundem Christum uerum deum et uerum hominem confitetur unum in utraque natura perfectum, anathema sit.

Capitulum XXXV. 136

Quando enim dixerit: de filio suo, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, certum quidem, quod filium hic eum, qui ex semine Dauid factus est secundum carnem, non deum dicit uerbum sed adsumptam serui formam. nec enim deus secundum carnem nec deus ex semine factus est Dauid sed sumptus pro nobis homo, quem filium beatus apostolus manifeste uocat.

In supra scripto tricesimo quinto capitulo cum exponitur 137
locus apostoli de epistola ad Romanos, ubi dicit: de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, nuda serui forma depromitur dicendo, quod hic filium eum, qui ex semine Dauid factus est secundum carnem,

1 Cap. XXXIIII = Act. Syn. 34: '*Et post alia*' praefigit C[1] 8 Ioh. 1, 49 18 Cap. XXXV = Act. Syn. 35: '*Eiusdem Theodori ex libro ad baptizandos*' C 19 et 27 Rom. 1, 3

2—5 *exscripsit Pelagius l. c. 444* 4 dei *C Pelag.*: dei qui *V* 19 dicit *uulgo* 29 forma *ras. ex* formā *V*

non deum uerbum dicat sed sumptum pro nobis hominem, quem filium beatus apostolus manifeste uocet: quae uerba
138 ostendunt nudum, sicut dictum est, hominem praedicari. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat et non eundem, qui ex semine Dauid secundum carnem natus est, iuxta Pauli apostoli uocem ipsum credit esse etiam super omnia deum, anathema sit.

139 Capitulum XXXVI.

Renatus alter factus est pro altero, non iam pars Adam mutabilis et peccatis circumfusi sed Christi, qui omnino inculpabilis per resurrectionem factus est.

140 In supra scripto tricesimo sexto capitulo, ubi ad baptizatum dicitur, quia 'renatus alter factus est ex altero, non iam pars Adam mutabilis et peccatis circumfusi sed Christi, qui omnino inculpabilis per resurrectionem factus est', quibus uerbis Christum ante resurrectionem, quod absit, uult uideri fuisse culpabilem: qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

141 Capitulum XXXVII.

Ut multam quidem eius faceret diligentiam, omnia autem illius propria faceret et toleraret per omnes eo ducto passiones, per quas eum secundum suam uirtutem perfectum fecit, nec a mortuo secundum suae naturae legem recedens sed sua praesentia et operatione et gratia liberans quidem eum de morte et malis, quae inde sunt, resuscitans autem eum de mortuis et ad meliorem finem perducens.

142 In supra scripto tricesimo septimo capitulo dicitur, quia Christo in passionibus et in morte deus uerbum praesentia et operatione et gratia adfuerit: quod si ita est, tamquam alter alteri praesens gratiam et operationem impendisse uide-

8 Cap. XXXVI = Act. Syn. 36: '*Eiusdem Theodori ex eodem libro*' *C* 19 Cap. XXXVII = Act. Syn. 37: '*Eiusdem ex eodem libro*' *C*

5 iaxta *V*, *corr.* *a* 9 est *VC*[1]: es *C*[2] 10 peccati *V* 21 et toleraret.. passiones *om.* *C*[2] tolleraret *V* dicto *C*[1] passiones *om.* *C*[1] 22 mortuis *uulgo* 23 gratia *scripsi:* ad gratia *V*, ad gratiam *o*

bitur. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat et non ipsum deum uerbum seruata impassibilitate diuinitatis suae in carne anima rationali et intellectuali animata, quam sibi ab ipso conceptu uniuit ex uirgine, omnia, quae de passione eius scripta sunt, uoluntarie sustinuisse dicit, anathema sit.

Capitulum XXXVIII. 143

Deinde ostendens, cuius gratia passus est, diminutionem infert: quatenus citra deum pro omnibus gustaret mortem, quia, diuina natura ita uolente, separata illa ipse per se pro omnium utilitate gustauit mortem; et ostendens, quod deitas separata quidem erat illo, qui passus est, secundum mortis experimentum, quia nec possibile erat illam mortis experimentum accipere, non tamen illo, qui passus est, afuerat secundum diligentiam.

In supra scripto tricesimo octauo capitulo et falsatum 144
testimonium apostoli agnoscimus, quia ubi legitur: ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem, hic inuenitur: ut sine deo pro omnibus gustaret mortem et hoc quasi astruendo dicitur, quia diuina natura separata ipse per se uelut purus homo pro omnium utilitate gustauerit mortem. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat et non confitetur, quia deus uerbum carnem, quam sibi ex ipsa conceptione secundum subsistentiam aduniuit, nec in passionibus nec in morte umquam deseruerit, anathema sit.

Capitulum XXXVIIII. 145

Iesum enim ait de Nazareth, quem unxit deus spiritu et uirtute: cuius unctionem meritus et inmaculatus effectus est

7 Cap. XXXVIII = Act. Syn. 38: '*Eiusdem Theodori ex eodem libro*' *C* 9 Hebr. 2, 9 25 Cap. XXXVIIII = Act. Syn. 39: '*Eiusdem* (sc. Theodori) *ex eodem libro*' *C*. Aliam huius capituli uersionem latinam uide in opusculo Innocentii Maroniae episcopi 'De his qui unum ex trinitate . . Iesum Christum dubitant confiteri' (=Spicileg. Casinense I 152 sq.) 26 Act. 10, 38

4 uigine *V* omniquę *V*, *corr. Bar.* 9 citra VC^2: circa C^1 10 uolentes *V* 12 <ab> illo *Surius* 14 illi *Surius* 19 uel ut *V*, *correxi* 23 im passionibus *V* 26 uncxit *V*

per omnia et ad diuinam naturam meruit coniunctionem. neque enim coniunctionem suscepisset illam nisi prius inmaculatus factus fuisset, ut sic condeceat illius unitatem.

146 In supra scripto capitulo tricesimo nono rursus illud, quod beatus Petrus dixit: Iesum a Nazareth, quem unxit deus spiritu et uirtute, exponens dicit per unctionem spiritus, quam meruit, et inmaculatum eum per omnia factum et ad diuinam naturam meruisse coniunctionem: quae uerba Christum purum hominem aperte significant. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

147 Capitulum XL.

Nam et illud: hic est filius meus dilectus in quo mihi complacuit, insania euidens est de deo uerbo putare dicere eum. qui enim dixit: hic est filius meus dilectus et intulit: in quo mihi complacuit, significauit, quod aperte ad comparationem hoc dicit aliorum filiorum, qui nec dilecti ei facti sunt nec placere nimis potuerunt ei.

148 In supra scripto capitulo quadragesimo de interpretatione euangelii secundum Matthaeum, ubi dicitur: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit, subiungitur et dicitur 'insania euidens est de deo uerbo putare dicere eum. qui enim dixit: hic est filius meus dilectus et intulit: in quo mihi complacuit, significauit, quod aperte ad comparationem hoc dicit ‹aliorum› filiorum, qui nec dilecti
149 ei facti sunt nec placere nimis potuerunt': quae uerba Christum Iesum purum rursus hominem et adoptiuum filium euidenter ostendunt. qui igitur haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

5 Act. 10, 38 11 Cap. XL = Act. Syn. 40: '*Eiusdem Theodori ex interpretatione secundum Matthaeum euangelii*' *C*. Initium capituli alia uersione exhibet Innocentius Maroniae episcopus (Spicileg. Casinense I p. 152 n. 6) 12 19 22 Matth. 3, 17

2 factus *C: om. V* 3 sic *C:* si *V* 7 quam *scripsi:* quod *V* 13 insanię uidens *V* 16 ei *C: om. V* 17 nimis *C:* minis *V* 19 matheum *V* 21 putare *scripsi:* patre *V* 24 aliorum *inserui: om. V* 25 minis *V*

Capitulum XLI. 150

Permanens autem, donec secundum suam creaturam et uirtutem soluens mortis dolores liberauit eum ineffabilibus illis uinculis et de mortuis resuscitans transtulit quidem in immortalem uitam, incorruptum autem eum et inmortalem et immutabilem efficiens in caelum eduxit.

In supra scripto quadragesimo primo capitulo dicitur, quod 151
soluens mortis dolores liberauerit Christum ineffabilibus illis uinculis et de mortuis resuscitans transtulerit quidem ad immortalem uitam, incorruptum autem eum et inmortalem et immutabilem efficiens in caelum eduxerit: per quae omnia uerba declaratur nudum hominem asseri Iesum Christum. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

Capitulum XLII. 152

Christum iustificatum et inmaculatum factum uirtute sancti spiritus, sicut beatus Paulus modo quidem dicit: quod iustificatus est in spiritu, modo uero: qui per spiritum aeternum inmaculatum se optulit deo, mori quidem fecit secundum legem hominum, utpote autem impeccabilem uirtute sancti spiritus factum resuscitauit de mortuis et ad uitam constituit meliorem: inmutabilem quidem animae cogitationibus, incorruptum autem et indissolutum et carne faciens.

In supra scripto quadragesimo secundo capitulo dicitur 153
Christum iustificatum et inmaculatum factum esse uirtute spiritus sancti et adicitur 'mori quidem eum fecit secundum legem hominum, utpote autem impeccabilem uirtute sancti spiritus factum resuscitauit de mortuis': quibus uerbis sic separatus a uerbo deo insinuatur homo, ut sancti spiritus uirtute inmaculatus et impeccabilis quasi aliquis iustus homo

1 Cap. XLI = Act. Syn. 41: '*Eiusdem* (sc Theodori) *ex libro ad baptizandos*' *C* 14 Cap. XLII = Act. Syn. 42: '*Et post alia*' praefigit *C* 16 Timoth. I 3, 16 17 Hebr. 9, 14

6 aeduxit *V*, *sed lineola quae est super* x *leuiter erasa:* duxit *C*[2], dixit *C*[1] 8 liberauit *V*, *correxi* 15 Christum *V:* iustum *C* 20 facto *V* 25 adicit *V*, *correxi* 28 dei *V*, *correxi*

asseratur effectus. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

154 Capitulum XLIII.

Deo autem gratias, qui nobis dedit uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum: istorum causam fuisse nobis dicens deum, qui contra omnes aduersarios nobis dedit uictoriam siue mortis siue peccati siue cuiuscumque hinc nascendi mali, qui dominum nostrum Iesum Christum pro nobis hominem sumens et ipsum per resurrectionem de mortuis ad meliorem transtulit finem et in dextera sua sedere fecit et nobis ad eum donauit communionem.

155 In supra scripto quadragesimo tertio capitulo exponendo uerba apostoli Pauli, quibus dicit: deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum, post plura subiungitur 'dominum nostrum Iesum Christum pro nobis hominem sumens et ipsum per resurrectionem de mortuis ad meliorem transtulit finem': per quae iam quasi existens homo a deo uerbo significatur adsumptus, ut duo fuisse uideantur et alter alteri praestitisse. quod qui ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

156 Capitulum XLIIII.

Cum ergo interrogent, hominis genetrix aut dei genetrix Maria, dicatur a nobis: utraque, unum quidem natura rei, alterum autem

3 Cap. XLIII in Act. Syn. pertinet etiam ad cap. 42, sed praefigit *C:* '*Et post alia*' 4 Cor. I 15, 57 21 Cap. XLIIII = Act. Syn. 43: '*Eiusdem* (sc. Theodori) *ex libro duodecimo de incarnatione*' praefigit *C*, ἐκ τοῦ ιε´ λόγου Leontius, qui seruauit Graeca: Ὅταν τοίνυν ἐρωτῶσιν, ἀνθρωποτόκος ἢ θεοτόκος ἡ Μαρία, λεγέσθω παρ' ἡμῶν ἀμφότερα· τὸ μὲν γὰρ τῇ φύσει τοῦ πράγματος, τὸ δὲ τῇ ἀναφορᾷ. ἀνθρωποτόκος μὲν γὰρ τῇ φύσει, ἐπείπερ ἄνθρωπος ἦν ὁ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Μαρίας, ὡς (ὃς legit interpres) καὶ προῆλθεν ἐκεῖθεν· θεοτόκος δέ, ἐπείπερ θεὸς ἦν ἐν τῷ τεχθέντι ἀνθρώπῳ οὐκ ἐν αὐτῷ περιγραφόμενος κατὰ τὴν φύσιν, ἐν αὐτῷ δὲ ὢν κατὰ τὴν σχέσιν τῆς γνώμης (Script. uet. noua coll. VI 309, 28).

7 mortis siue *C:* mortis suę *V* 13 *post* quibus *rasura fere 7 litter. V* 14 nobit *V* 15 subiungitur dominus noster Iesus Christus *V*, *correxi* 18 adeo *V*, *corr.* o 23 rei *C:* ei *V*

relatione; hominis enim genetrix natura, quia homo erat et in uentre Mariae, qui et processit inde; dei autem genetrix, quia deus erat in homine nato, non illum circumscriptus secundum naturam sed quod in eo erat adfectu uoluntatis.

In supra scripto quadragesimo quarto capitulo dicitur 'cum 157
ergo interrogent, hominis genetrix aut dei genitrix Maria dicatur' <et> quasi ex respondentis persona dicitur utraque dici et adiungitur 'unum quidem natura rei. alterum autem relatione' et additur 'hominis enim genitrix natura, quia homo erat et in uentre Mariae, qui et processit inde; dei autem genetrix, quia deus erat in homine nato' et adicitur 'non illum circumscriptus secundum naturam sed quod in eo erat adfectu
uoluntatis': quae uerba item et nudum hominem Christum et 158
duos filios beatae Mariae demonstrant. quod qui ita sapit docet credit aut praedicat et non deum uerbum, qui ante omnia saecula ex patre ineffabiliter natus est, eundem <ex> sancta uirgine Maria, sicut in primo capitulo diximus, per secundam natiuitatem suam incarnatum et natum unum in utraque natura inconfusa inseparabilique cognoscit, anathema sit.

1 et *V: om. C* 2 quia *C*: qua *V* 3 illum *V:* in illo *recte C*[2] *sed Uigilius reuera* illum *legit, cf. infra v. 11* (homine nato non deus sed quod in eo *omissis intermediis C*[1]) 6 interrogarent *V, corr. Bar.* 7 et *addidi*: *om. V* 11 genetris *V* 13 idem *V, corr. Bar.* 14 morię *V* 16 ex *add. Bar.* 19 inseparabili quę *V*

159 Capitulum XLV.

Gratia filius, qui ex Maria est homo, natura autem deus uerbum.
quod autem secundum gratiam, non natura, et quod secundum
naturam, non gratia. non duo filii: sufficiat corpori, quod ex nobis
est, secundum gratiam filiatio, gloria, inmortalitas, quia templum
dei uerbi factum est; non supra naturam eleuetur et deus uerbum
160 pro debita a nobis gratiarum actione non iniurietur. et quae est
iniuria?: componere eum cum corpore et putare indigere corporis
ad perfectam filiationem. nec ipse deus uerbum uult se Dauid
filium esse sed dominum, corpus autem hoc uocari Dauid filium
non solum non inuidit sed et propter hoc adfuit.

161 In supra scripto quadragesimo quinto capitulo dicitur, quia per gratiam sit filius dei, qui ex Maria natus est homo, natura autem deus uerbum, et quasi ratiocinatur dicendo 'quod gratia, non natura, et quod natura, non gratia' et adiungitur 'sufficiat corpori, quod ex nobis est, secundum gratiam filiatio et non supra naturam eleuetur et deus uerbum pro debita <a> nobis gratiarum actione non iniurietur': quae uerba nudum hominem ex uirgine Maria significant, qui per gratiam appelletur filius dei. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

21 Cap. XLV = Act. Syn. 44: '*Eiusdem Theodori quae proposuit sanctus Cyrillus et refutauit*' *C*. repetuntur eadem uerba in eiusdem quintae synodi collatione quinta (Mansi IX 233) neque tamen sunt Theodori sed Diodori Tarsensis ex libro I contra synusiastas, ut adfirmat Leontius, in cuius uersione Latina ab Henrico Canisio (Antiquae lectionis tom. IV, Ingolst. 1603, p. 98) edita uerba illa sic leguntur: '*Gratia filius homo ex Maria natus; natura autem deus uerbum: illud gratia et non natura, hoc autem natura et non gratia. sufficiet corpori ex nostro genere filiatio secundum gratiam, gloria immortalitas et quod templum dei uerbi factum est. ne eleuetur supra naturam et deus uerbum loco actionis gratiarum, quam debemus, ne contumelia afficiatur. et quae contumelia? componere eum cum corpore et existimare opus illi esse corpore ad perfectam filiationem. nec enim ipse deus uerbum uult esse filius Dauid sed dominus, corpus uero uocari filium Dauid non modo non inuidit sed propter hoc uenit*'.

6 et *C*: *om*. *V*   10 dominum *V*: deum *C*   esse sed dominum corpus autem hoc uocari dauid filium *bis V* (*corr*. *a*)   16 ex *Bar*.: pro *V*   17 elebetur *V*   a *add*. *Bar*.

Capitulum XLVI. 162

Quando erit quaestio de natiuitatibus secundum naturam, nec Mariae filius deus uerbum existimetur: mortalis enim mortalem generat secundum naturam et corpus simile sibi, et duas natiuitates deus uerbum non sustinuit, unam quidem ante saecula, alteram autem in posterioribus temporibus.

In supra scripto quadragesimo sexto capitulo dicitur, ut 163 Mariae filius deus uerbum non existimetur, adiciendo quia mortalis mortalem generat secundum naturam et corpus simile sibi: quae uerba et purum hominem de sancta uirgine Maria significant et duos filios introducunt. qui ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

Capitulum XLVII. 164

Ergo iam cessabunt ab impudente pugna, desistent autem uana contentione erubescentes euidentiam praedictorum: plurimos enim dicit filios in gloriam ducentem. ecce igitur in filiationis ratione

1 Cap. XLVI = Act. Syn. 45: *'Eiusdem Theodori ex his quae refutauit sanctus Cyrillus' C.* etiam haec esse Diodori ex libro I contra synusiastas idem testatur Leontius, cuius uersio Latina apud Canisium (l. c. 99) extat haec: ***Et quando de generationibus secundum naturam fuerit sermo, ne filius Mariae putetur deus uerbum: mortalis enim mortalem generat secundum naturam et corpus generat consubstantiale, et duas generationes deus uerbum non substinebat, unam ante saecula. alteram posterioribus temporibus.*** 13 Cap. XLVII = Act. Syn. 46: *'Eiusdem* (sc. Theodori) *ex interpretatione epistolae ad Ebraeos' C;* immo sunt Theodori de incarnatione libri XII, ut docet Leontius (Script. uet. nou. coll. VI 306, 14), qui seruauit Graeca: Ἆρα παύσονται λοιπὸν τῆς ἀναισχύντου μάχης, ἀποστήσονται δὲ λοιπὸν τῆς ματαίας φιλονεικίας αἰδεσθέντες τῶν εἰρημένων τὸ προφανές; πολλοὺς γάρ φησιν υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα· ἰδοὺ τοίνυν ἐν τῷ τῆς υἱότητος λόγῳ καὶ συγκατατάττων ὁ ἀπόστολος φαίνεται τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον τοῖς πολλοῖς οὐ καθ' ὁμοίωσιν ἐκείνοις τῆς υἱότητος μετέχων ἀλλὰ καθ' ὁμοίωσιν καθ' ὃ χάριτι προσείληφε τὴν υἱότητα, τῆς θεότητος μόνης τὴν φυσικὴν υἱότητα κεκτημένης. Latina repetita sunt in eiusdem quintae synodi collat. 5 (Mansi IX 236), ubi Cyrillum ea refutasse comperimus in libro contra Theodorum et Diodorum II.

2 ne ***uulgo*** 5 alterum *V* 14 uana C^1C^3 (*et* C^1 ***in coll.*** *5*, uanae ***ibid.*** C^3): una *V*, de uana C^2 16 ratione ***Surius et sic C in coll. 5:*** rationem VC^1, narratione C^2

apostolus apparet adsumptum hominem ceteris connumerans, non secundum quod similiter illis filiationis particeps est, sed secundum quod similiter gratia filiationem adsumpsit deitate sola naturalem filiationem possidente.

165 In supra scripto quadragesimo septimo capitulo id, quod dicit apostolus: qui multos filios in gloriam adduxerat, exponendo dicitur, quod adsumptum hominem ceteris connumeret sanctus apostolus, eo quod similiter gratiam filiationis acceperit sola deitate naturalem filiationem possidente: quae item uerba, sicut superius dictum est, duos introducunt filios dei, id est unum per gratiam, alterum per naturam. quod qui ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

166 Capitulum XLVIII.

Sed ad hoc dicunt, quod Iesus nomen saluatorem significat: 'saluator autem' dicunt 'quomodo ille homo dicatur?': obliti, quod Iesus dicebatur etiam et filius Naue et, quod mirandum est, quia non sic uocatus est fortuito in generatione sed transnominatus a Mose. certum autem est, quod non hoc imponere homini patiebatur, si diuinam naturam omnimodo significabat.

167 In supra scripto quadragesimo octauo capitulo de nomine Iesu, quod saluatorem significet, argumentando negatur et dicitur, quia si saluator diuinam naturam significaret, numquam

13 Cap. XLVIII = Act. Syn. 47: '*Eiusdem* (sc. Theodori) *ex libro duodecimo de incarnatione*' *C*; Graeca seruauit Leontius: Ἀλλὰ πρὸς τοῦτό φασιν, ὅτι τὸ Ἰησοῦς ὄνομα σωτῆρα σημαίνει· σωτὴρ δέ φασι πῶς ἂν ὁ ἄνθρωπος λέγοιτο; ἐπιλελησμένοι ὅτι Ἰησοῦς ἐλέγετο καὶ ὁ τοῦ Ναυὴ καὶ, τὸ δὴ θαυμαστὸν, οὐκ ἀπό τινος οὕτω κληθεὶς συντυχίας ἐν τῇ γενέσει ἀλλὰ μετονομασθεὶς ὑπὸ τοῦ Μωσέως· δῆλον δὲ ὡς οὐκ ἂν αὐτὸ θεῖναι ἐπ' ἀνθρώπῳ ἠνέσχετο, εἴπερ θείας ἦν πάντως φύσεως σημαντικόν (Scriptor. uet. noua collectio VI 307, 16).

2 similiter illis C^1 *et in coll. 5* C^3*:* illis similiter (*om.* filiationis particeps . . quod similiter) C^2, illis (*om.* similiter) *V* 4 possidentem *V et ante ras.* C^2 *nec non* $C^1 C^3$ *in coll. 5* 10 quae item *scripsi:* qui eidem *V*, quae quidem o[2] *Bar.* 15 dicunt *restitui ex Graeco:* dicit *VC*, si dicitur *Bar.* 16 etiam et *VC:* etiam *uulgo* nauę VC^1, nauhe C^2 17 a mose *V:* amore C^1, a moyse C^2 19 si *V et* C^1 *man. 2:* sed C^2 *et* C^1 *man. 1*

tale nomen homini imponeretur: quibus uerbis absolute et purus homo Christus ostenditur et duae personae intelleguntur. quod qui ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

Capitulum XLVIIII. 168

Itaque non solum filium ipsum uocat a deo uerbo separans sed etiam secundum filiationis rationem connumerans ceteris participibus filiationis conuincitur, quoniam gratia et ipse particeps fuit filiationis, non naturaliter ex patre natus, habens tamen ad ceteros excellentiam, quia unitate ad ipsum filiationem possidet, quod ei firmiorem ipsius rei donat participationem.

In supra scripto quadragesimo nono capitulo dicitur, quia 169
Christus per gratiam particeps fuerit filiationis, habens tamen ad ceteros excellentiam, quod ei firmior ipsius rei dona⟨ta⟩ sit participatio. quod qui ita sapit docet credit aut praedicat et non magis deus uerbum cum adsumpta carne unus atque idem dominus Iesus Christus et uerus filius dei et idem ipse uerus filius hominis intellegitur et creditur, anathema sit.

Capitulum L. 170

Homo Iesus similiter omnibus hominibus, nihil differens connaturalibus hominibus quam quae ipsi gratia dedit; gratia autem data naturam non inmutat sed post mortis destructionem donauit ei deus nomen supra omne nomen.

In supra scripto quinquagesimo capitulo dicitur, quod homo 171
Iesus nihil differat omnibus connaturalibus hominibus, nisi

4 Cap. XLVIIII = Act. Syn. 48: '*Eiusdem* (sc. Theodori) *ex eodem libro*' *C;* graece seruauit Leontius: Ὥστε οὐ μόνον υἱὸν αὐτὸν ἀποκαλεῖ τοῦ θεοῦ λόγου ἀφορίσας ἀλλὰ καὶ συντάττων κατὰ τὸν τῆς υἱότητος λόγον τοῖς λοιποῖς τοῖς μετεσχηκόσι τῆς υἱότητος ἐλέγχεται· ἐπείπερ χάριτι καὶ αὐτὸς μετέσχηκε τῆς υἱότητος, οὐ φυσικῶς ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένος, ἔχων μέντοι παρὰ τοὺς λοιποὺς τὴν ὑπεροχήν, ὅτι τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει κέκτηται τὴν υἱότητα, ὃ δὴ κυριωτέραν αὐτῷ τοῦ πράγματος χαρίζεται τὴν μετουσίαν (Scr. uet. n. c. VI 307, 18) 18 Cap. L = Act. Syn. 49: '*Eiusdem Theodori ex libro secundo de incarnatione*' *C* 21 Philipp. 2, 9

1 talem *V* 9 quia *C:* qui *V* 13 donata o²: dona *V* 20 quamque *V:* quamque *C*, quam quod o² gratiam dedit o² *Bar.* 21 inminutat *V* 24 ⟨ab⟩ omnibus *Bar.*

quod ei gratia dedit: quae uerba dominum nostrum Iesum Christum uelut unum de iustis hominibus faciunt aestimari, qui non deitate sua excelsus intellegatur sed gratia aliquid amplius quam ceteri homines asseratur adeptus. quod si quis ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

172 Capitulum LI.

Sed mei fratres, qui eiusdem mihi matris sunt filii, dicunt mihi 'non separa hominem et deum sed unum eundemque dic'. hominem dicens connaturalem mihi dico; deum si dicam, connaturalem deo dico: quomodo homo et deus unum est? numquid una natura hominis et dei, domini et serui, factoris et facturae?
173 homo homini consubstantialis est, deus autem deo consubstantialis est: quomodo igitur homo et deus unus per unitatem esse potest? qui saluificat et qui saluificatur? qui ante saecula est et qui ex Maria apparuit?

174 In supra scripto quinquagesimo primo capitulo negatur, quod unus idemque dici possit deus et homo, dicendo 'quomodo homo et deus unus per unitatem esse potest? qui saluificat et qui saluificatur? qui ante saecula est et qui ex Maria apparuit?' quae uerba duas introducunt in Christo personas. si quis igitur ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

175 Capitulum LII.

Bene intulit: namque ego homo sum, ut dicat 'nihil mirandum, si hoc potes, cum sis homo accipiens a deo: quoniam et

6 Cap. LI = Act. Syn. 50: '*Eiusdem* (sc. Theodori) *ex eodem libro*' *C* 23 Cap. LII = Act. Syn. 51: '*Eiusdem* (sc. Theodori) *ex quarto libro commenti secundum Matthaeum de hecatontarcho*' *C*. Aliam uersionem capp. LII et LIII uide apud Facundum Hermian., Pro defens. trium capitul. III 4 (Migne 67, 595) itemque aliam ultimorum cap. LIII uerborum apud Innocentium Maroniae episcopum (Spicil. Casin. I 152 n. 6) 24 Matth. 8, 9

1 gratiam *Bar.* 8 separa C^2: separas C^1, separata *V* 9 dicens *VC:* dico *Surius*, dicens dico *Bar. interpunctionem uerborum a me restitutam plane euertentes* 13 quomodo igitur . . 15 apparuit *exhibet Pelagius l. c. 443* 24 namque et ego *Surius secundum Vulgatam*

ego, cum hoc sim, accipio oboedientes semel habens iubendi potestatem propter datoris indulgentiam'.

Capitulum LIII. 176

'Quapropter nec incongruum est et te accepta ista a deo potestate uerbo solo iubentem abigere passiones'. nec enim tamquam filio dei et ante uniuersam creaturam existenti et creatori eorum, quae sunt, accessit centurio.

In supra scripto quinquagesimo secundo et quinquagesimo 177
tertio capitulo dicitur, quia Christo dixerit centurio 'nihil
mirandum. si hoc potes, cum sis homo accipiens a deo:
quoniam et ego, cum hoc sim, accipio oboedientes semel
habens iubendi potestatem propter datoris indulgentiam'. et
quamuis ex eo, quod sequitur, centurionem non tamquam
filium dei adisse, qui uniuersam condiderit creaturam, uideatur
quidem ipse confiteri eum esse filium dei et creaturae totius
opificem, tamen, quia nec de centurionis intellectu bene 178
existimauit, cuius fidem dominus non laudaret dicendo: non
inueni tantam fidem in Israel, nisi sciret eum intellexisse, quia deus est, et ex superioribus capitulis in aliis dictis,
cum non per unitatem subsistentiae sed per gratiam dicitur
Christus esse filius dei, et ex eo purus homo Christus uidetur
induci, qui pro merito suo acciperet per datoris indulgentiam
potestatem. si quis ergo haec ita sapit docet credit aut
praedicat, anathema sit.

3 Cap. LIII = Act. Syn. 52: '*Eiusdem* (sc. Theodori) *ex eodem libro*' *C* 17 Matth. 8, 10

4 *uerba* quapropter *etc. nullis uerbis interpositis ea quae praecedunt excepisse uidentur; priora enim* quapropter . . passiones *etiam ad ea referenda sunt, quae in cap. 52 de suo Theodorus centurionem dicentem facit* 14 creaturam uideatur . . filium dei et *bis V* 19 *sq.* et ex his et superioribus capitulis et aliis dictis iam non *Bar*.

179 Capitulum LIIII.

Consonantia et apostolus dicit: et manifeste magnum est pietatis mysterium: qui manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, iustificatum esse in spiritu dicens ipsum, siue quod ante baptismum cum subtilitate competente legem custodiuit siue quod etiam post illud gratiae conuersationem cooperatione spiritus cum magna compleuit subtilitate.

180 In supra scripto quinquagesimo quarto capitulo id, quod apostolus dicit: quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, Christus iustificatus esse asseritur, siue quod ante baptismum cum subtilitate competenti legem custodierit siue quod etiam post illud gratiae conuersationem cooperatione spiritus cum magna subtilitate comple-
181 uerit: quae uerba quia item purum hominem Christum iustificatione eguisse demonstrant, si quis ita sapit docet credit aut praedicat et non magis ipsum ut uere deum consubstantialem patri et spiritui sancto iustificare impios per fidem credit, anathema sit.

1 Cap. LIIII = Act. Syn. 53: '*Eiusdem* (sc. Theodori) ***ex libro tertio decimo de incarnatione*' *C;* Graeca fere omnia seruauit Leontius (Scr. uet. n. c. VI 308, 21): ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι· δεδικαιῶσθαι ἐν πνεύματι λέγων αὐτὸν εἴτε ὡς πρὸ τοῦ βαπτίσματος μετὰ τῆς προσηκούσης ἀκριβείας τὸν νόμον φυλάξαντα εἴτε ὡς καὶ μετ' ἐκεῖνο τὴν τῆς χάριτος πολιτείαν τῇ τοῦ πνεύματος συνεργείᾳ μετὰ πολλῆς πληροῦντα τῆς ἀκριβείας. 2 et 9 Tim. I 3, 16

2 manifestę *V* 4 įustificatum (iustificatus *C'*) esse in spiritu *C: om. V* 5 baptismum *C* (*cf. infra v. 11*): baptisma *V* 14 idem *V*, *corr. Bar.* 16 uerum *Bar.*

Capitulum LV. 182

Idem hoc dicimus iuste et de domino, quod deus uerbum sciens eius uirtutem et secundum praescientiam statim in ipso initio complasmationis inhabitare bene uoluit et uniens eum sibi affectu uoluntatis maiorem quandam praestabat ei gratiam, utpote gratia, quae in eum est, in omnes homines diuidenda: unde et circa bona uoluntatem integram ei custodiebat. non enim hoc dicemus, quod 183
ille homo uoluntatem habebat nullam sed quod uolebat quidem bonum, magis autem ei uoluntarie plurimum aderat et boni desiderium et contrarii odium, conseruabatur uero a diuina gratia illi uoluntas integra ab initio deo, qualis erit, subtiliter sciente, qui et ad confirmandum eum magnam illi cooperationem habitatione sua praestabat pro omnium nostrum salute. unde nec iniustum dicat aliquis esse, quod praeter omnes praecipuum aliquid datum est illi homini, qui a domino adsumptus est.

In supra scripto quinquagesimo quinto capitulo dicitur, quia 184
deus uerbum secundum praescientiam sciens hominis Christi

1 Cap. LV = Act. Syn. 54: *'Item eiusdem Theodori ex quartodecimo libro eiusdem* (sc. de incarnatione) *opusculi'* *C*[1]; Graeca seruauit Leontius (l. c. p. 309, 27): Ταὐτὸ δὲ τοῦτο φήσομεν δικαίως καὶ ἐπὶ τοῦ κυρίου, ὅτιπερ ὁ θεὸς λόγος ἐπιστάμενος αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν καὶ δὴ κατὰ πρόγνωσιν εὐθὺς ἄνωθεν ἐν τῇ τῆς διαπλάσεως ἀρχῇ ἐνοικῆσαί τε εὐδοκήσας καὶ ἑνώσας αὐτὸν ἑαυτῷ τῇ σχέσει τῆς γνώμης μείζονά τινα παρεῖχεν αὐτῷ τὴν χάριν ὡς τῆς εἰς αὐτὸν χάριτος εἰς πάντας τοὺς ἑξῆς διαδοθησομένης ἀνθρώπους· ὅθεν καὶ τὴν περὶ τὰ καλὰ πρόθεσιν ἀκέραιον αὐτῷ διεφύλαττεν. οὐ γὰρ δὴ τοῦτο φήσομεν, ὅτιπερ ὁ ἄνθρωπος πρόθεσιν εἶχεν οὐδεμίαν ἀλλ' ὅτι προὐτέθειτο μὲν αὐτῷ τὸ καλόν, μᾶλλον δὲ πλείστη αὐτῷ τῆς (?) κατὰ πρόθεσιν προσῆν ἥ τε τοῦ καλοῦ στοργὴ καὶ τὸ τοῦ ἐναντίου μῖσος· διεφυλάττετο δὲ αὐτῷ τὰ τῆς προθέσεως ἀκέραια ὑπὸ τῆς θείας χάριτος ἄνωθεν τοῦ θεοῦ, ὁποῖός τίς ἐστιν, ἀκριβῶς ἐπισταμένου καὶ δὴ πρὸς τὴν τούτου βεβαίωσιν πολλὴν αὐτοῦ (leg. αὐτῷ) παρέχοντος τῇ οἰκείᾳ ἐνοικήσει τὴν συνέργειαν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἡμῶν σωτηρίας. ὅθεν οὐδὲ ἀδικίας εἴποι τις ἂν εἶναι τὸ παρὰ πάντας ἐξαίρετόν τι παρεσχῆσθαι τῷ ὑπὸ τοῦ κυρίου ληφθέντι ἀνθρώπῳ.

2 ***quae iam sequuntur Theodori capitula cum multis aliis in C*[1] *omissa sunt; quare in eis quae sequuntur lectiones uarias codicis C*[1] *adnotabo omnes*** dicimus *VC*[1]*:* dicemus *Surius* 3 praesentiam *V* 5 maiorem *ex* moiorem *C*[1] *man. 2* quondam *V* 6 bona *Surius:* bonam *VC*[1] 7 dicemus *VC*[1]*:* docemus *Surius* 11 scientes *C*[1] 12 magnam *Surius:* magnum *V*, magna *C*[1] 13 iniustum *ex* iustum *C*[1] *man. 2* aliquis eo se esse *C*[1]

uirtutem initio complasmationis statim in ipso inhabitare bene uoluerit et uniens eum sibi affectu uoluntatis maiorem quan-
185 dam praestabat ei gratiam: ex quibus uerbis et ex aliis, quae sequuntur, duae euidenter iudicantur esse personae et quia filius dei in filio hominis per affectum et gratiam et relationem habitare uideatur. si quis ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat et non unum eundemque Christum in duabus perfectis et indiuisis inconfusisque agnoscit et credit esse naturis, anathema sit.

186 Capitulum LVI.

Nam rationalis quidem proprium est discretio bonorum et malorum. cum uero non essent contraria, non erat ei possibile aliquid discernere. primum igitur in his, quae creata sunt, magnam contrarietatem fecit.

187 In supra scripto quinquagesimo sexto capitulo dicitur rationalis proprium esse discretionem bonorum et malorum et post pauca sequitur 'primum igitur in his, quae creata sunt, magnam contrarietatem fecit': quae uerba si ea intentione dicantur, ut etiam mali natura sicut et boni introducatur, anathema sit.

188 Capitulum LVII.

Quoniam autem non obaudiuit Adam, deinde subditus est morti et factum est hoc propter inoboedientiam, quod et citra <in>oboedien-

10 Cap. LVI = Act. Syn. 55: '*Item eiusdem Theo<do>ri ex his quae sunt in euangelium secundum Matthaeum, in quibus dicit* (sc. Theodorus), *quod deus creauit contraria, id est bona et mala*' *C*[1] 21 Cap. LVII = Act. Syn. 56: '*Item eiusdem* (sc. Theodori) *ex <e>odem libro* (scil. comm. in Matth.), *quod deus peccatum docuit et mortem introduxit*' *C*[1] (cf. O. F. Fritzsche, De Th. Mops. uita et scriptis, p. 64 adn. 3)

4 sequntur *V* inducuntur *Bar.* 5 relationem *V*: *fort.* praelationem 12 essent *C*[1]: sint *V* erat *ex* era *C*[1] *man. 2* 22 subductus *C*[1] 23 inobedientia *V* inoboedientiam *Surius:* oboedientiam *VC*[1]

tiam propter utilitatem nostram a creatore factum est: edocti sumus omnes peccatum.

In supra scripto quinquagesimo septimo capitulo dicitur, 189
quia etsi non fuisset Adam inoboediens, tamen propter utilitatem hominum a creatore factum esse et edoctos nos esse peccatum: quod absit, ut catholica fides credat, a deo nos,
ut peccatores efficeremur, doceri potuisse peccatum. si quis 190
ergo haec ita sapit docet credit aut praedicat et non magis prohibente deo primi hominis culpa introductum fatetur esse peccatum et iusto dei iudicio eum atque eius progeniem propter inoboedientiam suam mortis subisse supplicium, anathema sit.

Capitulum LVIII. 191

Nec igitur mortem non sponte et praeter iudicium suum intulit hominibus neque peccato aditum ad nullam utilitatem dedit (nec enim hoc fieri nolens non poterat), sed quoniam sciebat utile esse nobis, magis autem omnibus rationabilibus, prius quidem malorum et deteriorum fieri aditum, postea autem deleri quidem haec, introduci autem meliora, ideo in duos status diuisit deus creaturam, praesentem et futurum, in illo quidem ad inmortalitatem et immutabilitatem omnia ducturus, in praesenti uero creatura in mortem
et mutabilitatem interim nos dimittens. nam si quidem statim ab 192
initio inmortales nos fecerit et inmutabiles, nullam differentiam ad inrationabilia haberemus, proprium nescientes bonum: ignorantes enim mutabilitatem inmutabilitatis ignorabamus bonum, nescientes mortem immortalitatis lucrum nesciebamus, ignorantes corruptionem non laudabamus incorruptionem, nescientes passionum grauamen impassibilitatem non mirabamur; compendiose dicere, ne longum

13 Cap. LVIII = Act. Syn. 57: '*Item eiusdem Theodori ex libro quinto commenti de creatura* (i. e. commentarii ad Genesin) . .' C^1

1 unitatem *V* *fort.* esset 1 *sq.* doctissimus *V* 15 peccato *ex* peccatū C^1 *man. 2* auditum *V* 16 uolens C^1C^3 utiles *V* 19 duo *V* in duos ịṇ ḍụọṣ (*expunxit man. 2*) C^1 20 et immutabilitatem *om. V* 21 ducturus *Surius:* dicturus *V*, docturus C^1 23 nulla differentia ab inrationabiliạ C^1 (*expunxit* a *man. 2*) 25 inmutabilitatis ignor. bonum $V(C^3)$: immutabilitatem ignor. C^1 26 inmortalitatis *ex* inmortalitatem *corr.* C^1 *man. 2* corruptiones *V* 28 dicam *Bar.*

sermonem faciam: nescientes malorum experimentum bonorum illorum non poteramus scientiam mereri.

193 In supra scripto quinquagesimo octauo capitulo dicitur ideo deum dedisse peccato aditum, quia utile hoc sciebat esse nobis, magis autem omnibus rationabilibus, ut prius uidelicet malis et deterioribus rebus fieret aditus, postea autem his deletis introduci meliora, et adicitur, quia si statim ab initio inmortales nos fecisset et inmutabiles, nullam differentiam ad inrationabilia haberemus proprium nescientes
194 bonum: quibus uerbis primum contra regulam fidei deus asseritur tamquam nobis utile introduxisse peccatum; secundo, cum omnia rationabilia conplectitur, hoc et de angelis et de uniuersa caelesti militia, quae ratione est praedita, facit intellegi; tertio, quia illud, quod diabolus ad decipiendum primis hominibus persuasit, scilicet quia, si de ligno prohibito manducarent, fierent sicut dii scientes bonum et malum, beneficii loco asseritur profuisse. quae si quis ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit.

195 Capitulum LIX.

Necesse est autem omnia simul rationabilia, inuisibilia dico et nos ipsos, quibus mortale quidem est corpus, anima autem per omnia eiusdem generis inuisibilibus et rationabilibus substantiis, hic quidem praesentem mutabilitatem pati, ut optimam erudiamur doctrinam religiositatis et ad beniuolentiam constituamur.

196 In supra scripto quinquagesimo nono capitulo dicitur 'necesse est omnia simul rationabilia, inuisibilia et nos ipsos, quibus mortale quidem est corpus, anima autem per omnia

16 Gen. 3, 5 19 Cap. LIX = Act. Syn. 58: '*Item eiusdem* (sc. Theodori) *de eisdem*' (sc. libr. V commenti de creatura) C^1

1 sermonum *V* 4 auditum *V*, *corr.* o^2 6 auditus *V*, *corr.* o^2 21 est quidem *trsp.* C^1 22 generis *om. Surius temereque Graecorum dicendi ratione non perspecta pro* eiusdem *scribi iubet* immortalis cum eisdem eius degeneris C^1 23 optimam . . doctrinam VC^1C^3: optima . . doctrina *uulgo* erudimur C^1 24 ad *om. V* constituamus C^1

eiusdem generis inuisibilibus et rationabilibus substantiis, hic quidem praesentem mutabilitatem pati, ut optimam erudiamur doctrinam religiositatis et ad beniuolentiam constituamur': quibus uerbis si et angeli lucis et uniuersae caelestes inuisibilesque uirtutes sic mutabilitati hactenus subiacere sicut humanae animae asseruntur, anathema sit.

Capitulum LX. 197

Nam sciebat quidem, quod peccabunt omnimodo, concedebat
uero hoc fieri expedire eis cognoscens: quoniam nec erat possibile
eum, qui, cum fecerit non existentes, et tantorum quidem demonstrauerit dominos, tanta uero bona proposuerit, ut eis fruantur,
non prohibere peccati aditum, si expedire eis hoc cognosceret.
sed enim non erat possibile nos aliter discere peccatum et pas- 198
sionum molestiam et deteriora et nostram infirmitatem in his demonstrandam ad ostendendam magnitudinem inmutabilitatis, quam postea nobis esset donaturus, nisi sic ab initio haec fuissent a deo dispensata, ut conlatione et experimento infinitorum illorum bonorum possemus scire magnitudinem: et huius gratia utpote profuturum nobis peccatum intrare dimittens magnum in eius bello auxilium inuenit.

In supra scripto sexagesimo capitulo dicitur, quia deus 199
sciens hominem peccaturum ideo peccare permiserit, quia hoc ei nouerat expedire, et propterea non prohibuisse peccati aditum, quia sic ab initio a deo fuerit dispensatum, ut conlatione et experimento infinitorum illorum bonorum possemus scire magnitudinem, et huius rei gratia utpote profuturum nobis peccatum intrare dimittens magnum in eiusdem
peccati bello auxilium inuenerit homo: quae uerba quoniam 200

7 Cap. LX = Act. Syn. 61: '*Item eiusdem* (sc. Theodori) *ex quinto libro*' (sc. de creatura) C^1

1 inuisibilibus inrationabilibus *V*, *corr.* o^2 2 optima . . doctrina *V*, *correxi* 3 religiositas *V*, *corr.* *o* 8 peccabant omnino C^1 10 extantes $C^1(C^3)$ 11 dominus C^1 12 cognoscerem C^1 15 hostendendam magnitudine *V* inmutabilitatis *ex* inmutabilitates *corr.* C^1 *man. 2* 17 experimentum C^1 18 possemus $C^1(C^3)$: possumus *V* gratiae *V* 22 peccatorum *V*, *corr.* o^2 25 possumus *V*, *corr.* o^2 28 inuenerit *corr.* *ex* inueneris *V*

aliena sunt a sensu scripturae diuinae, ut dicatur, quia peccatum a deo nobis pro utilitate introductum sit, si quis
201 ita sapit docet credit aut praedicat, anathema sit. sancta enim catholica ecclesia hoc certum tenet et credit, quia deus et prohibuerit a peccato primum hominem et per inoboedientiam peccantem punierit iusto supplicio sed bene utens etiam malis nostris singulari nos remedio per unigeniti filii sui incarnationem passionem mortem et resurrectionem, hoc est domini dei nostri Iesu Christi, ab omnium peccatorum nexibus liberauit.

202 His igitur competenter et per orthodoxae fidei rectitudinem apostolicae sententiae auctoritate damnatis constituimus, ut ex omnibus istis, quae nos patrum statutis atque traditionibus inhaerentes apostolica auctoritate damnauimus, nulla iniuriandi praecedentes patres uel doctores ecclesiae, quae procul dubio scandala sacrosanctae ecclesiae suscitat, praebeatur occasio: anathematizantes omnem ad ordines ecclesiasticos pertinentem, qui patribus atque doctoribus ecclesiae contumeliam ex supra dictis impietatibus quo modo ascribere uel inrogare uoluerit.
203 et quoniam praefata dogmata, quae secundum intellectum de his expositum anathemati atque damnationi subiecimus, in eo uolumine, quod nobis per fratrem nostrum Benignum episcopum nuper a pietate uestra transmissum est, sub Theodori Mopsuesteni episcopi perhibentur nomine praenotata, ad hoc sollicitudinis nostrae animum consequenter ammouimus, ut si quid <de> persona uel nomine memorati Theodori apud patres quaesitum sit uel si qua super eius nomine ab eis regulariter fuerint constituta siue disposita, diligentissima
204 indagatione quaerere curaremus. et haec inuestigantes aduertimus beatae recordationis Cyrillum Alexandrinae ciuitatis antistitem de persona iam mortui Theodori episcopi Iohanni reuerendae memoriae Antiochenae ciuitatis episcopo uel Ori-

1 sensus *V*, *corr.* o 8 resurrectione *V*, *corr.* o 10 *fort.* liberauerit 19 quodammodo *Bar.* 24 mophsuestini *V* 26 de *add. Bar.* memorati o: morari *V*

entali synodo ad eius litteras rescribentem inter alia ita
dixisse: quae prolata est in sancta synodo Ephesena
definitio ueluti a Theodoro deposita, sicuti offe-
rentes dicebant, nihil habens sanum, euacuauit
quidem eam sancta synodus ueluti peruersarum
plenam intellegentiarum. condemnans autem eos,
qui sic sapiunt, dispensatiue mentionem uiri non
fecit neque eum nominatim anathemati subdidit
neque alios. ipsam uero synodum Ephesenam primam 205
sollicite recensentes nihil de Theodori Mopsuesteni persona
referre comperimus sed symbolum, quod Charisius presbyter
illic prodidit, magis quia ab Anastasio et Fotio, qui tunc
temporis haeretico Nestorio adhaerebant, per Antonium et
Iacobum nomina tantum presbyterorum habentes ad Fila-
delforum ecclesias fuerit destinatum. ex quo claret beatum 206
Cyrillum, hoc quod per litteris profitetur, a prolatoribus
scilicet symboli iam defuncti Theodori episcopi nomen fuisse
delatum, sua prouidentia ecclesiasticam moderationem circa
mortuum sapientia sacerdotali seruantem noluisse nomen eius
ne monumentis quidem synodalibus propter regulam, quae de
mortuis in sacerdotio seruanda est, contineri. quomodo autem 207

2 Cyrilli ad Iohannem epistula, ex qua et haec et quae infra p. 288, 4 sqq. adferuntur uerba desumpta sunt (tertium eiusdem epistulae fragmentum seruauit Facundus, De def. tr. cap. VIII 5 = Migne LXVII 728, 22), aetatem non tulit. sed priora illa Cyrillus ad uerbum fere scripsit etiam ad Proclum Constantinopolitanum (ep. 72, Migne LXXVII 345): Ἴστω δὲ ἡ σὴ ὁσιότης, ὅτι παρενεχθείσης τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐκθέσεως παρ' αὐτοῦ συνταχθείσης, ὡς οἱ προελόντες (al. προενεγκόντες) ἔφασκον, οὐδὲν ἐχούσης ὑγιὲς κατεκιβδήλευσε μὲν αὐτὴν ἡ ἁγία σύνοδος ὡς διεστραμμένων γέμουσαν ἐννοιῶν καὶ τὴν Νεστορίου δυσσέβειαν οἱονεί πως πηγάζουσαν· κατακρίνασα δὲ τοὺς οὕτω φρονοῦντας οἰκονομικῶς οὐκ ἐμνημόνευσε τοῦ ἀνδρὸς οὐδὲ αὐτὸν ὑπέθηκεν ὀνομαστὶ τῷ ἀναθεματισμῷ δι' οἰκονομίαν, ἵνα μή τινες etc., 11—15 cf. Act. Conc. Ephesini tertii, Act. VI (= Mansi IV 1344), cuius ipsa fere uerba hic a Uigilio adferuntur

1 ĩt̃ (*pro* inter) *V* 2 qua *V*, *corr.* o² 3 deposita *ex* deposito *V:* disposita *a* 4 dicebat *V*, *corr.* o² 7 dispensatiue *scripsi:* dispensati uero *V* 10 mophsuesteni *V* 11 carisius *V* 13 nestorii *V*, *corr.* o²

hoc, quod supra dixit beatus Cyrillus dispensatiue factum, ut minime anathemati nomen uiri subiceret, uoluisset intellegi ad ecclesiasticam regulam porrigendum, in eadem epistola sua subter adiecit dicens: sed iuste audient, tamenetsi nolint, qui huiusmodi causas praebent: obliuiscimini uos ipsos, quando aduersus cineres arcus extenditis; non enim superest, qui apud uos inscriptus est. et me nullus culpet in haec uerba progressum, sed cedant ualde nimium praecessori. graue est enim insultare defunctis uel si laici fuerint, nedum illis, qui in episcopatu hanc uitam deposuerunt. iustissimum enim apparet prudentibus uiris cedere praescienti uniuscuiusque uoluntatem et cognoscenti, qualis unusquisque
208 futurus sit. beatum quin etiam Proclum huius regiae ciuitatis antistitem ita memorati Iohannis Antiocheni episcopi similiter constat respondisse rescriptis dicentem inter alia: quando enim scripsi tuae sanctitati oportere aut Theodorum aut alios quosdam, qui pridem defuncti sunt, anathemati subdi aut nominatim alicuius
209 feci mentionem? et post pauca: et illa capitula, quae subiecta sunt, reppuli utpote suptilitatem non habentia pietatis: neque autem de Theodoro

4 cf. supra ad p. 287, 2; idem fragmentum adfert Facundus l. c. III 6 (Migne LXVII 606 B = Fac.[1]) et VIII 5 (Migne ibid. 728 B = Fac.[2]) 18 etiam haec Procli epistula deperiit sed quae sequuntur eius duo fragmenta una cum eis, quae in medio Uigilius omisit, seruauit etiam Facundus l. c. VIII 2 (Migne ibid. 713 A = Fac.[1]) eorumque partem idem adfert etiam VIII 5 (ibid. 728 *A* = Fac.[2])

2 subicere *V*, *correxi* 4 tamenetsi *Fac.*[2]*:* tam̄ et si *V sed lineola super* m *leuiter erasa*, tametsi *Fac.*[1] 6 quando *V Fac.*[1]*:* quoniam *Fac.*[2] cineres *V:* pulueres *Fac. utroque loco* 9 cẹdant *V:* cedat *Fac.*[1] *Fac.*[2] *(cf. editionem Sirmondi)* ualde *V:* famoso *Fac.*[1] *Fac.*[2] 10 est enim *V Fac.*[2]*:* enim est *Fac.*[1] 11 ne dum *V* episcopatū *V* 14 unusquisque nostrum futurus *Fac. utroque loco* 17 iter *V*, *corr.* o 18 enim ego scripsi *Fac.*[1] *Fac.*[2] 22 ut pute suptilitate *V*

neque de alio quoquam, qui iam defuncti sunt,
scripsi, deo amantissime, aut ut anathematizetur
aut ut abdicetur. sed neque carissimus Theodotus,
qui a nobis directus est, diaconus talia mandata
suscepit. item ipse beatus Proclus in epistola ad Maximum 210
diaconum post alia ita dicit: quomodo igitur per
litteras didici nunc, quia Theodori Mopsuesteni
et aliorum quorundam nomina praeposita sunt
capitulis ad anathematizandum, cum illi ad deum
iam migrauerunt et eos, qui iam uitam reliquerunt,
superuacuum est iniuriari post mortem, quos nec
uiuos aliquando culpauimus? et post pauca: post
suscriptionem autem tomi et post abiectionem
capitulorum, quae cuius sint ignoramus, continuo
praepara diaconum Theodotum uenire ad regiam
ciuitatem. perpendat ergo pietatis uestrae sapientia sin- 211
gularis, quia Proclus eruditissimus sacerdotum et non longe
a Mopsuesteni Theodori uita repertus mala, quae libenter
damnauerat, cuius essent, se iam tunc professus est ignorare.
Sed neque in sancto et uenerando Calchedonensi concilio 212
aliquid de saepius designati Mopsuesteni Theodori episcopi
nomine inuenimus statutum uel dictum esse contrarium, dum
in relatione, quam eadem ueneranda synodus piae memoriae

6 hanc Procli epistulam fortasse integram idem seruauit Facundus VIII 2 (Migne l. c. 713 C = Fac.[1]) itemque nonnulla eorundem uerborum idem repetit VIII 5 (ibid. 728 *A* = Fac.[2]) 23 sqq. cf. Προσφωνητικὸς .. πρὸς .. Μαρκιανόν, Mansi VII 465: κοινωνήσει δὲ τῆς αἰτίας καὶ ὁ σοφὸς τῆς Ἀντιοχέων Ἰωάννης, ὃς .. τῆς ἑῴας ὡς ἐκ μιᾶς γλώσσης τῷ ὁσίῳ Πρόκλῳ καὶ τῷ τῆς οἰκουμένης τὰ σκῆπτρα διέποντι τὴν ὁμολογίαν ἐξέπεμψε (cf. Facund. I 2, quem ut saepius hic quoque Uigilius sequitur)

2 deo *V:* tibi deo ***Fac.***[1] ***Fac.***[2] ut aut anath. ***Fac.***[2] 3 aut (*om.* ut) abdic. ***Fac.***[1] ***Fac.***[2] theodotus *V:* Theodorus ***Fac.***[1] 5 suscepit *V:* percepit ***Fac.***[1] 6 talia *V, corr. Bar.* igitur *V* ***Fac.***[1]*:* ergo ***Fac.***[2] 7 mophsuesteni *V* 10 migrauerint ***Fac.***[1] ***Fac.***[2] relinquerunt *V* 13 suscriptione *V* 15 theodotum *V:* Theodorum ***Fac.***[1] 18 mophsuesteni *V* 19 se iam ***Bar.:*** selam (i ***longa*** ?) *V* 21 mophsuesteni *V*

Marciano tunc imperatori transmisit, quam uos quoque uestris legibus, dum orthodoxa professione unum de sancta trinitate Christum deum ac dominum nostrum confitendum astruitis, ad testimonium laudabiliter adduxistis, litterae Antiocheni Iohannis cum Orientali synodo ad beatum Proclum et ad Theodosium tunc piissimae recordationis principem destinatae uenerabiliter memorentur, quibus Mopsuesteni Theodori episcopi persona, ne post mortem damnari debeat, excusatur.
213 Post haec ampliori cura perspeximus, si quid de his, qui iam defuncti sunt et minime reperiuntur in uita damnati, etiam sanctae recordationis prodecessores nostri decreuerint. quibus inspectis agnouimus, quod huius cautelae prouidentiaeque formam ueneranda prodecessorum nostrorum sedis apostolicae
214 praesulum constituta nobis apertissime tradiderunt. nam beatissimus papa Leo ad Theodorum episcopum Foroliuiensem post alia ita dicit: <nec> necesse est nos eorum, qui sic obierunt, merita actusque discutere, cum dominus deus noster, cuius iudicia nequeunt comprehendi, quod sacerdotale ministerium implere non poterat, suae
215 iustitiae reseruauit. item beatus Gelasius papa in epistola, quam episcopis Dardaniae de causa A<ca>cii scripsit, post alia ita dicit: qui, postquam in collegium recidens prauitatis iure meruit ab apostolica communione secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est, absolutionem, quam superstes nec quaesiuit omnino

1 respicit Uigilius legem 7 Cod. Iust. lib. I tit. 1 De summa trinitate; cf. Facund. I 2 = Migne LXVII 561 A. B. 16 Leonis I ep. 108 ed. Ballerin. I 1174 sq. 22 Gelasii I ep. 101 § 8 sq. huius editionis

3 astruis *V*, *corr.* o 7 mophsuesteni *V* 10 repperiuntur *V* 12 prouidentiae quę *V* 13 uenerandam *V*, *corr. Bar.* 15 forolibiensem *V* 16 nec *inserui ex Leone: om. V*, non o[2] 17 obierint *edd. Leonis* 19 sacerdotale *ras. ex* sacerdotalē *V* potuit *edd. Leonis* suae *edd. Leonis et Bar.*: siue *V* 20 reseruauerit *edd. Leonis* 21 acii *V*, *corr. Bar.* 25 absoluciones *V*, *corr.* o nec quaesiuit *Gelasius l. c.*: neque siuit *V*

nec meruit, mortuus iam non potest impetrare; siquidem ipsis apostolis Christi uoce delegatum est 'quae ligaueritis super terram' et 'quae solueritis super terram'. ceterum iam de eo, qui in diuino est iudicio constitutus, nobis fas aliud decernere non est praeter id, in quo eum dies supremus inuenit. item memoratus beatae recordationis papa Gelasius in gestis 216
synodalibus de Miseni episcopi Cumani absolutione confectis hoc euidenter edocuit dicens: totum quod supra nostrae facultatis est modulum, diuino iudicio relinquamus. non autem nobis poterunt imputare, cur praeuaricationis offensam uiuentibus remittamus, quod ecclesiae deo largiente possibile est; nec nos iam mortuis ueniam praestare deposcant, quod nobis non esse possibile manifestum est, quia, cum dictum sit 'quae ligaueritis et solueritis super terram', hos, quos super terram iam non esse constat, non humano sed suo deus iudicio reseruauit nec audet ecclesia sibimet uindicare, quod ipsis beatis apostolis conspicit non fuisse concessum: quia alia est causa superstitum, alia defunctorum. hanc autem regulam et 217
in sanctorum Iohannis Constantinopolitani episcopi, quem Chrysostomum uocant, atque Flauiani eiusdem ciuitatis episcopi ueneranda memoria constat esse seruatam, quia licet uiolenter exclusi sunt, non tamem pro damnatis sunt habiti, eo quod semper inuiolatam eorum communionem Romani praesules seruauerunt nec abscidi ab ecclesia dici potuerunt uel poterunt, quos sibi inconuulse unitos apostolica iudicauit auctoritas. in 218
Eusebii etiam cognomento Pamphili historia libro septimo

3 Matth. 18, 18 9 Gelasii I ep. 103 § 28 huius editionis (haec omnia fere adfert etiam Facundus adu. Mocianum, Migne 67, 865) 16 Matth. 18, 18

8 meseni *V* 19 concupicit *V*, *corr. a man. post.* 23 chrisostomum *V* 24 quia *V:* qui *Bar.* 27 pot////erunt *a*: potuerunt *V* 29 euseuii *V* pamphyli *V* historiae *Bar.*

legitur Dionysium Alexandriae episcopum, qui longe ante fuerat, de Nepote quodam episcopo Aegypti ita fecisse. hic enim Nepos episcopus de mille annis, quibus post primam resurrectionem sanctos cum Christo regnaturos esse beatus Iohannes apostolus in apocalypsi dicit, scripsisse asseritur, in quibus Iudaicum intellectum habuisse narratur. post cuius mortem cum ad Dionysium episcopum Alexandriae peruenisset, quod tota Aegyptus ipsos libros, quos Nepos reliquerat, ueluti magnum aliquod et occultum mysterium se habere putaret, et pergens ad eum locum (in Arsenoite enim quaestionem ipsam motam fuisse refert) et scribens destruxit eosdem libros atque euertit: Nepotem uero, qui eos scripserat, propter hoc maxime, quia iam defunctus fuerat, nulla sit adgressus iniuria. quae si quis latius agnoscere uolet, in memorato septimo historiae eiusdem Eusebii libro reperiet.

219 Quibus omnibus diligenter inspectis, quia licet diuerso patres nostri uerborum modo, unius tamen ductu intellegentiae disserentes inlaesas sacerdotum in pace ecclesiastica defunctorum seruauere personas idemque regulariter apostolicae sedis, quae supra diximus, definiunt constituta, nulli licere nouiter aliquid de mortuorum iudicare personis sed in hoc relinqui, in quo unumquemque dies supremus inuenit, et specialiter de Theodori Mopsuesteni nomine quid sancti patres
220 nostri disposuerint superius euidenter expressum est: eum nostra non audemus condemnare sententia sed nec ab alio quoquam condemnari concedimus. absit tamen, ut supra scripta capitula dogmatum, quae secundum subiectos intellegentiae sensus a nobis constat esse damnata, uel quaecumque dicta cuiuslibet sint nomine praenotata, euangelicis tamen et

1 Euseb. hist. eccl. VII 24, 1 sqq. 5 Apoc. 20, 4—7

1 dionisium *V* alexandrinę *V*, *corr.* o^{2}: Alexandrinae <ciuitatis> *Bar.* 3 episcopus *Bar.*: ep̄i *V* 8 relinquerat *V* 13 iam] lam (i *longa*?) *V* 15 repperiret *V*, *corr.* o^{2} 19 serbabere *V* ideque *V*, *corr.* o 23 mophsuesteni *V* quod *V*, *corr. Bar.* 25 *sq.* aliquo quam *V*, *correxi:* alio quopiam *Bar.* 29 sint *V*: sine *Bar.*

apostolicis ac quattuor synodorum Nicaenae Constantinopolitanae Ephesenae primae atque Calcedonensis et apostolicae sedis non congruentia consonaque doctrinis, non solum sensu sed uel aure patiamur admittere.

De scriptis uero, quae uelut sub uiri uenerabilis Theodoreti 221
quondam episcopi nomine proferuntur, miramur primum, cur necesse sit eius sacerdotis nomine in obtrectationem quicquam cuiuslibet studio deuocari, qui ante centum et amplius annos in sanctae ac uenerandae Calchedonensis synodi iudicio constitutus sine cuiusdam cunctatione susscripsit et beatissimi papae Leonis epistolae prona deuotione consensit. dehinc cum 222
existerent tunc Dioscorus et Aegyptii episcopi, qui eum dicerent et sanctum Cyrillum anathematizasse et eundem Theodoretum et haereticum esse, tamen sancti patres nostri haec audientes diligentissime eodem Theodoreto posthac examinatione discusso et praesente a praesentibus inquisito nihil aliud ab eodem exegisse noscuntur, nisi ut statim Nestorium eiusque impia dogmata anathematizaret atque damnaret, hoc sibi tantummodo sufficere iudicantes, quod ille coram uniuerso concilio faciens Nestorium cum dogmatibus suis uniuersis patribus audientibus clara uoce damnauit. ex 223
quo euidenter apparet, quia, quidquid sit uel fuerit sub cuiuslibet prolatum nomine, quod impii Nestorii uideatur concordare dogmatibus, hoc tunc in illo sancto concilio a uiro uenerabili Theodoreto fuerit sine dubitatione damnatum et sit ualde contrarium et Calchedonensis synodi iudicio indubitabiliter inimicum quaedam Nestoriana dogmata nunc sub eius sacerdotis nomine condemnari, qui cum sanctis patribus eundem impium Nestorium et execrabilia eius dogmata, sicut diximus, tunc apertissime anathematizauit atque damnauit.

4 amittere *V* 5 theodoriti *V et sic saepius sed non semper* 8 cuius liber *V*, *corr.* o^2 10 cuiusdam *V*: aliqua *Bar.* 11 epistolis *Bar* 12 existerint *V*, *corr.* o 13 anathematizasset et *V*, *corr.* o^2 18 anathematizetur *V*, *corr.* o^2 22 quia *bis V*. *corr.* o 23 cuiuslibet *Bar.* cuiuslibet et *V* 25 theodorico *V* sit o: fit *V* 26 et *Bar.*: ea *V* calcalchedonensis *V*

224 quid enim aliud est mendaces aut simulantes professionem
rectae fidei patres in sancta Calchedonensi synodo residentes
ostendere quam dicere aliquos ex eis similia sapuisse Nesto-
rio, quorum iudicio uideas Nestorium eiusque dogmata fuisse
225 damnata? nec illud arbitrandum est, quia sanctae memoriae
Cyrilli iniurias per duodecim capitulorum eius reprehensionem
a uiro uenerabili Theodoreto, ut putatur, ingestas beatissimi
patres nostri in sancta synodo Calcedonensi neglexerint, sed
aut utpote rebus de proximo gestis cuncta prae oculis habentes
Theodoretum episcopum nil tale fecisse probauerunt aut
exemplum ipsius sanctae memoriae Cyrilli iudicauerunt esse
sequendum, qui post multa et grauia contra se ab Orientialibus
apud Ephesum scripto gesta tempore, quo cum ipsis in
concordiam remeauit, tamquam si acta non fuissent, pacis
amore silentio dereliquit, ut impleret utique illud apostolicum
dictum, quod Corinthiis scribens dicit: cui enim aliquid
226 donastis, et ego. nam et illud sancta synodus Calchedo-
nensis intendisse credenda est, quia, dum doctrinam sancti
Cyrilli ex epistolis eius in eadem synodo reseratis atque
receptis memoratus episcopus Theodoretus ita deuota mente
suscepit, ut doctrinae quoque eius ad laudandam beatissimi
papae Leonis epistolam testimoniis uteretur, etiamsi in eum
iniurias intulisse constaret, plenissime satisfecisse uideretur
illius uenerabiliter amplectendo fidem, cuius false fuerat
suspicatus errorem: et ideo nos nec aliquid uelut omissum a
patribus nostris quaere<re> nunc aut retractare conuenit et eos,
quibus sancti Cyrilli reprehensio nunc placet aut eisdem
sanctis patribus nostris aestimant placuisse, modis omnibus
227 refutamus. hac ergo rerum ueritate perpensa statuimus atque

16 Cor. II 2, 10

2 calchedonensis *V* 3 ostenderet quam diceret *V*, *corr.* o[2] 6 in-iuriis *Bar.* 7 a uiro o[2]: auro *V* ingesta *V Bar.*, *correxi* 8 calcedo-nensis *V* 11 iudicauerint *V*, *corr.* o[2] 15 derelinquid *V*, *corr.* o[2] 16 Corinthis *V* 18 doctrina *V*, *corr.* o[2] 24 falso *Bar.* 25 uelud *V* 26 quaerere o: quere *V* 28 extimant *V*

decernimus nihil ⟨in⟩ iniuriam uel obtrectationem probatissimi
in Calchedonensi synodo uiri, hoc est Theodoreti episcopi
Cyrri, sub taxatione nominis eius a quoquam fieri uel proferri
sed custodita in omnibus personae eius reuerentia, quaecum-
que scripta uel dogmata cuiuslibet nomine prolata sceleratorum
Nestorii atque Eutychetis manifestantur erroribus consonare,
anathematizamus atque damnamus. etenim satis debet abun- 228
deque sufficere, quod damnantes atque anathematizantes cum
Paulo Samosateno et Bonoso Nestorium et e diuerso cum
Ualentino atque Apollinare Eutychen simul et errores eorum
aliosque omnes haereticos cum dogmatibus suis illos quoque
pariter condemnamus, qui erroribus eorum impliciti et inemen-
dabiles permanentes de uita praesentis saeculi migrauerunt.
siquidem per hoc nihil peruersae doctrinae relinquimus, quod
non per hanc sententiam nobis prolatam a sancta dei ecclesia
apostolica auctoritate inueniatur exclusum. rursus tamen etiam
hoc specialiter adicimus:

I Ut si quis seruata inconuertibilitate naturae diuinae non 229
confitetur uerbum carnem factum et ex ipsa conceptione de
utero uirginis humanae naturae sibi secundum subsistentiam
unisse principia sed tamquam cum existenti iam homine
fuerit deus uerbum, ut per hoc non sancta uirgo uere dei
genitrix esse credatur sed uerbo tenus appelletur, ana-
thema sit.

II Si quis secundum subsistentiam unitatem naturarum in 230
Christo factam esse denegat sed seorsum existenti homini
tamquam uni iustorum inhabitare deum uerbum et non ita
confitetur naturarum secundum subsistentiam unitatem, ut
deus uerbum cum adsumpta carne una permanserit permane-
atque subsistentia siue persona, anathema sit.

1 in *add. Bar.* 2 calchedonensis *V* 5 dogmata ⟨eius⟩ *Bar.* 10 Apollinari *Bar.* 15 ⟨a⟩ nobis *Bar.* 18 serbata *V* 21 taquam *V* 25 *numerum II et qui sequuntur in margine adposuit V* 28 subsistentia *V*, *corr.* *o*[2]

231 III Si quis uoces euangelicas et apostolicas in uno Christo ita diuidit, ut etiam naturarum in ipso unitarum diuisionem introducat, anathema sit.

232 IIII Si quis unum Iesum Christum uerum dei et eundem ipsum uerum hominis filium futurorum ignorantiam aut diei ultimi iudicii habuisse dicit et tanta scire potuisse, quanta ei deitas quasi alteri cuidam inhabitans reuelabat, anathema sit.

233 V Si quis illud apostoli, quod est in epistola ad Hebraeos dictum, quod experimento cognouit oboedientiam et cum clamore forti et lacrimis preces supplicationesque optulit ad eum, qui saluum illum posset a morte facere, tamquam nudo deitate Christo deputans, qui laboribus uirtutis perfectus sit, ut ex hoc duos introducere Christos uel duos filios uideatur, et non unum eundemque credit Christum dei et hominis filium ex duabus et in duabus naturis inseparabilibus indiuisisque confitendum atque adorandum, anathema sit.

234 His igitur omnibus et huiusmodi blasphemiis ita a nobis abdicatis atque damnatis hoc praesentis constituti nostri dispositione quam maxime prouidemus, ne, sicut supra diximus, personis, quae in pace et communione uniuersalis ecclesiae quieuerunt, sub hac damnati a nobis peruersi dogmatis
235 occasione aliquid derogetur sed execrabilibus dogmatibus in Nestorio atque Eutychete haeresiarchis uniuersisque eorum sequacibus condemnatis illis sacerdotibus, qui in pace, sicut dictum est, catholicae ecclesiae sunt defuncti, nulla contumelia generetur, ne inde iniuriarum nascatur occasio, unde potius debeat sanctorum patrum reuerentia custodiri.

236 De epistola quoque uenerabilis uiri Ibae quondam Edessenae ciuitatis episcopi, de qua pariter inquisistis, diligenti nihilominus inuestigatione quaesiuimus, si quid de ea priscis

8 Hebr. 5, 8 et 7

8 hebeos *V* 10 suplicationes quę *V* 11 deum *Bar.* taquam *V* 12 *fort.* deputat 20 quae *Bar.*: qui *V* 23 eutichete *V* 28 epla *V* edesse ne *V* 29 episcopis *V corr.* o[2] 30 quid o: qui *V*

temporibus apud patres nostros motum uel agitatum siue
quaesitum seu fuerit constitutum. et quia Graecae linguae,
sicut cunctis et maxime pietati uestrae notum est, sumus
ignari, nunc per nostros, qui eiusdem linguae uidentur habere
notitiam, gesta sancti uenerandique Calchedonensis concilii in
synodalibus codicibus diligentissime perquirentes dilucide 237
aperteque repperimus duabus in eadem synodo actionibus
praedicti uiri uenerabilis Ibae examinatum fuisse negotium
ibique ex gestis apud Photium Tyri et Eustathium Beryti
episcopos habitis hanc, de qua quaeritur, inter cetera prolatam
fuisse contra eum ab accusatoribus eius epistolam, cumque
consummata ipsius disceptatione negotii a uenerandis fuisset
patribus requisitum, quid de eiusdem constituendum uideretur
Ibae negotio, consequenter huiusmodi processisse sententias,
quae ita se habent:

Paschasinus et Lucensius reuerentissimi episcopi et Bonifatius 238
presbyter tenentes locum sedis apostolicae per Paschasinum dixerunt: 'Relectis chartis agnouimus ex sententia reuerentissimorum episcoporum Ibam reuerentissimum innoxium demonstrari. relecta enim eius epistola agnouimus eum esse catholicum. et ob hoc decernimus et honorem episcopatus et ecclesiam, a qua iniuste et absens pulsus est, renouandum. de sanctissimo igitur episcopo

16—p. 302, 11 Act. syn. Chalced. act. 10 apud Mansium VII 262 A 15 sqq.

1 metum *V*, *corr.* o^2 4 per nostros *etc.*] *adscripsit V man. 1 in marg.* tacito nomine Pelagium dia(conum) introducit 5 notitia *V*, *corr.* o^2 calchedonensi *V* 9 eustachium *V*, *corr. Bar.* byretii *V*, *corr.* o^2 11 acusatoribus *V* 12 consumata *V* fuisse *V*, *corr.* α^3 13 *sq.* constituendi .. negotium *V*, *corr. Bar.* 16 *sqq. in reddendis eis quae secuntur actionis decimae concilii Chalcedonensis uerbis Uigilius sequitur non Rustici sed antiquam quae dicitur uersionem. quae cum tradita sit duobus codicibus, scilicet* C^1 *= Paris. lat. 16832 (ol. Notre Dame 88) saec. 10 et N = Uatic. Reg. 1045 saec. 10 (cf. Maassen p. 739), utrumque contuli neque uero, ubicumque ex eis alter cum V consentiebat, alter ab eo distabat, distantis corruptelam hic quidem adnotaui* Pascasinus VC^1N 18 cartis C^1N 19 demonstrari *V:* adprobari C^1N *et sic idem Uigilius in constituto pro damnatione trium capitulorum, quod ex cod. Colbertino 4064 primus edidit Steph. Baluzius, Noua collectio conciliorum I 1551 sqq. (Mansi IX 476 D)* 21 honor *V*, honore C^1N ecclesiam a qua *V:* ecclesia quia C^1N 22 expulsus C^1N

Nonno, qui ante modicum pro eo factus est, tractandum est a reuerentissimo uiro episcopo Antiochiae ecclesiae, quid oporteat de eo formari'.

239 Anatolius reuerentissimus archiepiscopus Constantinopolis nouae Romae dixit: 'Reuerentissimorum episcoporum et iudicum fides ac lectio omnium, quae sunt subsecuta, demonstrant innoxium Ibam reuerentissimum ab his accusationibus, quae ei inlatae sunt. unde omnem impraesenti de eo suspicionem abicio, quoniam et consentit et suscribit et ei quae nunc de fide data est definitioni a sancto concilio et epistolae sanctissimi archiepiscopi Romae Leonis, et dignum eum iudico episcopatu et habere curam, in qua pridem existebat, ecclesiae. de Nonno autem reuerentissimo episcopo, qui pro eo factus est, formam dabit Maximus reuerentissimus Antiochenus episcopus'.

240 Maximus reuerentissimus Antiochenae ciuitatis episcopus dixit: 'Ex his, quae modo relecta sunt, manifestum est, quia ab omnibus ei inlatis reuerentissimus Ibas innocens est repertus, et ex relecto scripto epistolae, quod prolatum est ab aduersario eius, catholica est eius declarata dictatio. unde et ego decerno eum et episcopatus recipere dignitatem et ciuitatem propriam, sicut et uisum est sanctissimis archiepiscopis tam his, qui locum sanctissimi archiepiscopi Leonis retinent, quam etiam et, qui regiae ciuitatis est, sanctissimo archiepiscopo Anatolio: reuerentissimo quippe Nonno episcopo, qui pro eo factus est, manente in episcopatus propria dignitate, ut cum sanctissimis episcopis de eius ordinatione deliberem'.

241 Iuuenalis reuerentissimus Hierosolymitanus episcopus dixit: 'Qui conuertuntur, scriptura diuina suscipi iubet. quapropter et ab

4 anatholius C^1N nouae *om.* C^1N 6 lectio omnium *V et sic Uigilius l. c. IX 476 D:* lectio horum C^1, lectiorum *N* 7 ab his quae in eum accusatores intulerant C^1N *et sic Uigilius l. c. IX 476 D* 8 inpraesenti C^1N 9 tata (!) est definitioni *V:* sententia data est C^1N 10 epistola C^1, epistula *N* 11 iudicio episcopatum *V* 11 quam C^1N 12 qui pro eo factus est *om.* C^1N 15 episc. Antioch. ciuit. *trsp.* C^1N 17 reppertus *V* 18 scripto C^1N (*cf. infra p. 302, 23*): rescripto *V* quod prolatum est ab aduersario eius *V:* quae prolata est ab eo qui aduersarius (aduersarios *N*) eius extitit (existit *N*) C^1N 19 declarata eius *trsp.* C^1N 21 tam his *V:* et C^1N 22 quam etiam *om.* C^1N 23 anatholio VC^1N reuerentissimum quippe nonnum (nonum *V*, nonnum quippe *trsp.* C^1) episcopum V^1CN 25 sanctissimi *V* 27 hierosolimatus C^1, herosolimitanus *N* 28 scriptura *V:* hos scriptura C^1N *et Uigilius l. c. IX 478 D* quia propter *V*

haereticis reuertentes suscipimus. unde peruideo reuerentissimum Ibam mereri clementiam, quia et senex est et ut habeat episcopatus gradum, catholicum existentem'.

Thalassius reuerentissimus episcopus Caesariae Cappadociae dixit: 242
'Reuerentissimis episcopis Photio et Eustathio comprobantibus Ibae negotium et non adiudicantibus eum, horum opinione suasus et ego uolo habere eum sacerdotium, sicut sanctissimis praesulibus uisum est, quia maxime gestis suscepit, ut anathematizaret illa, quae eius accusatores aduersus eum deposuerunt exscripto'.

Eusebius reuerentissimus episcopus Ancyrae Galatiae dixit: 243
'Lectio sententiae, quae in Tyro prolata est a sanctis episcopis Photio et Eustathio, docuit, quia reuerentissimus Ibas in illo iudicio anathematizauit Nestorium et eius impia dogmata et rectis consensit dogmatibus. quapropter et praedicti reuerentissimi episcopi hanc satisfactionem recipientes, ut oporteret eum habere episcopatum, comprobauerunt. et impraesenti igitur eundem sanctissimum Ibam anathematizantem Nestorium et impia eius dogmata habere sacerdotium uolo'.

Stefanus reuerentissimus episcopus Ephesi dixit: 'Reuerentis- 244
simum Ibam episcopum anathematizantem Nestorium et Eutychen et eorum impia dogmata et ego decerno, sicut et sancti patres, esse in ordine episcopatus'.

Diogenes reuerentissimus episcopus Cyzici dixit: 'Definitionem, 245

1 suscipimus *V et Uigilius l. c. 478 D:* suscepimus *C*¹*N* peruideo *N* (*cf. infra p. 306, 23*): praeuideo *V et Uigilius l. c. 478 E.* prouideo *C*¹, συνορῶ *textus Graecus* 3 catholicum existentem *V:* esse catholicum *C*¹*N et Uigilius l. c. 478 E* 4 Thalasius *V*, Talassius *C*¹, talasius *N* reuerentissimus *om. C*¹*N* caesariae *C*¹*N: om. V* 5 potio *V*, fotio *C*¹*N* eustachio *V* comprobantibus et bene gotium *V* 6 opiniones uasus *V*, opiniones suasus *N* 7 haberi eum sacerdotio *C*¹*N*, haberi eum in sacerdotio *Uigil. l. c. 477 B* cum (*pro* eum) *V* sanctissimi *V* 8 maxime *V et Uigilius l. c. 477 C*: maximae in *C*¹, me in *N* suscepit *C*¹*N et Uigilius l. c. 477 C: om. V* anathematizet *V* 9 eu *V*, eam *N* deposuerant *N et Uigil. l. c. 477 C*, disposuerant *C*¹ ex scripto *male Baluzius apud Uigil. l. c. 477 C* (ἐγγράφως κατέθεντο *textus Graecus*) 10 reuerentissimus *om. C*¹*N* Galatiae *om. C*¹*N* 11 a *om. V* 12 fotio *C*¹, fothio *N* 14 consentit *C*¹*N* 16 inpresenti *N*, in presenti *C*¹ 18 habere *V:* habere in *C*¹*N* 19 Sstefanus *V*, Stephanus *C*¹, Sthephanus *N* 20 eutichen *V*, euticen *C*¹, eutihen *N* 22 esse in ord. episc. *V:* in ord. episc. existere *C*¹*N* 23 definitionem *VC*¹*:* sententiam *N*

quae prolata est a sanctissimis episcopis Photio et Eustathio de reuerentissimo Iba, optinere decreui, quia maxime et eius accusatores ibi positi suscriptione propria expositae illi definitioni consentiunt et quae nunc relecta est in sancto et uniuersali concilio'.

Constantinus reuerentissimus episcopus Bostrae dixit: 'Et ego consentio, quae bene uisa sunt sancto concilio de Iba sanctissimo episcopo'.

246 Theodorus reuerentissimus episcopus Damasci dixit: 'Quae subsequenter et canonice a sanctis patribus definita sunt super Ibae uenerabilis persona, et ego consentio'.

Meletius uenerabilis episcopus Larissae habens locum Domni reuerentissimi episcopi Apamiae Syriae dixit: 'Et ego consentio his, quae bene finita sunt a sanctis et reuerendis patribus de reuerentissimo Iba'.

247 Romanus reuerentissimus episcopus Myrorum Lyciae dixit: 'Sicut relectorum nobis fides suasit, et ego decerno eundem reuerentissimum episcopum Ibam haberi in sacerdotio, sicut et sanctissimi archiepiscopi decreuerunt, utique eo anathematizante Nestorium et Eutychen et ea quae impie sapuerunt'.

248 Eunomius reuerentissimus episcopus Nicomediae dixit: 'Iam quidem ex his, quae relecta sunt, innoxius adprobatus est uenerabilis Ibas. in quibus enim dicendo male culpare uisus est beatissimum Cyrillum, in postremis recte confessus illa, quae culpauerat, refutauit. unde et ego anathematizantem eum Nestorium et Eutychen et impia eorum dogmata et consentientem his, quae a sanctissimo archiepiscopo Leone scripta sunt et hac uniuersali synodo, dignum esse episcopatu decerno'.

1 po^{h}tio *V*, fotio C^1, fotho *N* 2 decerno C^1N 4 et quę *N*: etquę C^1, atque *V* 6 sancto C^1N: a sancto *V* 8 theodoritus C^1N 9 super personam ibae sanctissimi et ego C^1N 11 uenerabilis *om.* C^1N domini *V* 12 appamię *V* syriae *om.* C^1N 13 et reuerendis *om.* C^1N 14 Iba episcopo C^1N 15 mirorum VC^1 liciae C^1N 17 sicut est et a sanctis patribus et archiepiscopis definitum utique C^1N 18 anathematizantem *VN*, anathemantem C^1 19 impię *V*, impiae C^1N 20 reuerent. *om.* C^1N *et Uigil. l. c. 478 E* iam quidem C^1N *et Uigil. l. c. 478 E, cf. etiam infra p. 306, 6: om. V* 22 etenim C^1N *et Uigil. l. c. 478 E* 23 quae culpauerat C^1N *et Uigil. l. c. 478 E, cf. etiam infra p. 306, 9 et 307, 9:* in quibus culpatus est *V* 24 eutichen C^1, eutychem *N* 26 hac *N*, *cf. infra p. 306, 13:* hęc *V*, hanc C^1, ab hac *Uigil. l. c 478 E*, huic *teste Baluzio recensionis Rustici cod. Corbeiensis* (= *Sangerm. 368*) (*Graeca desiderantur*)

249 Iohannes uenerabilis episcopus Sebastiae et Seleucus uenerabilis episcopus Amasiae et Constantinus uenerabilis episcopus Melitenus et Patricius uenerabilis episcopus Tyanorum et Petrus ⟨uenerabilis⟩ episcopus Gangrorum et Atarbius uenerabilis episcopus Trapezuntis habens et locum reuerentissimi episcopi Dorothei Neocaesariae dixerunt: 'Definitio reuerentissimorum episcoporum Photii et Eustathii demonstrat innoxium reuerentissimum Ibam; similiter autem et eius abnegatio facit nos in eo, quod receperit, proniores: amica etenim semper est domino Christo clementia. unde secundum sententiam sanctorum praesulum et totius sancti concilii iustum decernimus eum et nos recipere gradum episcopatus'.

250 Frangion uenerabilis episcopus Filippopolitanus et Basilius uenerabilis episcopus Traianopolitanus dixerunt: 'Qui in iudicio neque praesens fuit neque aduocatus est, nullo modo laedi eum per prolatam aduersus eum sententiam adprobamus'.

251 Nunechius reuerentissimus episcopus Laodiciae Frygiae dixit: 'Consentimus his, quae definita sunt a sanctis patribus de Iba sanctissimo'.

Florentius reuerentissimus episcopus Sardeorum Lydiae dixit: 'Et ego adaeque consentio his, quae praefata sunt de Iba reuerentissimo'.

Eusebius reuerentissimus episcopus Dorylaei dixit: 'Tantis patribus sanctissimis episcopatum reuerentissimo Ibae reddentibus et ego consentio'.

252 Omnes reuerentissimi episcopi clamauerunt: 'Omnes eadem dici-

1 uenerabilis *utroque loco om.* C^1N sabastiae C^1N 2 uenerabilis *om.* C^1N meletenus *V*, melentinus C^1N 3 uenerabilis *om.* C^1N ti^{r}anorum *V* uenerabilis *addidi* 4 grangorum C^1, gangorum *N* artanus C^1, artanius (*cf. Uigil. l. c. 478 A*) *ex* artanaus *N* ('Ατάρβιος *textus Graecus*) uenerabilis *om.* C^1N Trapezunti *V* 5 et C^1N: *om. V* 6 foti C^1N eustathi *N*, eustachii *V* demonstrant *V* 12 francion C^1N uenerab. *om.* C^1N Filippolitanus *V*, filopopolitanus C^1 uenerab. *om.* C^1N 14 per prolatam . . adprobamus *V*: persentiam (presentiam C^1) quę aduersus eum prolata est iudicamus C^1N 16 Nunecius *V*: Munecius C^1N frigię *V*, frigiae *N*, frigriae C^1 17 consentimus his *V*: per uidimus ea C^1N de C^1N: et de *V* ibas *V* 19 Forentius *V*, Florentinus *N* reuerent. *om.* C^1N lidię *V*: litiae *N*, licie C^1 ego adaeque *N*: ego ad eaque *V*, eque C^1 20 consentio *V*: conloquor C^1N reuerentissimo episcopo C^1N 22 dorilei C^1N *consentientes cum Graeco*: larisse *V* 25 reuerentissim^{i}e *V*

mus, Nestorium modo anathematizet, dogmata ipsius modo anathematizet, Eutychen et eius dogma modo anathematizet'.
253 Ibas reuerentissimus dixit: 'Et iam exscripto anathematizaui Nestorium eiusque dogmata et nunc anathematizo eum decies milies. quod enim semel cum satisfactione fit, si fiat decies milies, non contristat'. et 'anathema Nestorio et Eutychi et diventi unam naturam'. et 'omnem, qui non sapit sicut sapit haec sancta synodus, anathematizo'.
254 Gloriosissimi iudices dixerunt: 'Quae iudicata sunt a sancto et uenerando concilio de Iba reuerentissimo episcopo, propriam fortitudinem retinebunt'.
255 His igitur ita in sanctae Calchedonensis synodi iudicio
dispositioneque iacentibus et ita uicariorum sedis apostolicae
uenerandi praesulis sui praesentiam sustinentum et ceterorum
patrum interlocutionibus declaratis euidenter aduertimus, quod
ab his, qui in eadem sancta Calchedonensi synodo locum
beatissimi prodecessoris nostri papae Leonis tenuisse noscuntur,
256 dictum sit: relecta eius epistola agnouimus eum esse
catholicum, et ab Anatolio Constantinopolitano dictum sit:
lectio omnium, quae sunt subsecuta, demonstrant
innoxium Ibam reuerentissimum ab his, quae in eum
accusatores intulerant, a Maximo uero Antiocheno dictum
sit: ex re‹le›cto scripto epistolae, quod prolatum est
ab aduersario eius, catholica est eius declarata
dictatio. quorum interlocutionibus ceteri episcopi non solum
‹non› contradixisse uerum etiam apertissimum noscuntur
257 praebuisse consensum. quod autem dicunt, quia in eadem
epistola sua Ibas Nestorium excusauerit dicendo: eundem
Nestorium nolentem dicere sanctam Mariam dei genetricem

17 cf. supra p. 297, 19 19 cf. supra p. 298, 6 22 cf. supra p. 298, 17 27 sqq. Ibae epist. apud Mansium VII col. 242 C 13 sqq.

1 dogmata .. anathematizet *om.* C^1N 2 eutichen VC^1 3 et iam exscripto *scripsi* (καὶ ἤδη ἐγγράφως *textus Graecus, cf. p. 299, 9*): etiam et scripto *V*, etiam scripto C^1N 5 miles *V* 6 anathema *V:* anathema et C^1N nestorium *V* eutyche *V*, eutichen C^1, eutihen *N* dicenti unam *V:* unam dicentes C^1, unam dicestes *N* 7 haec C^1N*: om V* 8 ‹magnificentissimi et› gloriosissimi C^1N 11 calchedonensi *V, corr. o* 18 anatholio *V* 19 demonstrat *Bar., temere, cf. supra p. 298, 6* 22 recto *V, corr. Bar.* 25 non *add. Bar.* 26 quod autem .. p. 305, 20 immorandum *om. Bar. neque adhuc edita erant*

multi eum ex haeresi Pauli Samosateni esse putauerint, qui
dixit purum hominem esse Christum: nemini uenit in dubium,
quod sancti patres nostri in eadem epistola diligenter
inspexerint, quia Nestorius dei genitricem sanctam uirginem
Mariam non dicens ex Pauli Samosateni haeresi meruit
aestimari, et multo amplius sancti patres nostri iudicio Ibae 258
Nestorium intellexerint ingrauatum, quoniam nihil aliud ex
his uerbis Ibas dixisse monstratur, nisi quia Nestorius dei
genitricem beatam uirginem negans purum hominem dominum
deum nostrum Iesum Christum et insubstantiuum filium dei
secundum Samosateni Pauli impietatem uidetur inducere,
quamuis Nestorius propriae haereseos auctor extiterit. unde et 259
uir uenerabilis Ibas ad ingrauationem potius eiusdem Nestorii
dixit, quia a quibusdam de haeresi Pauli Samosateni esse
putatus est, ac si diceret 'licet Nestorius proprium condidisset
errorem, tamen non dicendo dei genitricem sanctam uirginem
Mariam ita impius apparuit, ut absque ulla distantia a
multis Pauli Samosateni docere haeresim putaretur'. cuius 260
erroris crimen in tantum exaggerauit Ibas in epistola sua, ut
Paulo Samosateno eum consimilem faceret, cuius baptismum
sanctae Nicaenae synodi s<ententia> uniuersalis ecclesia
censuit reprobandum. a Nestoriana autem haeresi cum ad
sanctam ecclesiam catholicam reuertentes sola haeresis ipsius
condemnatione facta suscipiat, procul dubio grauioris execrationis pondere pressus per uenerabilis Ibae epistolam Nestorius
inuenitur, cuius error errori non habenti baptismum comparatur.
sed nec ex eo, quod dixit 'putatus est', quisquam eum hoc 261
uerbo usum uelut dubio criminetur, cum beatus Paulus
apostolus ad Corinthios adfirmatiue dicat: puto enim, et
ego spiritum dei habeo; neque enim dubitabat, quia dei
haberet spiritum, qui alibi dixit: an experimentum quaeritis
eius, qui in me loquitur Christus? quomodo autem fieri

21 Concil. Nic. can. XIX 27 cf. Ibae epist. l. c. 242 D 1 29 Cor. I 7, 40 31 Cor. II 13, 3

5 heresim *V* 11 samosatenim *V* 12 proprie *V* 15 *sq.* condidisse terrorem *V* 17 distantiam *V* 21 synodi sententia *temptaui:* synodis *V*

potest, ut in quo Christus loquitur, dei <spiritum> habere
262 dubitetur? nam et illud sancti patres nostri in Calchedonensi
synodo residentes nihilominus adtenderunt, quod Apollinaris
cum dogmate suo, qui unam naturam diuinitatis et humani-
tatis domini dei nostri Iesu Christi asserit, in eadem Ibae
epistola est sicut impius et execrabilis condemnatus; illa uero
magnopere comprobantes, quae in eadem epistola Ibas dixit:
duae naturae, una uirtus, una persona, quod est unus
263 filius dominus noster Iesus Christus. in eo autem,
quod unam uirtutem dixit, apostoli Pauli doctrinam secutus
agnoscitur, qui singulariter dicit Christum dei uirtutem et
dei sapientiam et in alio loco, quia etsi crucifixus est
ex infirmitate carnis, sed uiuit ex uirtute dei. quod
Ibas, cum epistolam suam dictaret, considerasse credendus
est, ut adsumentis uerbi uirtutem confessus, adsumptam
carnem utpote propriam eiusdem uerbi in ipso cognoscens,
unam uirtutem dicendo summam et inseparabilem unitatem
unius personae et unius filii nomine, hoc est domini nostri
Iesu Christi, quod subsecutus adiunxit, se intellexisse mon-
straret, in huius orthodoxae fidei confessione perdurans, dum
patres in sancta synodo Calchedonensi id, quod et ipsi fece-
rant Nestorium scilicet et Eutychen cum suis dogmatibus
condemnantes, Ibam sociandum collegio suo facere similiter
264 hortarentur. quod Ibas deuote perficiens seque semper hoc
fecisse contestans libera uoce coram uniuersis patribus dixit:
anathema Nestorio et Eutychi, adiciens: et dicenti
unam naturam, propter quam refutationem unius uidelicet
naturae in confessionem duarum in uno eodemque filio
naturarum se orthodoxum pronuntiatum esse cognouerat.

8 Ibae epist. l. c. 243 B 8   11 Cor. I 1, 24   12 Cor. II 13, 4
26 supra pag. 302, 6

1 spiritum *addidi* (dei <spiritus> *o*) 6 illam *V* 7 qua *V* 11 quid *V*
12 loquo *V* 13 et infirmitate *V* 15 *sq.* adsumpta carnem ut potest *V*
18 fili *V* 20 in] nam *V* horumthodoxę *V* 22 eutichen *V* 24 per-
ficiens sequestem per hoc *V* 26 eutiche *V*

illud etiam a nobis est explanandum, ne quis existimet Ibae 265
epistolam in eo Nestorium ab haeresi, cuius auctor est.
excusare, quod dixit: Nestorius uero, quia odio erat
suae ciuitatis et uirorum, qui in ea sunt, maximorum,
illic reuerti non potuit. his enim uerbis hoc potius signi- 266
ficatum intellegitur, quia Nestorium utpote haereticum Ibas
odiosum suae dixerit ciuitati et maximis tunc in eadem uiris;
et propterea sic patres nostros apud Calcedonam intellexisse
credendum est, quia superius in eadem epistola Ibas dixerat
eundem Nestorium libros noxios conscripsisse, qui scandalum
audientibus erant, et beatam uirginem Mariam dei genitricem
esse negauerit. sic enim de id, quod patres nostri receperunt,
recte nos intellegere conuenit et non aliud suspicari, quod
scriptor epistolae dixisse non legitur. poteramus quidem cum 267
dei gratia de singulis memoratae epistolae locis ac sensibus
per singula reddere rationem, sed quia residua eidem
intellegentiae, qua pauca exposuimus, possunt competenter
aptari (in quibus etiam si aliquid obscuritatis occurreret,
auctoritati patrum et profundiori eorum intellegentiae cede-
remus), propterea non est in his diutius immorandum.

Propter haec ergo, quae supra diximus, et propter illam 268
praedicationem fidei, per quam uenerandae recordationis Cyrillus
Alexandrinus episcopus et reuerentissimus Iohannes Antiochenus
antistes atque omnes Orientales episcopi per Paulum Emesenae
ciuitatis episcopum ad concordiam redierunt, quam Ibas quo-
que in ipsa epistola laudans libenter amplectitur, orthodoxa
est Ibae episcopi a patribus pronuntiata dictatio. illa uero, 269
quae in ipsa Ibae sacerdotis epistola in iniuriis beatae recor-
dationis Cyrilli per errorem intellegentiae dicta sunt, patres
in sancta Calchedonensi synodo epistolam pronuntiantes ortho-
doxam, nullatenus receperunt: quippe quas etiam ipse uene-

3 Ibae ep. l. c. col. 246 A 4 sqq. 9 ibid. col. 242 C 11 sqq. 26 cf. ibid. col. 247

3 quia in suae erat odio ciuitatis *Baluzio teste ueteres concilii Chalced. codices* (C^1C^3) 7 im *V* 30 calchedonense *V* epistola *V*, *corr.* *o* 31 quae *o*[2] *Bar.*

rabilis episcopus intellectu capitulorum eius meliore recepto multimode refutauit, sicut interlocutione uenerandae memoriae Eunomii ecclesiae Nicomedensis episcopi in eadem sancta
270 Calchedonensi synodo residentis euidentissime declaratur. quae se ita habet: Eunomius episcopus Nicomediae dixit 'Iam quidem ex his, quae relecta sunt, innoxius approbatus est uenerabilis Ibas. in quibus enim dicendo male culpare uisus est beatissimum Cyrillum, in postremis recte confessus illa, quae culpauerat, refutauit. unde et ego anathematizantem eum Nestorium et Eutychen et impia eorum dogmata et consentientem his, quae a sanctissimo archiepiscopo Leone scripta sunt et hac uniuersali synodo, dignum esse
271 episcopatu decerno'. nam et uenerabilis memoriae Iuuenalis interlocutio hoc idem significat: quod Ibas episcopus de id, quod sancto Cyrillo capitula eius aliter intellegendo detraxerat, postea professus, quia his ab eo explanatis et a se intellectis in communionem eius deuote concurrerit et de his, quae prius aliter intellexerat, sit conuersus, propterea recipere eum episcopatum decreuit utpote, quantum ad professionem
272 fidei, orthodoxum existentem, ita dicens: qui conuertuntur, scriptura diuina suscipi iubet. quapropter et ab haereticis reuertentes suscipimus. unde peruideo reuerentissimum Ibam mereri clementiam, quia et senex est, ut habeat episcopatus gradum, orthodoxum existentem. quibus uerbis hoc intellegitur: 'quod si ab haereticis uenientes suscipimus, quomodo Ibam, qui est orthodoxus et intellectu capitulorum beati Cyrilli haesitans ei obloqui uisus est, nunc ab eo, in quo fallebatur, intellectu

5 cf. supra p. 300, 20 sqq. 21 cf. supra p. 298, 27 sqq.

6 relecta *ex* relicta *corr. V* 11 eutichen *V* 13 uniuersalis *V*, *correxi* (*cf. p. 300, 26*) 18 communione *V*, *corr. Bar.* 19 sit ς^2: si ad *V* 23 reuerentes *V*, *corr. α* 26 quod si ς^2: qua (*relicta ob laesam membranam lacuna fere 5 litterarum*) si *V* 28 orothodoxus *V* 29 ab eo ς^2: habeo *V* intellectus *V*, *corr.* ς^2

conuersum non suscipiamus, cum eum orthodoxum constet existere?' neque enim orthodoxum existere Ibam diceret Iuuenalis episcopus, nisi ex uerbis epistolae eius confessionem fidei orthodoxam comprobasset. ut autem appareat, quia 273
interlocutio Iuuenalis Eunomii interlocutioni concordat, uerba ipsa ex interlocutione Eunomii nos edocent, quae inter alia ita se habent: in quibus enim dicendo male culpare uisus est beatissimum Cyrillum, in postremis recte confessus illa, quae culpauerat, refutauit. ex quibus uerbis euidentissime declaratur in Iba episcopo nihil de confessione fidei reprehensum, quam constat esse laudatam, sed eundem Ibam. quod fallente intellegentia de beato Cyrillo male senserat, refutasse. nam idem uenerabilis Ibas episcopus 274
gestis praecedentibus, sicut Photii et Eustathii sententia continet, apertissime perhibetur habere se et recipere omnia, quae in Ephesena prima synodo gesta sunt, et aequa iudicare, quae in Nicaea sunt constituta, et nullam differentiam arbitrari eius ad alia, et nimis eius sanctitatem se laudasse pronuntiant, quod prone Ibas sapuerit curare eos, qui uel suspicione uel alio quoquo modo eius laederent opinionem doctrinae. nam et post explanationem duodecim capitulorum beati Cyrilli 275
factam et intellectum eius sibi, quem sanctus Cyrillus in ipsis capitulis habuit, declaratum et orthodoxum eum se cum omnibus Orientalibus episcopis habuisse et in communione

7 cf. supra p. 300, 22 15 cf. Photii et Eustathii sententiam Actorum Synodi Chalcedonensis actioni nonae insertam (Mansi VII 199), unde quae sequuntur fere ad uerbum exscripta sunt 24 cf. actionem X eiusdem concilii = Mansi VII 239

2 orth. existeret *V, corr. o* 12 quid *V, corr.* o^2 14 ⟨ex ipsis⟩ gestis *Bar.* eustahii *V* 18 aliam *teste Baluzio* C^1 (illam *uulgo*, πρὸς ταύτην *concilii textus Graecus*) 19 pronuntiant *scripsi* (*sc. Photius et Eustathius, qui in sententia illa ita loquuntur:* et nimis eius sanctitatem laudauimus quod prone *etc.* C^1): pronuntians *V*, pronuntiantes *Hartel* 20 suspitionem *V, corr. Bar.* 22 xuciin *V* 23 sanctis cyrillis *V, corr. o* 25 communionem *V, corr. Bar.*

ipsius usque ad exitum permansisse professus est. ex quo apparet uenerabilem <Ibam> et, priusquam duodecim capitula beati Cyrilli intellegeret, cum in eis suspicaretur unam Christi praedicari naturam, orthodoxo sensu, quod male dictum aestimauerat, reprobasse et post explanationem eorum item orthodoxo sensu, quae recte dicta cognouerat, uenerabi-
276 liter suscepisse. sed et illud indubitanter cunctorum fidelium mentibus patet, quod magis in Ephesena secunda <synodo> haeretico intellectu Dioscorus cum Eutyche beato Cyrillo et primo Epheseno concilio contumelias inrogarint, qui crediderunt sanctum Cyrillum unam naturam in domino deo nostro Iesu Christo per duodecim sua praedicasse capitula, et ob hoc aliquos Orientales episcopos, qui unius naturae praedicationem
277 noluerunt suscipere, Dioscorus condemnauit: inter quos et Ibam episcopum propter hanc specialiter fidei eius professionem, qua duas naturas, unam uirtutem, unam personam, quod est unus filius dominus noster Iesus Christus, apertissime confitetur, ut haereticum condemnauit et Eutychen propter unius naturae praedicationem sicut catholicum reuocauit, damnans quoque propter duarum naturarum uocem sanctae recordationis Flauiani personam, et inuentus est ipse magis Dioscorus Ephesenam primam synodum conari destruere, qui eam sub execrabilis intellectus imagine defendebat, et amplius beatum Cyrillum criminatus est laudans Dioscorus atque Eutyches quam Ibas sub falsi intellectus
278 errore uituperans. nam cum laus atque uituperatio ad unum tenderent intellectum, Dioscorus et Eutyches, qui laudauerunt, haeretico spiritu laudasse reperti sunt atque ideo sunt a sancta synodo Calchedonensi damnati: at uero Ibas episcopus

16 Ibae epist. l. c. 243 B 8

2 uenerabilem Ibam *scripsi:* uenerabilem *V*, eundem Ibam *Bar.* 4 sensū *V*, *corr.* o^2 5 *sq.* eorum idem *V*, *correxi:* eorumdem *Bar.* 8 synodo *inserui* 9 eutichen *V* 19 eutichen *V* 23 execabilis *V* 25 *et* 27 eutiches *V* 28 hereticos *V*, *corr. Bar.* repperti *V* 29 calchedonense *V*

qui per errorem unam putans in his praedicari naturam prius
uituperauit capitula et post declaratum sibi intellectum eorum
communicatorem se beati Cyrilli cum omnibus Orientalibus
esse professus est, in catholicae fidei rectitudine ab eadem
Calchedonensi synodo iudicatus est permansisse. haec ergo 279
eadem synodus in Dioscoro atque Eutyche, qui se falso per
beatum Cyrillum uelamine tegere nitebantur, uidens potius
beati Cyrilli praedicationibus Dioscorum atque Eutychen
apparere contrarios per hoc, quod unam post adunationem
naturam blasphemo spiritu praedicabant, simili atque eadem
eundem Dioscorum cum Eutyche sententia condemnauit
destruens Ephesenam secundam primamque confirmans.

Et quia nobis de Ezechihelis prophetae uerbis obicitur illud, 280
quod ad sacerdotes Ierusalem malum a bono non discernentes
ex persona domini dicebat: sacerdotes eius spernentes
legem meam et coinquinauerunt sancta mea, inter
sanctum et pollutum non distinguebant et inter-
medium mundi et inmundi non secernebant, debet uestra
pietas pariter uobiscum et uniuersorum corda fidelium ex his
uerbis aduertere ideo nos non audere Calchedonensis synodi 281
retractare iudicium, ne ibidem considentibus sacerdotibus ista,
quod absit, ab haereticorum insidiis macula relidatur, ut eos
inter bonum et malum et inter sanctum et pollutum et inter-
medium mundi et inmundi non potuisse discernere criminentur,
si nos modo causas eiusdem sanctae synodi cum consensu
sedis apostolicae iudicio terminatas sub qualibet occasione
uiderint retractare. propterea ergo discretionem atque iudicium 282

15 Ezech. 22, 26

1 putens *V*, *corr.* *o* 5 haec *Bar.*: hoc *V* 6 eutiche *V* 8 dioscorus *V*, *corr.* *o* eutichen *V* 9 apparere *o*²: appetere *V* 10 blasphemos *V*, *corr.* *o*² 14 ad *a*³: a *V* 16 et *del.* *Bar.* 17 inter medium *V*, *correxi* 19 nobiscum *Bar.* 22 relidatur *V*: inuratur *o*² *Bar.* 23 inter medium *V*, *correxi* 25 eius de *V*, *corr.* *o*² sancti *V*, *corr.* *o* synodo (i superscr.) *V* 26 terminatus *V*, *corr.* *o* 27 uiderit *V*, *corr.* *Bar.*

sanctorum patrum nos in omnibus conseruantes et rerum
omnium dispositione secundum eam, quam reddidimus, rati-
onem ex Calcedonensis synodi iudicio declarata. cum satis
apertissima luceat ueritate ex uerbis epistolae uiri uenerabilis
Ibae rectissimo ac pio intellectu perspectis et ex gestis apud
Photium et Eustathium habitis et ex ipsius Ibae episcopi
praesentis a praesentibus intentione discussa patres nostros in
Calchedona residentes iustissime orthodoxam eiusdem uiri
uenerabilis Ibae episcopi pronuntiasse fidem et reprehensionem
beati Cyrilli, quam humanitus per errorem intellegentiae
283 euenisse cognouerant, congrua satisfactione purgatam: praesentis
sententiae nostrae auctoritate statuimus atque decernimus cum
in omnibus tum etiam in saepius memorata uenerabilis Ibae
epistola intemeratum patrum in Calchedona residentium
manere iudicium nec quemquam ad ordines et dignitates
ecclesiasticas pertinentem hoc constituto nostro permittimus
aliquando praesumere uel super eiusdem epistolae negotio uel
aliis in Calchedonensi concilio consensu uicariorum sedis
apostolicae iudicatis ordinatis definitis atque dispositis tamquam
imperfectis atque reprehensibilibus siue per additamentum siue
per diminutionem siue per immutationem uel quoquo modo ali-
284 quid temerariae nouitatis inferre. pari ratione decernimus, ne
quisquam epistolae beati Cyrilli, cui duodecim sunt subiecta capi-
tula, uel ipsis capitulis aduersus Nestorii perfidiam promulgatis
existimet derogandum, dum constet eundem Ibam uirum ue-
nerabilem uel omnes Orientales episcopos post explanatum sibi
eorundem capitulorum intellectum beati Cyrilli communicatores
toto uitae eius tempore permansisse, abicientes ea et a nostri
intellectus rectitudine repellentes, in quibus uel ex supra scripta
epistola uiri uenerabilis Ibae episcopi uel ex omnibus, quae

2 dispositionem *Bar.* 3 calcedonensi *V*, *corr.* o declaratam *Bar.* 6 eustachium *V* 13 tum o^2: tuam *V* 14 epistolam *V*, *corr.* o^2 17 negotium *V*, *correxi* 18 concilium *V*, *corr.* o^2 23 cap̄ *V* 25 cum *Bar.* uirum uenerabilem *scripsi:* $\overline{\text{uu}}$ *V*, *om. Bar.* 28 nostri *V*: ueri *Bar.* 29 rectitudine *ex* rectitudinē *corr. V* 30 uiri uenerabilis *scripsi:* $\overline{\text{uu}}$ *V*, unius o^2 *Bar.*

in sancta synodo Calchedonensi iudicata ordinata definita atque
disposita sunt, ita quicquam aptatur, ut per auctoritatem
eiusdem synodi aut peruersum dogma assertum esse Nestorii
aut ipse dicatur Nestorius excusatus. et ne quis forsitan 285
arbitretur ambiguum, quod praefatis legatis atque uicariis
sedis apostolicae a beatissimo papa Leone tantum fidei causa
et non etiam de depositorum incompetenter episcoporum
fuerit reuocatione mandatum, et quasi superflue Ibae quoque
Edessenae ciuitatis episcopi causam coram sanctis patribus
aestimet agitatam, nouerit beatissimum papam Leonem sanctae
Calchedonensi synodo haec inter cetera scripsisse dicendo:
quia uero non ignoramus per prauas aemulationes
statum multarum ecclesiarum fuisse turbatum plurimosque
episcopos, qui haeresem non reciperent,
sedibus suis pulsos et in exilia deportatos atque in
locum superstitum alios substitutos, his primitus
uulneribus adhibenda est medicina iustitiae, ne
quisquam careat propriis uel alter utatur alienis. et 286
ne aliquis dubitet, utrum ea, quae de restitutione episcoporum
gesta sunt in Calchedonensi synodo, ad beatissimi Leonis
fuerint perducta notitiam et ab eodem confirmata, ipsam
potius synodi relationem ad beatissimum Leonem prodecessorem
nostrum directam congrua legere sollicitudine non
omittat, cuius post alia in fine haec uerba sunt: omnem
uobis gestorum uim insinuare curauimus ad consistentiam
nostram et eorum, quae a nobis acta sunt,
confirmationem et depositionem. post quorum notitiam 287
idem beatissimus papa Leo ad piae memoriae Pulcheriam
Augustam gratias referens de restitutis episcopis ita scribit:

12 Leonis ep. 93, 3 tom. I col. 1071 ed. Baller. 24 inter Leonis epp. 98 tom. I col. 1103 ed. Baller.

2 ut *scripsi:* aut *V* 3 Nestorii o^2: nestorium V 8 reuocationē V, *corr.* o 9 episcopo V, *corr.* α^3 14 quia haeresim *edd. Leonis* 18 ul (*pro* ul) V 27 dispositionem *Ballerin.* (*ex codice Vatic. 1322*); συγκατάθεσιν *tenor Graecus* 28 pape V pulcherimam V

clementia igitur uestra cognoscat omnem Romanam
ecclesiam de uniuersis fidei uestrae operibus pluri-
mum gratulari, siue quod legationem nostram pio
per omnia iuuistis affectu, et quod sacerdotes catho-
licos, qui ab ecclesiis suis iniusta fuerant eiecti
sententia, reduxistis. ecce et in eo, quod omnia gesta
beatissimo papae Leoni directa sunt, rerum gestarum ad eum
perducta notitia est et in recurrentium actione gratiarum
288 rerum gestarum confirmatio declaratur. non dubitamus igitur
omnium fidelium sensibus patefactum, quae uicariis beati
papae Leonis loco eius synodo praesentibus ab eodem fuerit
dispensandarum rerum forma mandata uel quales ad exequen-
dum perceperint actiones uel quae ab illo generali concilio
praesidente ac consentiente per uicarios suos sedis aposto-
licae praesule fuerint constituta: quae neque minui neque
augeri neque perfringi neque posse fas est ab aliquo re-
tractari.

289 Non licere autem uenerandae Calchedonensis synodi statuta
conuelli uel quolibet colore seu titulo retractari prodecessorum
nostrorum pauca de innumeris prolata constituta nos edocent, ex
illius praecipue beati Leonis prodecessoris nostri epistolis, quo
in uicariis suis summo praesule floruit sanctum Calchedonense
290 concilium. ait namque in epistola ad piae memoriae Leonem
Augustum ita: haec autem dei munera ita demum
nobis diuinitus conferuntur, si de his, quae sunt
praestita, non inueniamur ingrati et, tamquam nulla
sint quae adepti sumus, contraria potius expectemus.
nam quae patefacta sunt quaerere, quae perfecta

24 Leonis ep. 162 tom. I col. 1339 ed. Baller.

5 ab *V:* de *edd. Leonis* 11 *fort.* praesidentibus fuerint *V, corr. ras. a* 18 calchedonensi *V, corr. Bar.* 19 colere *V, corr. o* 24 *quae iam sequuntur uerba ex Leonis epistulis excerpta, eadem ex parte ab Istriae episcopis contra damnationem trium capitulorum adlata repetit, qui eos refutare studet, Pelagius II papa in secunda epist. ad Eliam = Mansi IX 435* 25 conferentur *edd. Leonis* 27 expetamus *edd. Leonis* 28 patefacte *V, corr. o*

sunt retractare et quae sunt definita conuellere quid aliud est quam de adeptis gratias non referre et ad interdictae arboris cibum improbos appetitus mortiferae cupiditatis extendere? et post aliquanta ita: prae- 291
noscat, inquit, igitur pietas tua, uenerabilis imperator hos, quos spondeo dirigendos, non ad confligendum <cum> hostibus fidei nec certandum contra ullos a sede apostolica profecturos, quia de rebus et apud Nicaeam et apud Calchedonam, sicut deo placuit, definitis nullum audemus inire tractatum, tamquam dubia uel infirma sint, quae tanta per spiritum sanctum fixit auctoritas. nec non idem beatus prodecessor 292
noster papa Leo ad praefatum uenerabilem Augustum in alia epistola: non sinas, ait, contra dexterae omnipotentis triumphos rediuiuis exurgere motibus extincta certamina, praesertim cum id damnatis iamdudum haereticorum ausibus omnino non liceat et hic fructus piis laboribus debeatur, ut omnis ecclesiae plenitudo in suae unitatis soliditate secura permaneat nihilque prorsus de bene compositis retractetur, quia post legitimas et diuinitus inspiratas constitutiones uelle confligere non pacifici est animi sed rebellis, dicente apostolo 'uerbis enim contendere <ad> nihil utile est nisi ad subuersionem audientium'. nam si humanis persuasionibus semper disceptare sit liberum, numquam deesse poterunt, qui ueritati audeant resultare et de mundanae sapientiae loquacitate confidere. item 293

4 Leonis ep. 162 ibid. col. 1341 14 Leonis ep. 164 ibid. tom. I col. 1345 23 Timoth II 2, 14

1 conuellere *edd. Leonis, Pelag:* conuelli *V* 3 improuos *V* 4 praenoscat . . 12 auctoritas *adfert etiam Facundus, Pro def. trium capp. V 5 (Migne LXVII 653 C)* 5 inquid *V* 7 cum *edd. Leonis, Fac: om. V* nec ad cert. *edd. Leonis, Fac.* ullos *edd. Leonis, Fac.:* illos *V* 14 *sqq. idem adfert Facundus ibid. II 6 (Migne 578 B)* sinas . . exurgere *V Pelag.:* sinantur . . assurgere *edd. Leonis, Fac.* 21 constitutionis *V, corr. ς* 23 ad *edd. Leonis, Fac., Pelag.: om. V*

post pauca: pie nobis et constanter utendum est, ne, dum talium disputatio admittitur, his, quae diuinitus definita sunt, auctoritas derogetur. item ex epistola papae Leonis ad Anatolium Constantinopolitanum episcopum: ut autem haec exhortatio ad omnium fratrum possit notitiam peruenire, diligentiae uestrae cura perspiciat. quia, quod saepe dicendum est, tota religio Christiana turbatur, si quicquam de his, quae apud Calchedonam constituta sunt, conuellatur et, quae ex diuina sunt inspiratione composita, ulla patiamini nouitate teme-
294 rari. sed et beatissimus prodecessor noster papa Simplicius ad Zenonem Augustum sic inter cetera dicit: neque aliquis dubius rationis et trepidus mentis expectet noui aliquid post Calchedonense concilium contra definitiones ipsius retractari, quia per uniuersum mundum

1 Leonis ep. 164 ed. Ball. I 1347 (*qua sancti spiritus praecurrente doctrina pie nobis* etc.) 5 Ballerinii (Leonis opp. I 1311 adn 7) censent hic a Uigilio per errorem Anatolium Constantinopolitanum substitutum esse pro Basilio Antiocheno (cf. Pelagii II ep. = Migne IX 437 sub fin.), ad quem IX Kal. Sept. a. 457 ita scripsit Leo (ep. 149 ed. Ball. I 1310): *obsecro dilectionem uestram, ut a Calchedonensis synodi definitionibus in nullo animos relaxetis et, quae ex diuina sunt inspiratione composita, nulla patiamini nouitate temerari* et in fine eiusdem epistulae: *ut autem haec adhortatio ad omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum possit notitiam peruenire, diligentiae uestrae cura prospiciat, quia, quod saepe dicendum est, tota religio Christiana turbatur, si quicquam de his, quae apud Calchedonam sunt statuta, conuellatur.* neque uero id mihi persuaserunt fratres doctissimi, cum non solum siue neglegentiae siue inscitiae accusandus esset Uigilius sed etiam licentiae, qua uerba disparata coniunxisset in unum, immo cum plane eadem, quae ad Basilium, paucis post diebus Leo scripserit ad Euxitheum Thessalonicensem et a pari ad tres alios episcopos Orientales (ep. 150 ed. Ball.), haud ueri uidetur dissimile eum ultimis mensis Augusti diebus similia scripsisse etiam ad Anatolium huiusque epistulae non seruatae esse ea, quae Uigilius hic adfert. 12 sunt Simplicii ad Acacium, Thiel ep. 7 p. 192

4 antolium V 6 notitia V, *corr. v* perspiciat V *Pelag.*: prospiciat *edd. Leonis*, perficiat *Bar.* 10 nulla *Ballerinii*

insolubili obseruatione retinetur, quod a sacerdotum
uniuersitate est constitutum. item memoratus papa 295
Simplicius Zenoni Augusto: nullus ad aures uestrae
pietatis perniciosis mentibus pandatur accessus.
nulla retractandi de ueteribus fiducia concedatur.
sic haeresum denique machinamenta cunctarum eccle-
siasticis prostrata decretis numquam sinuntur oppu-
gnationis elisa reparare certamina. item praedictus 296
beatissimus papa Simplicius ad praefatum Zenonem Augustum
ita: Calchedonensis synodi constituta uel quae beatae
memoriae prodecessor meus Leo apostolica eruditione
perdocuit, intemerata uigere iubeatis: quia nec ullo
modo retractari potest, quod illorum definitione
sopitum est.

Constat ergo ex praefatis testimoniis patrum, quam tenere 297
debeamus pro apostolicae sedis rectitudine et pro uniuersalis
ecclesiae consideratione cautelam. cuius nos quoque cautelae
iamdudum memores in ea, quam tunc dederamus ad Menam
Constantinopolitanum episcopum epistolam (quam tamen prae-
sentibus pluribus sacerdotibus et glorioso senatu Mena sanctae
recordationis episcopo uestrae clementiae offerente et pietate
uestra nobis cum eius consensu restituente receptam, quantum
ad trium capitulorum causam pertinet, euacuauimus), nulla- 298
tenus a loci nostri atque propositi circumspectione cessantes
competentem Calchedonensis synodi reuerentiam curauimus
omnimodis exhibere, sicut series eiusdem testatur epistolae,
cuius ad probandam cautelam nostram subiecimus pauca de
plurimis, quibus diligenter inspectis, qualiter apud nos sancta

3 Simplicii ep. 56 supra p. 128, 8 sqq. 15 sqq. 10 Simplicii ep. 60 supra p. 138, 6 sqq.

5 ueterimus *V, correxi ex Simplicio:* ueterrimis *o Bar.* 7 oppugnationibus *V, correxi ex Simplicio* 11 apostolice traditione *V, correxi ex Simplicio:* apostolica traditione *o* 13 definitione *ex* definitiones *V* 18 eā *V, corr. ras. α* 20 menas *V, corr. o²* 23 pertinet////// *α*: pertinet et *V* 25 calchedonensi synodi *V, corr. o*: calchedonensi synodo *man. post α* 28 diligter *V, corr. α*

Calchedonensis synodus inuiolata permanserit atque permaneat,
euidenter ostenditur. siquidem de eadem synodo ita nos in
ipsa epistola nostra certum est inter cetera posuisse dicentes:
299 cum apud nos manifesta ratione perclareat, quicum-
que in contumeliam antefatae synodi aliquid temptat
agere, sibi potius nociturum. item post alia: sed si
euidenter nobis fuisset ostensum in ipsis gestis
potius contineri, nullus auderet tantae praesumpti-
onis auctor existere, ut aliquid, quod in illud sanctis-
simum iudicium perductum est, uelut dubium iudi-
caret, cum credendum sit illos tunc praesentes a
praesenti rerum memoria diligentius etiam praeter
scriptum aliqua requirere et definire certius potuisse,
quod nobis nunc post tanta tempora uelut ignota
causa uidetur ambiguum; cum et hoc deferatur
reuerentiae synodorum, ut et quae minus intelleguntur,
300 eorum cedatur auctoritati. item post alia: saluis
omnibus atque in sua perpetua firmitate durantibus,
quae in Nicaeno, Constantinopolitano, Epheseno
primo atque Calchedonensi uenerandis constat conci-
liis definita et decessorum nostraque auctoritate
firmata, et cunctis, qui in memoratis sanctis conciliis
addicti sunt, sine dubitatione damnatis et his nihilo-
minus absolutis, de quorum ab isdem synodis
301 absolutione decretum est. item post alia: anathematis
sententiae eum quoque subdentes, ⟨qui⟩, quisquis ille,

4 quae sequuntur quinque Uigilii fragmenta, esse eiusdem papae Iudicati quod dicitur die 11 April. a. 548 emissi uidit Hefele, Conciliengeschichte II^2 822 sqq.

1 calchędonensi *V*, *corr.* *o* atque *bis* *V* 5 contumelia manefacte *V*, *corr.* o^2 7 fuisse *V*, *corr.* o^2 8 nullius *V*, *corr.* o^2 10 productum *o* iudicare *V*, *corr.* *Bar.* 16 ⟨in his⟩ quae *Bar.* 19 nicęna constantinopolitana ephesena prima *V*, *corr.* *Bar.* 23 abdicati o^2 *Bar.* 24 hisdem *V* 26 ⟨qui⟩ quisquis ille *Hartel:* quisquis ille *V*, qui quaeuis *Bar.*

contra praedictam synodum Calchedonensem uel
praesentia uel quaelibet in hac causa siue a nobis
siue a quibuscumque gesta scriptaue inueniuntur,
pro aliqua susceperit firmitate, et sancta Calchedo-
nensis synodus, cuius magna et inconcussa est
firmitas, perpetua et ueneranda, sicut Nicaena Con-
stantinopolitana atque Ephesena prima habent, suam
teneat firmitatem. item post alia: anathematizamus et 302
eum quoque, quicumque sanctam Nicaenam Constan-
tinopolitanam Ephesenam primam et Calchedonensem
sanctissimas synodos in una et inmaculata fide
apostolis consonantes et ab apostolicae sedis praesu-
libus roboratas non et fideliter sequitur et aequaliter
ueneratur uel qui ea, quae in ipsis sanctis conciliis,
quae praefati sumus, gesta sunt, uult aut quasi praue
dicta corrigere aut uelut imperfecta supplere. ecce, 303
uenerabilis imperator, luce clarius demonstratur hanc nos
habuisse semper in sanctarum quattuor synodorum reuerentia
uoluntatem, ut quaecumque a sanctis patribus in isdem
consedentibus definita uel statuta siue iudicata sunt, intemerata
permaneant. manentibus ergo omnibus, quae de epistola Ibae 304
personaque eius in sanctorum patrum et sedis apostolicae
uicariorum interlocutionibus continentur, illud nobis omnibus-
que catholicis aequali uoluntate sufficiat, quod illic sibi
sancta synodus sufficere posse clamauit dicendo: Nestorium
et eius dogmata modo anathematizet, quo anathemate
nefandissimorum Nestorii et Eutychis ab Iba episcopo totiens
iterato totius satisfactum est synodi uoluntati.

His igitur a nobis cum omni undique cautela atque diligen- 305
tia propter seruandam inuiolabilem reuerentiam supra dictarum

25 cf. supra p. 302, 1 sq.

2 praesenti *Bar.* 5 synodum *V*, *corr.* o^{2} 8 teneaṅt *V* 9 eu *V*, *corr.* *o* 11 synodus *V*, *corr.* *o* 16 uelud *V* suplere *V* 19 hisdem *V* 22 eius *Bar.*: et eius *V* 27 ibę *V*, *corr.* *o* 30 reuerentia *V*, *corr.* *o*

synodorum et earundem uenerabilia constituta dispositis memores scriptum esse terminos patrum nostrorum nos transcendere non debere statuimus atque decernimus nulli ad ordines et dignitates ecclesiasticas pertinenti licere quicquam contrarium his, quae praesenti asseruimus uel statuimus constituto de saepe dictis tribus censere capitulis aut conscribere uel proferre aut componere uel docere aut aliquam
306 post praesentem definitionem mouere ulterius quaestionem. si quid uero de eisdem tribus capitulis contra haec, quae hic asseruimus uel statuimus, nomine cuiuscumque ad ordines et dignitates ecclesiasticas pertinentis factum dictum atque conscriptum est uel fuerit et a quolibet ubicumque repertum, hoc modis omnibus ex auctoritate sedis apostolicae, cui per dei gratiam praesidemus, effetamus. EMENDAUI.

307 ET SUSSCRIPTIO: Iuuante deo et per ipsius gratiam Uigilius episcopus sanctae ecclesiae catholicae urbis Romae huic constituto nostro subscripsi.

308 ET SUBSCRIPTIONES EPISCOPORUM:

Iohannes episcopus ecclesiae Marsorum huic constituto consentiens susscripsi.

Zachaeus episcopus ecclesiae Scyllacenae huic constituto consentiens suscripsi.

Pastor misericordia dei episcopus ecclesiae Iconiensis metropolis huic constituto consentiens suscripsi.

309 Uincentius episcopus Claudiopolis metropoleos huic constituto consentiens suscripsi.

Zachaeus episcopus rogatus a fratre Ualentino episcopo ecclesiae Siluae Candidae ipso praesente et consentiente et mihi dictante huic constituto pro ipso suscripsi.

Iulianus humilis episcopus ecclesiae Cingulanae huic constituto consentiens subscripsi.

2 Prou. 22, 28

8 alterius *V*, *corr. Bar.* 12 reppertum *V* 14 refutamus $\mathfrak{o}^2$ *Bar.* 14 *sq.* EM̄ + EN. + DAV$^{P}_{F}$I ET SUSSCRIPTIO a ω *V* 15 uuante *V*, *corr.* $\mathfrak{o}$ 18 subscriptionem *V*, *corr.* $\mathfrak{o}^2$

Paulus humilis gratia dei episcopus ecclesiae Ulpianensis 310
huic constituto, quod beatissimus papa Uigilius in causa trium capitulorum protulit, ad omnia supra scripta consentiens subscripsi.

Proiectus episcopus Naisitanae ciuitatis huic constituto consentiens suscripsi.

Sabinianus gratia dei episcopus Zapparenae ciuitatis huic constituto, quod beatissimus papa Uigilius in causa trium capitulorum protulit, ad omnia supra scripta consentiens suscripsi.

Primasius gratia dei episcopus ciuitatis Hadrumetinae, quae 311
etiam Iustinianopolis dicitur concilii Byzaceni, huic constituto, quod beatissimus papa Uigilius in causa trium capitulorum protulit, consentiens suscripsi.

Stephanus episcopus ecclesiae Ariminensis huic constituto consentiens susscripsi.

Paschasius episcopus ecclesiae Altinae huic constituto consentiens susscripsi.

Alexander episcopus ecclesiae Meletensis huic constituto 312
consentiens suscripsi.

Lucianus episcopus ecclesiae Meletensis huic constituto consentiens susscripsi.

Redemptus episcopus ecclesiae Nomentanae huic <constituto> consentiens suscripsi.

Uenantius episcopus ecclesiae Lippiensis huic constituto consentiens suscripsi.

1 gra *V* 2 *sq.* causa trium a^3: causarium *V* 5 Naisitanae ciuitatis| *in Moesia sitae, quod moneo contra Hefele, Conciliengeschichte II² 880* 7 Sabianus *V. correxi ex Concilii quinti collatione secunda* 8 causa trium *Bar.*: causarium *V* 10 quae *o*: qui *V* 12 causarium *V* 16 altinae *V:* Aletrinus *episcopus dicitur Paschasius in Uigilii epistula, qua damnauit Theodorum = Mansi IX 60; utrum uerum sit, uix dici potest, cum nullo alio loco eius fieri mentio uideatur* 18 *et* 20: *e duobus episcopis, qui hic Meletenses dicuntur, Hefele l. c. unum fuisse uult Melitae insulae, alterum Melitenae ciuitatis in Armenia sitae. sed nescio an librarii oculis aberrantibus altero loco nomen illud falso positum sit* 22 Redemtus *V* constituto *add. Bar.* 24 Benantius *V* Liparensis *in marg. coniecit Bar.* (*an* Lipeniensis *Moesiae?*)

313 Quoduultdeus episcopus ecclesiae Numanae huic constituto consentiens suscripsi.

Theophanius archidiaconus sanctae ecclesiae Romanae huic constituto consentiens suscripsi.

Pelagius miserante deo diaconus sanctae ecclesiae Romanae huic constituto consentiens suscripsi.

Petrus miserante deo sanctae ecclesiae Romanae diaconus huic constituto consentiens susscripsi.

314 Dat. prid. Iduum Maiarum imperante domno nostro Iustiniano perpetuo Augusto anno XXVII post cons. Basilii u. c. anno XII in Constantinopolitana ciuitate.

(84.)

GLORIOSISSIMO ET CLEMENTISSIMO FILIO IUSTINIANO AUGUSTO IOHANNES EPISCOPUS. Inter claras sapientiae mansuetudinis uestrae laudes, Christianissime principum, puriore luce tamquam aliquod sidus inradiat, quod amore fidei, quod caritatis studio, edocti ecclesiasticis disciplinis, Romanae sedi reuerentiam conseruatis et ei cuncta subicitis et ad eius deducitis uni-

1 Quoduuultdeus *V* 9 DAT RID (*corr.* α) *V* 10 consulib, Basilium uu *V* 11 Constantinopolitana ciuitate] *sic V sed* ana *et* ciuitate *per compendia pictis*

84. *Dat. die 25 Mart. a. 534. Extat epistula etiam in Codice Iustiniano I 1, 8, cuius lectiones adferam adpositis litteris Cod. (Cod*^{1} *= lectio eorum codicum quos inprimis Kruegerus adhibuit, Cod.*^{2} *= scriptura deteriorum, quibus usi sunt qui ante eum Codicem ediderunt, aut omnium aut certe aliquorum. ex Codicis Iustiniani aliquo deterioris notae codice epistulam collectioni suae inseruit Anselmus Lucensis (I 91); contuli* A^1 *= Uatic. lat. 1364 saec. XI et* A^2 *= Barber. XI 178 saec. XII ineuntis, quorum consensum neglectis fere propriis utriusque mendis significabo littera A. item haud exiguam epistulae partem in collectionem suam transsumpsit Deusdedit (plurima ex §§ 1—5 = I 239, p. 167 ed. Martinucci; §§ 19—21 = I 238, ibid. p. 166) usus ut uidetur Codicis Iustiniani libro aliquo notae melioris. Edd. epistulam Car. I*^{2} *574 et Collect. Concil.* 13 Gloriosissimo . . filio *om. A* 14 episcopus *VA:* episcopus urbis Romae *Cod. Deusdedit* sap. ac mansuetudinis A^1*Cod.*^{2} 16 sydus (synodus A^1) aliquod *trsp. A* caritati *V* 17 sedi *V:* sedis *Cod. A Deusdedit*

tatem. ad cuius auctorem, hoc est apostolorum primum,
domino loquente praeceptum est: pasce oues meas. quam
esse uere omnium ecclesiarum caput et patrum regulae et
principum statuta declarant et pietatis uestrae reuerentissimi
testantur adfatus. patet igitur in uobis impletum fore, quod 2
scripturae loquuntur: per me reges regnant et potentes
scribunt iustitiam. nihil est enim, quod lumine clariore
praefulgeat, quam recta fides in principe; nihil est, quod ita
nequeat occasui subiacere quam uera religio. nam cum
auctorem uitae uel luminis utraque respiciant, recte et tenebras
respuunt et nesciunt subiacere defectui. quam ob rem, glori- 3
osissime principum, uotis omnibus exorabitur diuina potentia,
ut pietatem uestram in hoc ardore fidei, in hac deuotione
mentis, in hoc integrae religionis studio sine defectu sui in
tempora longiora conseruet: hoc enim et sanctis credimus
ecclesiis expedire. scriptum est enim: labiis regit rex, et
iterum: cor regis in manu dei et, ubi uoluerit, incli-
nabit illud. hoc est enim, quod uestrum firmat imperium, 4
hoc, quod uestra regna conseruat. nam pax ecclesiae, religionis
unitas auctorem facti in sublime prouectum grata sibi tran-
quillitate custodit. neque enim parua ei uicissitudo a potentia 5
diuina tribuitur, per quem nullis rugis ecclesia diuisa secer-
nitur, nullis insertis maculis uariatur. scriptum est enim,
quia, cum rex iustus sederit supra sedem, non aduersabitur
ei quicquam malignum. proinde serenitatis uestrae apices 6
per Hypatium atque Demetrium sanctissimos uiros fratres et
coepiscopos meos reuerentia consueta suscepimus: quorum
etiam relatione comperimus, quod fidelibus populis proposuis-

2 Ioh. 21, 17 6 Prou. 8, 15 sq. 16 Prou. 16, 10 17 Prou. 21, 1 24 Prou. 20, 8

3 uere *Cod. A Deusdedit:* uero *V* omnium uere ecclesiarum *trsp. Cod.*[1] *Deusdedit,* omnium eccl. uere *A Cod.*[2] 6 locuntur *A* 7 enim est *trsp. A Cod.*[2] 14 defectui *V* 17 inclinauit *V* 19 conseruet *A* 25 ei *V Deusdedit:* sibi *A Cod.* 26 ypatium *V* 28 proposuisses *A*[2], proposuistis *A*[1]*Cod.*[2]

setis edictum amore fidei pro submouenda haereticorum intentione secundum apostolicam doctrinam fratrum et coepiscoporum nostrorum interueniente consensu. quod quia apostolicae doctrinae conuenit, nostra auctoritate confirmamus. textus autem epistolae talis est:

7 UICTOR IUSTINIANUS PIUS FELIX INCLITUS TRIUMPHATOR SEMPER AUGUSTUS IOHANNI SANCTISSIMO ARCHIEPISCOPO ALMAE URBIS ROMAE ET PATRIARCHAE. Reddentes honorem apostolicae sedi et uestrae sanctitati, quod semper nobis in uoto fuit et est, et ut decet patrem honorantes uestram beatitudinem omnia, quae <ad> ecclesiarum statum pertinent, festinamus ad notitiam deferre uestrae sanctitatis, quoniam semper magnum nobis fuit studium unitatem uestrae apostolicae sedis et statum sanctarum dei ecclesiarum custodiri, qui hactenus optinet et incommote permanet nulla intercedente contrarietate, ideoque omnes sacerdotes uniuersi orientalis tractus et subicere et unire sedi uestrae sanctitatis properauimus.
8 et in praesenti ergo quae hic commota sunt, quamuis manifesta et indubitata sint et secundum apostolicae uestrae sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firme custodita et praedicata, necessarium duximus, ut ad notitiam uestrae sanctitatis perueniant. nec enim patimur quicquam, quod ad ecclesiarum statum pertinet, quamuis manifestum et indubitatum sit, quod mouetur, ut non etiam uestrae innotescat sanctitati, quia caput est omnium sanctarum ecclesiarum. per omnia enim, ut dictum est, properamus
9 honorem et auctoritatem crescere uestrae sedis. manifestum igitur
facimus uestrae sanctitati, quod pauci quidam infideles et alieni

1 sedictum *V* 6 *Iustiniani ad Iohannem epistula data die 6. Iun. a. 533 etiam legitur epistulae 91 inserta, ubi quae occurrunt lectionum discrepantiae, significabo hic littera* V^b 7 Ioh̄s (i *supra*) *V* 9 uoto *ex* uolo *corr. V* in uotum nobis *trsp.* A^1, in uobis uotum A^2 et ut $V^b A$ *Cod.*[2]: ut et *V*, ut *Cod.*[1] *Deusdedit* 10 ad $V^b A$ *Cod.*: *om. V* 11 pertinent *A Cod.*: pertinet $V V^b$ defferre *V* 14 custodire *Cod.*[2] *Deusdedit et ex* custodiri A^1 nulla $V^b A$ *Cod.*: et nulla *V* 15 contrarię tuę *V* 17 quae hic $V V^b$: quia haec *A*, cui haec *Codicis Iustin. cod. C(asinas) a Kruegero adhibitus*, quae *eiusdem codex R* (*Berolin. 273*) *et Cod.*[2], haec quae *Deusdedit* 19 ab *om. A* 21 quicquam quod $V V^b$ *Cod.*[1] *Deusdedit*: quicquid *A Cod.*[2] 26 quidam *Cod.* (*cf. p. 324, 26 sq.* a quibusdam paucis *et Cod. Iustin. I 1 l. 7 § 4, ubi eadem fere uerba imperator dirigit ad Epiphanium episcopum Constantinopolitanum,* ὀλίγοι τινὲς ἄπιστοι): quidem $V V^b A$ *et Codicis Iustin. codex R*

sanctae dei catholicae atque apostolicae ecclesiae contradicere Iu-
daice ausi sunt aduersus ea, quae ab omnibus sacerdotibus secun-
dum uestram doctrinam recte tenentur et glorificantur atque prae-
dicantur, <denegantes> dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum 10
filium dei et deum nostrum, incarnatum ex sancto spiritu et sancta
atque gloriosa uirgine et dei genitrice Maria, hominem factum
atque crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis,
coadorandum et conglorificandum patri et spiritui sancto, consub-
stantialem patri secundum diuinitatem et consubstantialem nobis
eundem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eundem
ipsum impassibilem deitate. recusantes enim dominum <nostrum> 11
Iesum Christum unigenitum filium dei et deum nostrum fateri
unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis uidentur Nestorii
malam sequentes doctrinam, secundum gratiam dicentes eum filium
dei et alium dicentes deum uerbum et alium Christum. omnes 12
uero sacerdotes sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae et
reuerentissimi archimandritae sacrorum monasteriorum sequentes
sanctitatem uestram et custodientes statum et unitatem sanctarum
dei ecclesiarum, quam habent ad apostolicam uestrae sanctitatis
sedem, nihil penitus inmutantes de ecclesiastico statu, qui hactenus
optinuit atque optinet, uno consensu confitentur et glorificant
<praedicantes> dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum 13
filium et uerbum dei et deum nostrum ante saecula et sine tem-
pore de patre natum, in ultimis diebus descendisse de caelis et
incarnatum ex spiritu sancto et sancta atque gloriosa uirgine
dei genitrice Maria natum et hominem factum et crucifixum unum
esse sanctae et consubstantialis trinitatis, coadorandum et con-
glorificandum patri et sancto spiritui. nec enim alium deum 14
uerbum et alium Christum cognoscimus sed unum atque eundem
ipsum <consubstantialem patri secundum diuinitatem et> consub-
stantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem, passibilem

1 dei V_b*ACod.:* sedi *V* iudaice <atque apostatice> *ACod.*[2] 2 ausi V_b*ACod.:* uisi *V* 3 tenerentur *V* praedicantur. et post pauca: omnes ergo sacerdotes (*p. 324, 22*) *omissis intermediis A* 4 denegantes V^b*Cod.: om. V* 5 filiu *V* deum V^b*Cod.*[1] (θεὸν *lex gemina Cod. 1, 1 l. 7 § 4*)*:* dominum *V* 7 consubstan stantiales *V* 8 pari et spiritu *V* 11 nostrum V_b*Cod.: om. V* 12 unigeni'genitum *V* deum V^b (θεὸν *lex gemina Cod. I 1 l. 7 § 4*)*:* dominum *V et omnes fere libri Cod.* 22 praedicantes V^b*Cod.: om. V* 25 spu *V* uirgine *V*V^b*:* uirgine et *Cod.* 28 pari *V* 29 atque eundemque *V* 30 consubstantialem patri secundum diuinitatem et V^b*Cod.: om. V*

carne, eundem ipsum impassibilem deitate. ut enim est in diuini-
tate perfectus, ita idem ipse et in humanitate perfectus est: in
una enim subsistentia unitatem suscipimus et confitemur, quod
15 dicunt Graeci τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν. et quoniam
unigenitus filius ⟨et⟩ uerbum dei ante saecula et sine tempore
de patre natus, idem ipse et in ultimis diebus descendens de
caelis, incarnatus ex sancto spiritu et sancta atque gloriosa uir-
gine et dei genitrice Maria et homo factus dominus noster Iesus
Christus proprie et uere deus est, ideo et sanctam atque gloriosam
uirginem Mariam proprie et uere dei matrem dicimus: non quia
deus uerbum principium ex ipsa sumpserit sed quod in ultimis
diebus descendit de caelis et ex ipsa incarnatus et homo factus
16 natus est. quem confitemur et credimus, sicut dictum est, con-
substantialem esse patri secundum deitatem et consubstantialem
nobis eundem ipsum secundum humanitatem, eiusdem miracula et
17 passiones, quas sponte carne sustinuit, cognoscentes. suscipimus
autem sancta quattuor concilia, id est trecentorum decem et octo
sanctorum patrum, qui in Nicaea congregati sunt, et centum
quinquaginta sanctorum ⟨patrum⟩, qui in hac regia urbe con-
uenerunt, et sanctorum patrum, qui in Epheso primo congregati
sunt, et sanctorum patrum, qui in Calchedona conuenerunt, sicut
18 uestra apostolica sedes docet atque praedicat. omnes ergo sacer-
dotes sequentes doctrinam apostolicae uestrae sedis ita credunt et
confitentur ⟨et⟩ praedicant. unde properauimus haec ad notitiam
deferre uestrae sanctitatis per Hypatium et Demetrium beatissimos
episcopos, ut nec uestram sanctitatem lateat, quae a quibusdam
paucis monachis male et Iudaice secundum Nestorii perfidiam
19 denegata sunt. petimus ergo uestrum paternum adfectum, ut uestris
ad nos destinatis litteris et ad sanctissimum episcopum huius
almae urbis et patriarcham uestrum fratrem, quoniam et ipse per
eosdem scripsit ad uestram sanctitatem festinans in omnibus con-
sequi sedem apostolicam beatitudinis uestrae, manifestum nobis

3 suscepimus *V* tinchati postasin eno sin omologum̄ *V* 5 et V^b*Cod.*: *om.* *V* 6 ultimos (i *supra*) *V* 7 sancto spiritu V^b*Cod.*: spiritu sancto *V* 9 est V^b*Cod.*: et *V* et *pro* atque (*errore?*) ***Kruegeri Codicis editio*** 10 matrem] genitricem V^b 18 nicena *V* 19 patrum V^b*Cod.*: *om.* *V* 21 Chalcedone *edd. Codicis* 22 ***inde ab*** omnes ***incipit rursus A*** 24 confitentur et praedicant V^b*Cod.*: confitentur praedicant *V*, confitentur et dicunt A^2, confidenter dicunt A^1 hoc *ACod.*[2] 25 uestrae deferre *trsp.* *A* ipatium *V* 29 destinetis litteras *ACod.*[2] 30 et (*ante* patriarch.) *supra linea* *V* 31 consequi VV^b: sequi *ACod.* ***Deusdedit***

faciatis, quod omnes, qui praedicta recte confitentur, suscipit
uestra sanctitas et eorum, qui Iudaice ausi sunt rectam denegare
fidem, condemnat perfidiam. plus enim ita <et> circa uos omnium 20
amor et uestrae sedis crescit auctoritas et, quae ad nos <est>,
unitas sanctarum ecclesiarum inturbata seruabitur, quando per uos
didicerint omnes beatissimi episcopi horum, quae ad uos relata
sunt, sinceram uestrae sanctitatis doctrinam. petimus autem uestram
beatitudinem orare pro nobis et dei nobis adquirere prouidentiam.
ET ALIA MANU: Diuinitas te seruet per multos annos, sancte ac 21
religiosissime pater. Dat. VIII. Id. Iun. Constantino<poli domino>
Iustiniano perpetuo Augusto III consule.

Liquet igitur, gloriosissime imperator, ut lectionis tenor 22
et legatorum uestrorum relatio patefecit, uos apostolicis
eruditionibus studere, cum religionis catholicae fidei ea
sapitis, ea scribitis, ea populis fidelibus publicastis, quae,
sicut diximus, et sedes apostolica docet et patrum ueneranda
decreuit auctoritas et nos confirmauimus in omnibus. oportunum <est> ergo uoce clamare prophetica: iucundetur
caelum desuper, effundant montes iucunditatem
et colles laetitia laetabuntur. haec igitur in tabulis 23
cordis fideles scribere, haec ut pupillas oculorum conuenit
obseruare. neque enim quisquam est, in quo Christi caritas
feruet, qui tam rectae, tam uerae confessionis uestrae fidei

18 cf. Esai. 45, 8; 44, 23; 55, 12; Psalm. 95, 11; 97, 8

3 et $V_b A^1$ *Cod. Deusdedit: om.* VA^2 4 est $V_b A$ *Cod. Deusdedit: om. V* 5 inturbatas serbabitur *V* qndo *V* 6 horum $V V_b$: eorum *ACod.* 7 scitatis *V* uram *V* 8 prouidentia *V* 9 et alia manu *V:* exemplar subscriptionis V_b, et subscriptio *A Deusdedit,* et (*uel* item et *uel* et haec) subscriptio *Cod* serbet *V* 10 Dat. . . consule *om. A Deusdedit* CONSTANTINO *V* (*om.* domino) 11 III V_b*Cod.*: IN *V* 13 et *ACod.*: ut *V* patefacit *A* 14 religionis . . fidei *V:* religionibus . . fidei A^2, de religionibus . . fidei A^1, de religionis . . fidei *Cod.*², de religionis . . fide *Cod.*¹ 15 scribitis *V:* scripsistis *ACod.* populis *VCod.*¹: protulistis *ACod.*² 16 sedis *V* sedis apostolicae doctrina et *ACod.*² ueneranda *om. A* 18 est *ACod.*: *om. V* iucundetur *VCod.*¹: tibi abundet (habundetur A^1) *ACod.*² 21 fidelis *A et pars codd. Cod.* pupillas A^1*Cod.*: pupilla *V*, pupillam A^2 22 obserbare *V*, obseruari *A*

refragator existat, cum impietatem euidenter Nestorii et
Eutychis uel omnium haereticorum damnantes unam ueram
catholicam fidem domini et dei nostri saluatoris Iesu Christi
magisterio institutam et propheticis apostolicisque praedica-
tionibus ubique diffusam et sanctorum per totum orbem
confessionibus roboratam patrum atque doctorum sententiis
adunatam et nostrae doctrinae consentaneam inconcusse atque
inuiolabiliter deuota deo et pia mente seruatis. soli etenim
uestris professionibus aduersantur, de quibus diuina scriptura
24 loquitur dicens: *posuerunt mendacium spem suam et
mendacio operiri sperauerunt*, et iterum, qui secun-
dum prophetam dicunt domino: *recede a nobis, uias tuas
scire nolumus*, proter quod Salomon dicit: *semitas
propriae culturae errauerunt, colligunt autem
25 manibus infructuosa*. haec <est> igitur uestra uera fides,
haec certa religio, hoc beatae recordationis, ut diximus, patres
omnes praesulesque Romanae ecclesiae, quos in omnibus
sequimur, hoc sedes apostolica praedicauit hactenus et incon-
uulse custodiuit: huic confessioni, huic fidei quisquis contra-
dictor extiterit, alienum a sancta communione, alienum se
26 ipse ab ecclesia iudicauit esse catholica. nos enim in Romana
Cyrum cum sequacibus suis inuenimus ciuitate, qui de
Acoemetensi monasterio fuit: apostolicis suasionibus ad
rectam fidem et uelut oues, quae perierant errantes, ad ouile
contendimus reuocare dominicum, ut agnoscerent secundum
prophetam linguae balbutientes loqui, quae ad pacem sunt.

10 Esai. 28, 15 12 Iob 21, 14 13 cf. Sap. 15, 4 26 Esai. 32, 4

1 impietatem *ACod.*: impietas *V* et eutyches uel *V*, et eutichis uel *Codicis cod. Casinas:* eutychisque uel *A et Codicis cod. Montispessul.*, eutychisque et *alii Codicis libri* 4 institutam propheticisque praedicationibus *A* 8 etenim *ACod.*: te enim *V* 13 quod *V et omnes fere libri Cod.:* quos *Codicis cod. Casinas* semita *A* 15 infructuosam *V* est *ACod.*: *om.* *V* 17 ecclesiae *VCod.*: sedis *A* 18 hoc *ACod.*: hec *V* sedis *V* 20 a sancta *VCod.*[1] sane a *ACod.*[2] 21 in *ACod.*: et *V* 22 ciuitatem *V* 23 aquimetensi *V*, acimitensi *A*[2], acimintensi *A*[1] *post* fuit *add.* quos *ACod.* (καὶ *Basilica*) 24 et *om.* *A*

<ad> non credentes autem per nos primus apostolorum Esaiae 27
prophetae uerba dicit: pergite in lumine ignis uestr
et flammae, quam accendistis, sed obduratum est cor
eorum, ut scriptum est, ut non intellegerent, et pastoris uocem
oues, quae meae non erant, audire minime uoluerunt. in quibus
seruantes ea, quae ab ipsorum sunt statuta pontifice, eos
minime in nostra communione recepimus et ab omni ecclesia
catholica esse iussimus alienos, nisi errore damnato doctrinam
nostram quantocius sequi habita regulari professione signauerint. aequum quippe est, ut, qui nostris minime oboedientiam commodant statutis, ecclesiis habeantur extorres. sed 28
quia gremium suum numquam redeuntibus claudit ecclesia,
obsecro clementiam uestram, ut, si proprio errore deposito et
praua institutione depulsa ad unitatem ecclesiae reuerti uoluerint,
in nostra communione receptis indignationis uestrae remoueatis aculeos et nobis intercedentibus benigni animi gratiam
condonate. deum autem et saluatorem nostrum Iesum Christum 29
exoramus, quatenus longaeuis et pacificis uos dignetur custodire temporibus in hac uera religione et unitate et ueneratione
apostolicae sedis, cuius principatum ut Christianissimi et pii
conseruatis in omnibus. praeterea, serenissime principum,
laudamus legatorum uestrorum personas, Hypatii et Demetrii
fratrum et coepiscoporum nostrorum. quos clementiae uestrae
gratos fore ipsa manifestauit electio: nam tantae causae
pondus non nisi perfectis in Christo potuissetis iniungere,

2 Esai. 50, 11 4 cf. Marc. 4, 12; Ioh. 10, 26 sq.

1 ad non credentes *A*[1]*Cod*[2] (ad non *om.* *A*[2]): non credentes *V*, non credentibus *Cod.*[1] 2 pergite *V* in lumine *VCod.*[2]: lumine *A*, lumine *aut* lumini *Cod.*[1] 3 flammae quam *ACod.*: flamine quem *V* obduratum *ACod.*: obturatum *V* 5 uoluerunt *Cod.*[1]: uoluerant *V*, ualuerunt *ACod.*[2] 11 commendant *A* 12 ñ quam *V* 14 institutione *V*: intentione *ACod.* imitatem *V* 15 recepti*s* *Cod.*[1]: recepti *VACod.*[2] moueatis *V* 17 condonetis *Cod.*[2] 22 ypatii *V* 23 nostrorum *om.* *A* 25 potuissetis iniungere *V*, potuissetis iniungi *Codicis cod. Casinas* (*unde* potuisset iis iniungi *Mommsen*), potuisset iniungi *A et reliqui libri Cod.*

tantae uero pietatis, tantae reuerentiae plenos affatus nisi per
31 amantes minime dignaremi destinare. ET ALIA MANU: Gratia
domini nostri Iesu Christi et caritas dei patris et communicatio spiritus sancti sit semper uobiscum, amen, piissime fili. Dat. VIII. Kal. April.

(85.)

DOMNO BEATISSIMO ET HONORABILI SANCTO FRATRI ET CONSACERDOTI IOHANNI REPARATUS FLORENTINIANUS DATIANUS ET CETERI DUCENTI DECEM ET SEPTEM EPISCOPI QUI IN UNIUERSIS CONCILIIS APUD IUSTINIANAM KARTAGINEM FUIMUS. Optimam consuetudinem praeteriti temporis, quam uiolenta captiuitas per annos centum dolentibus cunctis abstulerat, iterum seruare cupientes ad uniuersalem totius Africae synodum fideli deuotione conuenimus in illa Iustinianae Kartaginis basilica congregationis nostrae primitias domino consecrantes, unde nostros patres tyrannus Huniricus expulerat. haec basilica Fausti apud nos dicitur, multis martyrum corporibus insignita, quorum deus exaudiuit orationes, ut daret huius rei fiduciam
2 sacerdotibus. ibi igitur quantum singuli lacrimantibus gaudiis
flere potuerint, cogitandum potius beatitudini uestrae dimittimus; in omnibus enim laetitiae spiritalis unus fuit adfectus: agere gratias omnipotenti deo, cuius gratia peccatoribus sine meritis operum datur, et antidotum fidei salutaris nuper
3 reconciliatis haereticis propinare. definitionibus autem Nicaeni

1 affatus *Cod.*: affatos *V*, affectus *A* 2 et alia manu *V*: *om. ACod.* 3 patris *om. A* 4 amen *VA et omnes fere libri Cod.*: *om. Codicis cod. Montispess. et Basilica* 4 *post* fili *exhibent* Item subscriptio: omnipotens deus regnum et salutem uestram (regnum uestrum *A*) perpetua protectione custodiat gloriosissime et clementissime fili (et clem. fili *om. A*) imperator Auguste *ACod.* 5 Dat. VIII kł Apł *V*: D. VIII k. April. Roma dn. Iustiniano pp. A. IIII et Paulino iuniore uc. conss. *Cod.*, *om. A*

85. *Dat. a. 535 mense fere Maio. Edd. Car. I² 581; Bar. ad a. 535, 22; Collect. Concil.* 7 consacerdotii *V, corr.* o² 10 iustinianam *ex* iustinianum *V* 14 kartaginensis *V, corr. Labb. in margine* 17 insignitā *V, corr.* o² 24 propinare *scripsi cf. ep. 97 § 56:* oppinare *V*, obtinetur o²

concilii publica lectione transcursis inter alia, de quibus nasci
debuit disputatio, requiri iam coeperat, quomodo Arrianorum
sacerdotes ad catholicam fidem suscipi oporteat, utrumne in
suis honoribus an in laica communione: sic omnibus nobis
unanimiter subito placuit sciscitari primitus beatitudinis
uestrae sententiam. potest enim sedes apostolica, quantum
speramus, tale nobis interrogantibus dare responsum, quale
nos approbare concorditer explorata ueritas faciat. ex omnium 4
quidem collegarum tacitis motibus nemini placere sensimus,
ut in suis honoribus Arriani suscipiantur; uerumtamen con-
uenire caritati cre<di>dimus, ut quid habeat sensus noster, in
publicam notitiam nemo perduceret, nisi prius uel consuetudo
nobis uel definitio Romanae ecclesiae proderetur. hanc 5
igitur nostrae salutationis epistolam per fratres et consacer-
dotes nostros Gaium et Petrum et per filium nostrum Libe-
ratum diaconum continuo destinauimus et auctoritatem uestrae
beatitudinis et gratiam debitis <ob>sequiis honorantes: talis
quippe es, qualem sancta sedes Petri merebatur habere
pontificem, dignus ueneratione, plenus dilectionis, loquens
ueritatem sine mendacio, nihil faciens arroganter. unde etiam
libera caritas uniuersae fraternitatis requirendum putauit
consilium tuum: respondeat, obsecro, mens illa sancto spiritu
feruens affabiliter et ueraciter. non solum enim de sacerdotibus 6
sed de ipsis quoque paruulis apud eos baptizatis, utrum
soleant uel debeant ad clericatum, si petierint, adplicari,
consulimus. a multis enim facere istas frequenter petitiones
* * concedimus nec negamus, donec habito uobiscum diligen-
tiore tractatu legatio nostra reuertatur. illud etiam beatitudini 7

2 ceperat *V* 6 sedis *V* 11 credimus *V*, *corr. Car.* 13 difinitio *V* 14 epistola *V*, *corr. Bar.* 15 nostrum *Car.*: meum *V* 17 obsequiis o: sequiis *V* 18 sedis *V* 21 putaui et *V*, *corr.* o[2] 23 feruens *Labb. in marg.*: seruiens *V* (spiritui seruiens o) 26 a *om. Car.* petitione *V*, *corr.* o *lacunam indicaui: exciderunt cum alia tum aliqua de reconciliatis Arrianae fidei sacerdotibus alimoniorum saltem utilitatibus' iuuandis, cf. Agapeti responsum ep. 86 § 6*

tuae credimus intimandum, fratres aliquantos ex nostro collegio relictis sine causa plebibus suis ad transmarinas nauigare saepius regiones. hos diutius ecclesia tolerauit excusante eos uiolentia temporis mali. petimus nunc, ut quicumque forsitan episcopus aut presbyter siue diaconus aut cuiuslibet inferioris ordinis clericus sine nostra epistola uenerit et non adprobauerit se pro utilitate sanctarum ecclesiarum fuisse directum, similis erro<ni> iudicetur neque uestra communione dignus existat, ut in omnibus et per omnia beatitudinis uestrae
8 disciplina laudetur. ET ALIA MANU: Uegetum te nostrique memorem praestet omnipotens deus, domine frater.

(86.)

AGAPITUS EPISCOPUS REPARATO FLORENTINIANO DATIANO ET CETERIS EPISCOPIS PER AFRICAM CONSTITUTIS. Iamdudum quidem, fratres amantissimi, de prosperitatibus uestris repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione; sed et nunc, cum litteras caritatis uestrae ad decessorem nostrum datas accepimus, pridem gaudia concepta renouamus benedicentes dominum sempiternum, qui liberauit nos ab inimicis nostris et de manu omnium, qui nos oderunt. uobiscum enim recte nos dicimus, cum quibus et tribulati sumus. nam cum unum corpus ubique sit ecclesia, et apud nos quippe principalia compatiebantur eius membra. uester enim maeror nostra fuit semper adflictio et de uestrorum omnium gemitu imperante caritate uisceribus frequen-
2 tabamus saepe singultus. quae cum ita sint, redeuntibus

15 Psalm. 125, 2 19 Luc. 1, 71

2 relictis sine *o*: relictissime *V* 5 au cuiuslibet *V*, *corr. a* inferioribus *V*, *corr.* o^2 8 erroni *scripsi:* erro *V relicto deinde trium fere litterarum spatio,* heretico o^2

86. *Data 9. Sept. 535.; respondet epistulae 85. Edd. Car.* I^2 *582; Bar. ad a. 535, 37; Collect. Concil.; BTA I 510* 14 CONSTITVTIS *ex* CONSTITVTVS *V* 16 gaudiū *V*, *corr. o* 23 quippe *V*: quoque o^2 compatebantur *V*, *corr.* o^2 eius *scripsi:* et *V*, *del. Coust.* 24 memor *V*, *corr. o* 25 gemitū *V*, *corr. o*

Gaio et Petro fratribus et coepiscopis nostris atque Liberato
diacono filio nostro praeferimus sincerissimam concilii uestri
caritatem, quoniam, sicut et sapientes facere decebat et doctos,
inmemores principatus apostolici non fuistis sed quaestionis
inlatae uolentes uincla dissoluere ab eius sede requisistis,
sicut decebat, aditum, cui potestas est indulta claustrorum.
unde nos ea, quae de eiusmodi negotio in penetralibus patrum 3
constituta posuerunt, libenter aperimus et praesentibus adloquiis
translata subnectimus, ut sine dubitatione possitis agnoscere
transcendi positos iamdudum terminos non licere. itaque si
uitare uolumus offendiculum, quod a senioribus adnuntiatum
est, hoc sequamur. carent enim excusatione, quos praemonitos
contigit excedere, et acerbitatem cumulant excessuum, quos
ignorantia non tuetur. hinc est ut, quia in tantum deus 4
omnipotens e r e x i t c o r n u s a l u t i s n o b i s i n d o m o D a u i d
p u e r i s u i, ut de omnium, quorum iniquitati subiacuimus,
reconciliatione tractemus, ita sollicite remedia debeamus
adhibere, ne incolomitatis nostrae sit incommodum, quod
curantur, aut medicina subeat maculam de uulnere, cui
tribuere uult salutem. sed eiusmodi, sicut et uobis cautissime 5
uisum est, praestemus officium in obseruatione pastorum, ne,
cum perdita uolumus congregare, pereamus et, cum sub
nimia rela<xa>tione absoluimus, obnoxii, quod auertat dominus,
cadamus in culpam, maxime cum priorum nostrorum sententia
redeuntes ad nos ex Arrianis quolibet modo in qualibet
aetate illius pestilentiae labe pollutos tanta caritate in fide
complexa est, eiusmodi iustitia sub dilectione redarguit, tanta
ratiocinatione de ambitu honoris exclusit, ut erubescerent
aliud magis quaerere quam redire. de eo uero, quod piissima 6

15 Luc. 1, 69

2 proferimus *Car.* 3 dicebat *V*, *corr.* *o* 7 penetrabilibus *V*, *corr.* *Bar.* 12 excusacionem *V*, *corr.* *o* 13 aceruitatem *V* excessum *V*, *corr.* *o* 15 cornū *V*, *corr.* *o* 16 omnibus *V*, *correxi* iniquitatis *V*, *corr.* *o* 18 incolumitati *Bar.* 20 sicτ (*pro* sic̄) *V*, *corr.* *a* 23 relatione *V*, *corr.* *o*² obnixia *V*, *corr.* *o*² aduertat *V*, *corr.* *Car* 28 eruuescerent *V*

conpunctione requisistis, utrum, etsi in officium suum non debent suscipi aut eos non oportet omnino promoueri, alimoniorum saltem utilitatibus adiuuentur, laudamus hortamur amplectimur, ut re uera, quod eis promotio aut officium, in quo fuerint, abnegatur, canonum uos reuerentiam iudicent omnes adpetere quam gerere cupiditatis ardorem. uenientes igitur ad fidem sincerissimam nutriat humanitas, consoletur; prompta sit omnibus misericordia, in cuius remuneratione dictum est: beati misericordes, quia ipsi misericor-
7 diam consequentur. illud quoque, quod catholicos, qui praesunt aut militant ecclesiae, sine sacerdotum suorum litteris suscipi a nobis minime debere mandatis, et canonibus est congruum et disciplinae prodesse iudicamus ac fidei, quia permanendo in ecclesiis, in quibus militant, et ministerii sui poterunt adsiduitate in dei saluatoris nostri amore feruescere et, quae in peruagatione reprehensibilia sunt, uitare. Dat. V. Id. Septembr.

(87.)

AGAPITUS REPARATO EPISCOPO CARTAGINENSI. Fraternitatis tuae litteris indicasti post epistolam decessori meo dirigendam inter nauigii suscipiendi moras, quas hiemis continuatae generabat asperitas, ordinationem nostram tibi omnipotentis dei beneficio nuntiatam et gratulatum te fraternitatis affectu.

9 Matth. 5, 7

1 et si *V*, *correxi* 2 promoberi *V* 3 saltim *V* laudauimus *V* *corr. Bar.* 4 eis *BTA:* eius *V* promotionem . . abnegatis o^2 abnegato *V*, *correxi* 5 reuerentia *V*, *corr. Coust.* 6 appetere ‹potius› o^2 13 disciplinae a^3: disciplini et *V*, disciplinis et *o* 17 IDVV̄ SEPTEMBRIS *V*: Id. Decembr. *et hic et in fine ep. 87 scribendum putat Pagius ad a. 535 4; sed cf. Langen, Gesch. d. röm. Kirche II p. 328 adn. 1*

87. *Dat. simul cum ep. 86 die 9 Sept. 535; respondet epistulae alicui deperditae scriptae a Reparato a. 535 mense fere Iunio uel Iulio atque Agapeto simul cum ep. 85 translatae. Edd. Car. I² 584; Bar. ad a. 535, 40; Collect. Concil.; BTA I 512* 21 continuati *V* *corr. Labb.*

quia pontificatus mihi diuinitas indulsit officium. quod de 2
sinceritate tua non sumus admirati; sic enim te nobis conloquii
directi praesentauit adfectio, ut cum dilectionis tuae litteras
relegerem, te uiderem. quapropter ipsa te, qua uidi, mente
complectens postulo misericordiam diuinitatis, ut et in uobis
quietis reparata gratia fructificet et deus omnipotens, qui mihi
sacerdotii dedit donum, <con>cedat et meritum. praeterea ad ea, 3
quae Gaius atque Petrus fratres et coepiscopi nostri sed et
Liberatus diaconus filius noster, ut apud nos agerent uerbo,
a fraternitate tua sibi iniuncta dixerunt, congruum putauimus
uerbo dare responsum, quod per legatos nostros, si domino
placuerit, reddere non moramur. uniuersa praeterea, quae 4
inimicorum peruersitas inuaserat, caritati tuae metropolitana
iura reparantes hortamur, ut ea, quae tuo uel aliorum nomine
rescripsimus, uniuersis debeas innotescere, metropolitani quippe
auctoritate suffultus, ne quis se excusabiliter asserat ignorare,
quod sedis apostolicae principalitas canonum consideratione
perscripsit. Dat. V. Id. Septembr. post consulatum Pau-
lini u. c.

(88.)

AGAPITUS EPISCOPUS IUSTINIANO AUGUSTO. Licet de sacerdotii mei primitiis pietatis diuinae muneribus ad referendas essem gratias multipliciter obligatus, susceptis tamen, uenerabilis imperator, per Heraclium uenerabilem presbyterum filium nostrum uestrae serenitatis affatibus, quos aeterni fructus ubertate plenissimos destinastis, uotorum meorum sunt in domino gaudia geminata, quod adunatis felicitatis uestrae

2 conloqui *V*, *corr.* o^2: alloquii *Car.* 7 sacerdotis *V*, *corr. Coust.* concedat o^2: cedat *V* 10 iniucta *uel* inuicta *V*, *corr.* o^2 direxerunt *V*, *corr.* o^2 12 morabimur *BTA* 14 reparentes *V* 16 se o^2: te *V* 18 CONSVLATV PAVLINI VIC *V; de die cf. quae subnotaui ep. 86*

88. *Dat. die 15 Octobr. 535. Edd. Car. I² 584; Bar. ad a. 535, 48; Collect. Concil.; BTA I 513* 21 AVGT *V* 23 uenerabilibus *V*, *corr.* o^2 25 aterni *V*, *corr.* *o* 26 plenissimas *V*, *corr.* o^2 destinatis *V*, *corr. Car.*

prouectibus tali mentis gloriosae proposito terrena uobis regna
2 subicitis, ut simul caelestia conquiratis. cuius rei non sunt
ambigua documenta, quando ita uestris, quae direxistis, ora-
culis catholicae professionis lumen inradiat, ut etiam beatis
operibus enitescat. siquidem illa est in deo nostro plena et
firma credulitas, quam spiritalium simul fructuum commendat
ubertas, sicut uas electionis adnuntiat dicens: in Christo
Iesu neque circumcisio aliquid ualet neque prae-
putium sed fides, quae per dilectionem operatur.
3 quod enim maius fidei uestrae poterit opus existere, quam
quod tantis apostolicam sedem caritatis et munificentiae titulis
eleuastis, ut ipsa etiam desideria sperantium transiretis? et
quidem hoc in uobis olim, sicut ego quoque probaui, per dei
gratiam semper floruit institutum, ut possibilitatis uestrae
meritum quantitas ostenderet praestitorum et ad hos prouectus
indeptae momenta potentiae tenderetis, ut benignitas uobis
4 ingenita uota poscentium aut praeueniret aut uinceret. hinc
est, quod usque ad principalis coronae fastigia et ultra nunc
usque prosperis uestra tranquillitas successibus gloriatur nec
umquam caelestibus fraudabitur adiumentis, quia scriptum
est: diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.
unde ego quoque piissima uestrae liber<al>itatis eloquia cum
deuotione gratulantis ecclesiae, sicut praecepistis, diuinis
scripta feci ministeriis adhaerere, ut supernae maiestatis
optutibus indefessis semper precibus ingerantur et ad impe-
trandas uobis retributiones uestras sit commemoratio sempi-
5 terna. atque ideo, domine clementissime fili, obsequium
salutationis uberrimae reuerenter exsoluens spiritalis uos sinibus
caritatis amplector sperans, ut de mea deuotione, quantum in

7 Gal. 5, 6 21 Rom. 8, 28

1 mτιs (*pro* m̄τιs) *V* 2 sibicitis *V*, *corr.* o 7 uuertas *V* 15 hos o: os *V* 17 Inc *V* 22 liberalitatis *Car.*: liberitatis *V*, libertatis α 23 gratulatis *V*, *corr.* ρ[2] 24 mysteriis *Bar.* magestatis *V* 25 impetranda uobis retributionis uestrae *V*, *correxi:* praemia *post* uestrae *add.* *Bar.* 26 sepiterna *V*

me est, in his, quae pro ecclesiasticae pacis unitate praecipitis, uos uobis potius, quae sunt catholica, promittatis iuxta hoc, quod dicit apostolus: ita quod in me est, promptum est et uobis, nec in aliquo eorum, in quibus licite possumus oboedire, mansuetudinis uestrae nos adhortationibus credatis obsistere, quia, sicut gentium doctor asseruit, spem habeo crescente fide uestra in uobis magnificari secundum regulam nostram. et ideo inmensas deo nostro gratias exhibeo, quod pro populi multiplicatione catholici tanto caritatis ardore feruetis, ut, ubicumque uestrum propagatur imperium, regnum mox incipiat proficere sempiternum. cuius 6
studii beniuolentiae uehementius insistentes etiam nos in adquirendis eis, quos Arrianam significatis uitare uelle perfidiam paternae traditionis aestimatis declinare posse censuram, scilicet ut et in his honoribus, in quibus fuerunt apud haereticos, perseuerent et promoueantur ad alios. quapropter bonum hoc equidem et summa laude praecipuum, quod omnes ouili dominico per ueram fidem cupitis adgregare; sed non oportet nobis eos, qui non recte ingredi moliuntur, excipere beato Paulo apostolo commonente: nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum. quanta autem paternarum constitutionum, si sic recipiantur, 7
quod absit, incurratur offensio, ne quid pietatem uestram latere contingeret, ipsas quoque regulas credidi subnectendas, quae specialiter censuerant, ne quis talium reconciliatus aut ecclesiastici ordinis prouectibus augeatur aut desideret honores ulterius possidere, quos se dubitare iam non debet culpabiliter adquisisse; ex quibus pietas uestra melius poterit aestimare, si quo modo tam aperta et synodalia sedis apostolicae liceat infringere constituta, cum sententia clamet apostoli: si tamen

3 Rom. 1, 15 6 Cor. II 10, 15 20 Cor. II 6, 3 30 Gal. 2, 18

5 adortationibus *V* 12 stadii *V*, *corr. cod. Angelic.* beniuolenti *V*, *corr. Car.* 17 obili *V* 23 incurrantur *V*, *corr. Coust.* 24 contigeret *V*, *corr.* ɔ ipsa *V*, *corr.* ɔ² 26 aut *Coust.*: ut *V* 27 quos ɔ²: quod *V* 28 amisisse ɔ²

quae destruxi, eadem iterum aedifico, praeuaricatorem me ipse constituo. et ideo securus cum ipsius apostoli uoce profiteor, quia confido in uobis et in domino quod nihil aliud sentiatis; etenim, sicut idem doctor asseruit, certus sum et ego de uobis, quod pleni estis bonitate, repleti omnis scientiae, ut possitis
8 inuicem monere. si igitur hi, de quibus indicastis, ad fidem rectam uenire festinant, nostrae fidei regulas sequi non abnuant dicente domino: si quis uult post me uenire, abneget se ipsum et sequatur me. quod si adhuc uituperandis honoris ambitionibus excitantur et pro lucro sanctae fidei humanae gloriae pati damna formidant, ipsi pronuntiant necdum se a uitiis et errore discedere et nos magis uelle suis excessibus implicare. de talibus ergo dicit apostolus: aemulantur autem uos non bene sed
9 excludere uos uolunt, ut eos aemulemini. quae cum ita sint, sancto studio uestro, quo ecclesiam catholicam cupitis ampliari, nihil ex hoc, si tales in clero non recipiantur, credatis inminui apostolo praemonente: quid enim? si quidam eorum non crediderunt, numquid incredulitas eorum fidem dei euacuauit? absit! nam licet simili studio caritatis pro multiplicatione fidelium ille beatus Petrus caelestis regni ianitor traheretur, qui ut Iudaeorum plures adquireret, a doctrina et tramite regulari in non respuendo omni iudaismo descenderat, huic tamen ille iunior uinctus in domino Paulus se retulit obuiasse dicens: sed cum uidissem, quod non recte ingrediuntur ad ueritatem euangelii, dixi Petro coram omnibus 'si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter uiuis, quomodo

3 Gal. 5, 10 5 Rom. 15, 14 9 Matth. 16, 24 15 Gal. 4, 17 19 Rom. 3, 3 26 Gal. 2, 14

6 repletionis scientię V, *correxi:* repleti omni scientia *Bar.* 11 uituperandi V, *correxi:* recuperandi *Bar.* 17 quo *scripsi:* quod V 18 tale V, *corr. a man. post.* 19 quod V, *corr.* o^2 23 celesti V, *corr.* o qui ut o^2: qui uiuit V 24 regularis V, *corr.* o 25 discederat (*sic!*) *coni. BTA*

gentes cogis iudaizare?' haec ergo per omnia deo 10
cordi uestro adsidente pensantes agnoscere poteritis non
occasionem nos excusationis inquirere sed ea, quae pro officii
nostri ratione transcendere non possumus, uobis humiliter
intimare dicente apostolo: non enim possumus aliquid
contra ueritatem sed pro ueritate. unde et de Stephani
episcopi persona simul et causa non credatis alicuius nos
studio defensionis impelli (absit a quorumlibet mentibus
Christianis, ut in quacumque persona aut innocentiam redar-
guant aut crimen absoluant), sed uniuersa, quae <ab> aposto-
lica sede super hac sunt parte disposita, illo semper studio
manauerunt, quod principatui beati Petri uos quoque cupitis
per omnia reseruari, scilicet ne in his, qui sedis eius audien-
tiam postulassent, spreta ipsius reuerentia alterius sententia
proueniret. et ideo, quia clementia uestra salubriter offerre 11
dignata est, ut a legatis nostris omne negotium retractetur,
hanc operam his, quos in continenti dirigimus, deo auctore
mandamus, ita tamen, ut iam nunc communione nostra uir
religiosus Achilles pro uestra iussione debeat gratulari; at
uero de sacerdotio perfruendo, cum ad nos uniuersa, quae
legati nostri cognouerint, plenissima eorum fuerint relatione
perlata, consideratis sanctorum canonum regulis, quas seruari
praecipitis, sequenda firmius censebuntur. quod autem clemen- 12
tia uestra fratris et coepiscopi nostri Epiphanii dignata est
excusare personam, quia in praedicti Achillis consecratione
uestra potius iussio quam illius ordinatio prouenisset, credimus,
quod et ipse cognouerit iure culpatum, qui praeter alia, quae

5 Cor. II 13, 8

2 adsistente *Coust.* 3 officiu *V*, *corr. o* 6 Stephani] *episcopi Larisaei ab Epiphanio Constantinopolitano depositi, de quo egit praesidente Bonifatio II. synodus tertia Romana diebus 7 et 9 mensis Decembr. a. 531; cf. Acta apud Mansium VIII 739 sqq.* 8 offensionsis *Bar. in marg.* 10 ab *add. Coust.* 12 quod *scripsi:* quę *V* 14 spreta p^2 *Coust.:* sperata *V*, separata *Bar.* 15 prouenire *V*. *corr. Car.* 16 dignatus *V*, *corr. Car.* 17 incontinenti *V* 19 Acilles *V* 25 excausare *V*, *corr. a* Acillis *V* 26 praeuenisset *Car.*

dereliquit, hoc certe excusare uix poterit, quod tam piissimo et clementissimo principi, beati quoque Petri priuilegia defensanti, non uel oportune uel importune suggessit,
13 quid in hac parte sedis apostolicae reuerentiae deberetur. de quo simul negotio sed et de Iustiniana ciuitate gloriosi natalis uestri conscia nec non et de nostrae sedis uicibus iniungendis, quid seruato beati Petri, quem diligitis, principatu et uestrae pietatis adfectu plenius deliberari contigerit, per eos, quos ad
14 uos dirigimus, legatos deo propitio celeriter intimamus. superest ut, sicut a beato Petro indesinenter exposcimus, de salute et prosperitate uestri semper imperii gratulemur. Dat. Id. Octobr.

(89.)

EXEMPLAR LIBELLI PIISSIMI DOMINI NOSTRI IUSTINIANI IMPERATORIS QUEM DEDIT AGAPITO PAPAE CONSTANTINOPOLI DE FIDE.

IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI IESU CHRISTI IMPERATOR CAESAR FLAUIUS IUSTINIANUS ALAMANNICUS GOTHICUS FRANCICUS GERMANICUS ANTICUS ALANICUS UANDALICUS AFRICANUS PIUS FELIX INCLITUS UICTOR AC TRIUMPHATOR SEMPER AUGUSTUS AGAPITO SANCTISSIMO AC BEATISSIMO ARCHIEPISCOPO ALMAE URBIS ROMAE ET PATRIARCHAE. Prima salus est rectae fidei regulam custodire et a patrum traditione nullatenus deuiare, quia non potest domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. haec, quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica inuiolabilis semper catholica custoditur

3 cf. Tim. II 4, 2 23 Matth. 16, 18

1 dereliquid *V*: deliquit *Car.* 7 principatum *V*, *corr.* o 9 proptio *V* (i *suprascr.*) 11 IDVVM OCTVBRIVM *V priore* v *in* o *corr.*
89. *Dat. die 16 Mart. 536.* *Edd. Car. I² 591; Collect. Concil.; initium et finem Pitra, Iuris eccl. graec. histor. et monum. II 219; commemorat Bar. ad a. 536, 18.* 15 CONSTANTINOPOLIM *V*, *corr. Pitra:* ⟨apud⟩ Constantinopolim *Car.* 17 goticus *V* francus *V*, *corr. Car.* 21 recte *V* 24 hedificabo *V* 26 custodiatur *V*, *corr. Car.*

religio. de hac igitur fide non cadere cupientes et patrum 2
sequentes in omnibus constituta, id est trecentorum decem et
octo sanctorum patrum, qui in Nicaea sunt congregati et
sanctum mathema siue symbolum fidei exposuerunt, et centum
quinquaginta sanctorum patrum, qui in Constantinopolitana
ciuitate conuenerunt et id ipsum sanctum mathema dilucida-
uerunt atque manifestauerunt, et sanctorum patrum, qui in
Epheso prima synodo congregati sunt, et sanctorum patrum,
qui in ⟨Cal⟩chedone conuenerunt, et quae in unaquaque earum
de fide continentur sequentes dogmata, per quae omnis
aufertur haeresis impugnans sanctam et apostolicam ecclesiam,
et probantes per omnia atque amplectentes epistolas beatae 3
memoriae Leonis omnes, quas de fide Christiana conscripsit,
et confitentes unum eundemque Christum dominum filium
unigenitum in duabus naturis id est in diuinitate et humani-
tate inconfuse incommutabiliter inseparabiliter agnoscendum,
nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem
magisque salua proprietate utriusque naturae, et in unam
personam atque subsistentiam concurrentem et non in duas
personas partitum atque diuisum sed unum eundemque filium
unigenitum deum uerbum dominum Iesum Christum, sicut
ante prophetae de eo et ipse nos Iesus Christus erudiuit et
sanctorum patrum nobis symbolum tradidit: omnem haereticum 4
anathematizamus, qui praeter haec, quae dicta sunt, sapuerunt
atque sapiunt, praecipue Nestorium haereticum Constantino-
politanae ciuitatis quondam episcopum damnatum in synodo
Ephesia a beatae memoriae Caelestino papa urbis Romae et
⟨a⟩ sancto Cyrillo Alexandrinae ciuitatis antistite; et cum eo
anathematizamus Eutychen et Dioscorum Alexandrinae quon-
dam ciuitatis episcopum damnatum in sancta synodo Calchedo-
nensi, quam amplectentes sequimur, his coniungentes Timo-

6 delucidauerunt *V* 9 calcedone o^2: chedone *V* quae o: qua ei *V* unaquęquę *V, corr.* o 12 omia *V* eplas *V* 14 eundeque *V* 23 omnes haereticos *Car.* 27 ephesina *man. post* α, *sed cf. p. 341, 28* 28 a *addidi, cf. p. 341, 29 et ep. 116*^{b} *§ 2* 29 eutychene et *V*

theum parricidam Helurum cognominatum eiusque discipulum
et sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter
5 condemnantes. auersamur autem et <A>cacium quondam
Constantinopolitanae urbis episcopum cohaereticum et sequacem
horum factum nec non <et perseuerantes in eorum communi-
one> et participatione. quorum enim quis communionem
amplectitur, eorum et similem sententiam in condemnatione
consequitur. simili modo et Petrum Antiochenum condemnamus
6 cum sequacibus suis et omnibus supra scriptis. quapropter,
sicut praefati sumus, sequentes in omnibus sedem apostolicam,
quae ab ea statuta sunt, praedicamus et profitemur ista
inconcusse seruari et compellere, ut iuxta tenorem libelli
istius omnes faciant episcopi, ut sanctissimi quidem patriarchae
ad uestram faciant sanctitatem, metropolitani uero patriarchis
et alii ut suis faciant metropolitanis, quatenus per omnia
7 sancta catholica nostra ecclesia suam habeat firmitatem. ET
ALIA MANU: Diuinitas te seruet per multos annos, sancte ac
religiosissime pater. Dat. XVII. Kalendarum Aprilium Con-
stantinopoli p. c. Belisari u. c.

(90.)

EXEMPLAR LIBELLI MENAE PRESBYTERI ET XENODOCI QUI FACTUS EST EPISCOPUS CONSTANTINOPOLITANUS SUB DIE III. ID. MARTIAS ITERUM POST CONSULATUM PAULINI U. C. IUNIORIS.

Prima salus est rectae fidei regulam custodire et a patrum traditione nullatenus deuiare, quia non potest domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.

26 Matth. 16, 18

1 parricidam *V, corr.* o[2] 3 cacium *V, corr.* o 5 et perseu. in eorum communione *addidi ex ep. 90 § 5 (p. 342, 7)* 6 participationē *V, correxi* 18 Constantinopolin *V, corr. Car.* 19 Bilisari *V*

90. *Dat. simul. cum ep. 89 die 16 Mart. 536.* ***Ed. Pitra, Iuris eccl. Graec. histor. et monum. II 217; nil nisi ultima uerba inde a § 7*** Menas misericordia *adfert Bar. ad. a. 536, 26.* 21 Xenodocus *V, correxi:* xenodochi o[2] 24 recte *V* 26 dicentes *V, corr.* o

haec, quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in
sede apostolica inuiolabilis semper catholica custoditur religio.
de hac igitur fide non cadere cupientes et patrum sequentes 2
in omnibus constituta, id est trecentorum decem et octo
sanctorum patrum, qui in Nicaea sunt <congregati et sanctum
mathema> siue symbolum fidei exposuerunt, et centum quinquaginta
sanctorum patrum, qui in Constantinopolitana ciuitate
conuenerunt et id ipsum sanctum mathema dilucidauerunt
atque manifestauerunt, et sanctorum patrum, qui in Epheso
prima synodo congregati sunt, et sanctorum patrum, qui in
Calchedone conuenerunt, et quae in unaquaque earum de fide
continentur sequentes dogmata, per quae omnis aufertur
haeresis impugnans sanctam et apostolicam ecclesiam, et 3
probantes per omnia atque amplectentes epistolas beatae
memoriae Leonis omnes, quas de fide Christiana conscripsit,
et confitentes unum eundemque Christum dominum filium
unigenitum in duabus naturis id est in diuinitate et humanitate
inconfuse incommutabiliter inseparabiliter agnoscendum, nusquam
sublata differentia naturarum propter unitionem magisque
salua proprietate utriusque naturae, et in unam personam
atque subsistentiam concurrentem et non in duas personas
partitum atque diuisum sed unum eundemque filium unigenitum
deum uerbum dominum Iesum Christum, sicut ante prophetae
de eo et ipse nos Iesus Christus erudiuit et sanctorum
patrum nobis symbolum tradidit: omnem haereticum anathema- 4
tizamus, qui praeter haec, quae dicta sunt, sapuerunt atque
sapiunt, praecipue Nestorium haereticum Constantinopolitanae
ciuitatis quondam episcopum damnatum in synodo Ephesia a
beatae memoriae Caelestino papa urbis Romae et a sancto
Cyrillo Alexandrinae ciuitatis antistite; et cum eo anathematizamus
Eutychen et Dioscorum Alexandrinae quondam ciui-

5 congregati et sanctum mathema *ex ep. 89 § 2 restituit Pitra* 8 delucidauerunt *V* 9 epheoso *V* 11 chalchedone *V* 13 ///// (*eras.* in) heresis *a man. post.:* in heresis *V* 18 $^{\text{in}}$confuse *V* 26 hęc *ex* hoc *corr. V* sapuer *V* 28 episcoporum *V, corr. Pitra*

tatis episcopum damnatum in sancta synodo Calchedonensi,
quam amplectentes sequimur, his coniungentes Timotheum
parricidam Helurum cognominatum eiusque discipulum et
sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter condem-
5 nantes. auersamur autem et Acacium quondam Constantino-
politanae urbis episcopum cohaereticum et sequacem horum
factum nec non et perseuerantes in eorum communione et
participatione. quorum enim quis communionem amplectitur,
eorum et similem sententiam in condemnatione consequitur.
simili modo et Petrum Antiochenum condemnamus cum
6 sequacibus suis ⟨et omnibus⟩ supra scriptis. quapropter. sicut
praefati sumus, sequentes in omnibus sedem apostolicam, quae
7 ab ea statuta sunt, praedicamus. ET ALIA MANU: Menas
misericordia dei presbyter et xenodocus suscipio praedictas
sanctas quattuor synodos et omnia, quae in ipsis continentur,
dogmata et epistolas papae Leonis, quas pro fide conscripsit,
et confiteor in duabus naturis, id est in diuinitate et humani-
tate, Christum deum nostrum inconfuse indiuise agnoscendum
et anathematizans omnes, qui praeter ea sapiunt, una cum
omnibus, qui condemnati sunt, ut superius dictum est. sub-
scripsi.

(91.)

AGAPITUS EPISCOPUS IUSTINIANO AUGUSTO. Gratulamur, uenerabilis imperator, quod tanto catholicae fidei ardore succenderis, ut omnibus piissimae uitae uestrae temporibus piam sollicitudinem circa seruandam augendamque ecclesiarum concordiam clementer adhibeas et unam fidem suaque per

2 amplectendes *V* 11 et omnibus *ex ep. 89 § 5 add. Pitra* 14 presbyter exenodocus *V*, *corr. o* (et Xenodochus *Vat. 4903*) 16 papa *V*, *corr. o* 18 ⟨et⟩ indiuise *Bar.*

91. *Dat. die 18 Mart. a. 536. Hae Agapiti litterae sine duabus, quae hic insertae sunt Iustiniani epistulis, fere totae extant etiam n. 82; ubi quae rectius quam hic leguntur, hic subnotaui adscripta littera V^a. Edd. Car. I^2 592 et Collect. Concil.* 23 uenerabilis V^a: uenerabilibus *V* 24 succenderis V^a: succendens *V*

omnia firmitate consimilem omnibus populis Christianis cupias
praedicari. nec mirum in eiusmodi clementiam uestram placita 2
deo cogitatione persistere, cum non alius imperii uestri beatior
sit prouectus quam religionis augmentum. quapropter libenti
hoc et prophetica uoce cantabo: repletum est gaudio os
nostrum et lingua nostra exultatione, quod florentis-
simum principatum uestrum diuinis cotidie conspicimus
beneficiis adornari. cupis etenim, uenerabilis imperator, ut tuae 3
pietatis epistolam de fidei uestrae expositione nuper ad beatae
memoriae decessorem nostrum Iohannem Romanae sedis
antistitem per Hypatium atque Demetrium episcopos destinatam
et a praefato praesule roboratam nostra quoque auctoritate
firmemus: laudamus, amplectimur; non quia laicis auctoritatem
praedicationis admittimus sed quia studium fidei uestrae patrum
nostrorum regulis congruens confirmamus atque roboramus,
per quod iam et unitas prouenit ecclesiae et reliqua catholicae
membra ecclesiae ad eius conpagem <uestrae> christianitatis
constantia reditura confidimus. cuius professionis uel epistolae 4
uestrae tenorem inferius adnectentes studium, quod circa
deum integre geritis, nostra auctoritate firmamus, praedicantes
huiusmodi fidem omnibus patrum nostrorum regulis conuenire
et apostolicae sedis concordare dogmatibus, constituentes ut,
si quis nostrae catholicae fidei contraire temptauerit, quam
pro submouenda haereticorum suspicione paternis regulis
consonantem praesenti definitione firmamus, <a> sancta com-
munione efficiatur extraneus. unde et Cyrum eiusque sequaces 5
iam ante pro hac insania ab ecclesiae catholicae communione
suspensos et in sua hactenus perfidia permanentes, nisi sub
satisfactione canonica doctrinam apostolicam fuerint consecuti,

5 Psalm. 125. 2

3 deo V^a: do *V* 7 conspicimus V^a: inspicimus *V* 11 ypatium *V* 12 praephato *V* 15 conGruens *ex* confruens *corr.* *V* 17 uestrae V^a: *om.* *V* 19 anectentes *V* 23 quis V^a: qua *V* 24 pro *supra linea add.* *V* submouendam *V* 25 a V^a: *om.* *V* 26 eius quę *V* 29 doctrinam apostolicam V^a: doctrina apostolica *V*

nullatenus patimur eos sacrae communioni restitui sed etiam ut haereticos anathemati subicimus. <dignum etenim iudicamus,> ut qui nostris constitutionibus parere contempserit, ecclesiasticum statum puritatemque non maculet. textus autem epistolae hic est:

6 IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI DEI IMPERATOR CAESAR FL. IUSTINIANUS ALAMANNICUS GOTHICUS FRANCICUS GERMANICUS ANTICUS ALANICUS UANDALICUS AFRICANUS PIUS FELIX INCLITUS UICTOR AC TRIUMPHATOR SEMPER AUGUSTUS AGAPITO SANCTISSIMO AC BEATISSIMO ARCHIEPISCOPO ALMAE URBIS ROMAE ET PATRIARCHAE.
Ante tempus in hac regia urbe nostra quorundam de causa fidei extitit morbosa contentio, quam nos congrue respuentes interposito edicto repres-
7 simus. et quia studii nostri est emergentes huiusmodi causas ad apostolicae sedis uestrae referre iudicium, eiusdem fidei, quam sequendam duximus, tenorem epistolae nostrae insertum ad beatae memoriae decessorem uestrum Iohannem per Hypatium et Demetrium uenerabiles episcopos missa legatione direximus; quam pro integritate fidei memoratus decessor uester libenti gratulatione suscipiens suo ac totius ecclesiae Romanae firmauit adsensu. cuius epistolae nostrae tenor huiusmodi est:

8 UICTOR IUSTINIANUS PIUS FELIX INCLITUS TRIUMPHATOR SEMPER AUGUSTUS IOHANNI SANCTISSIMO ARCHIEPISCOPO ALMAE URBIS ROMAE ET PATRIARCHAE. Reddentes honorem apostolicae sedi et uestrae

2 dignum etenim iudicamus *V*[a]: *om. V* 3 parere contempserit *V*[a]: parare contenserit *V* ecclesiaticum *V* 6 *Iustiniani ad Agapetum epistula data est die 14 Mart. 536* 6 imperante cesare *V, corr.* o[2] 7 goticus francius *V* 12 moruos a *V, corr.* o 13 congrueres puentes *V* 15 refferre *V* 19 ypatium *V* 23 adsensū *V, corr.* o epistola *V, corr.* o 25 *Iustiniani ad Iohannem epistula data die 6 Iun. 533 inserta est etiam epistulae 84, ubi cum codicis quoque Iustiniani et collectionis Anselmi Lucensis uarias lectiones adtulerim, hic codicis V scripturam subscripsisse satis habui* 27 sedis *V*

sanctitati, quod semper nobis in noto fuit et est, et ut decet
patrem honorantes uestram beatitudinem omnia, quae ad ecclesiarum
statum pertinent, festinamus ad notitiam deferre uestrae sanctitatis,
quoniam semper magnum nobis fuit studium unitatem uestrae
apostolicae sedis et statum sanctarum dei ecclesiarum custodiri,
qui hactenus optinet <et incommote permanet> nulla intercedente
contrarietate, ideoque omnes sacerdotes uniuersi orientalis tractus
et subicere et unire sedi uestrae sanctitatis properauimus. et in 9
praesenti ergo quae hic commota sunt, quamuis manifesta et in-
dubita<ta> sint et secundum apostolicae uestrae sedis doctrinam ab
omnibus semper sacerdotibus firme custodita et praedicata, neces-
sarium duximus, ut ad notitiam uestrae sanctitatis <per>ueniant. nec
enim patimur quicquam, quod <ad> ecclesiarum statum pertinet,
quamuis manifestum et indubitatum sit, quod mouetur, ut non
etiam uestrae innotescat sanctitati, quia caput est omnium sanctarum
ecclesiarum. per omnia enim, ut dictum est, properamus honorem
et auctoritatem crescere uestrae sedis. manifestum igitur facimus 10
uestrae sanctitati, quod pauci quidam infideles et alieni sanctae dei
catholicae atque apostolicae ecclesiae contradicere Iudaice ausi sunt
aduersus ea, quae ab omnibus sacerdotibus secundum uestram
doctrinam recte tenentur et glorificantur atque praedicantur, dene- 11
gantes dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum filium dei
et deum nostrum, incarnatum ex sancto spiritu et sancta atque
gloriosa uirgine et dei genitrice Maria, hominem factum atque
crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis trinitatis, coado-
randum et conglorificandum patri et spiritui sancto, consubstantialem
patri secundum diuinitatem et consubstantialem nobis eundem
ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eundem ipsum
impassibilem deitate. recusantes enim dominum nostrum Iesum 12
Christum unigenitum filium dei et deum nostrum fateri unum esse
sanctae et consubstantialis trinitatis uidentur Nestorii malam
sequentes doctrinam, secundum gratiam dicentes eum filium dei et
alium dicentes <deum> uerbum et alium Christum. omnes uero 13
sacerdotes sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae et reueren-
tissimi archimandritae sacrorum monasteriorum sequentes sanctitatem
uestram et custodientes statum et unitatem sanctarum dei ecclesi-
arum, quem habent ad apostolicam uestrae sanctitatis sedem, nihil

3 pertinet *V* 6 actenus *V* et incommote permanet *om. V* 7 orientis *V* 9 indubita *V* 11 custodiat 12 ueniant *V* 13 ad *om. V* 15 capud *V* 18 quidem *V* 20 uram *V* 29 deitatem *V* 30 filiu *V* 33 deum *om. V* 36 sanctaru *V*

penitus inmutantes de ecclesiastico statu, qui hactenus optinuit
14 atque optinet, uno consensu confitentur et glorificant praedicantes
dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum filium et uerbum
dei et deum nostrum ante saecula et sine tempore de patre natum,
in ultimis diebus descendisse de caelis et incarnatum ex spiritu
sancto et sancta atque gloriosa uirgine dei genitrice Maria
natum et hominem factum et crucifixum unum esse sanctae et
consubstantialis trinitatis, coadorandum et conglorificandum patri et
15 sancto spiritui. nec enim alium deum uerbum et alium Christum
cognoscimus sed unum atque eundem ipsum consubstantialem patri
secundum diuinitatem et consubstantialem nobis eundem ipsum
secundum humanitatem, passibilem carne, eundem ipsum impassi-
bilem deitate. ut enim est in diuinitate perfectus, <ita idem ipse
et in humanitate perfectus> est: in una enim subsistentia unitatem
suscipimus et confitemur, quod dicunt Graeci τὴν καθ᾽ ὑπόστασιν
16 <ἕνωσιν> ὁμολογοῦμεν. et quoniam unigenitus filius et uerbum dei
ante saecula et sine tempore de patre natus, idem ipse et in
ultimis diebus descendens de caelis, incarnatus ex sancto spiritu
et sancta atque gloriosa uirgine et dei genitrice Maria et homo
factus dominus noster Iesus Christus proprie et uere deus est,
ideo et sanctam atque gloriosam uirginem Mariam proprie et uere
dei genitricem dicimus: non quia deus uerbum principium ex ipsa
sumpserit sed quod in ultimis diebus descendit de caelis et ex
17 ipsa incarnatus et homo factus natus est. quem confitemur et
credimus, sicut dictum est, consubstantialem esse patri secundum
deitatem et consubstantialem nobis eundem ipsum secundum
humanitatem, eiusdem miracula et passiones, quas sponte carne
18 sustinuit, cognoscentes; suscipimus autem sancta quattuor concilia,
id est trecentorum decem et octo sanctorum patrum, qui in Nicaea
congregati sunt, et centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in
hac regia urbe conuenerunt, <et sanctorum patrum, qui in Epheso
primo congregati sunt, et sanctorum patrum, qui in Calchedona
conuenerunt,> sicut uestra apostolica sedes docet atque praedicat.
19 omnes ergo sacerdotes sequentes doctrinam apostolicae uestrae
sedis ita credunt et confitentur et praedicant. unde properauimus
haec ad notitiam deferre uestrae sanctitatis per Hypatium et

1 actenus *V* 4 dominum (*pro* deum) *V* 12 carnē *V* 13 ita idem . . perfectus *om. V* 15 THNKAΘVTIOΣTAΣINOMOAOTOVMEN *V* 19 sancte̜ *V* 20 factus et dominus *V* 27 sponte et carne *V* 31 et sanctorum . . conuenerunt *om. V* 35 properauimus *ex* properamus *corr. V* 36 ypatium *V*

Demetrium beatissimos episcopos, ut nec uestram sanctitatem lateat,
quae a quibusdam paucis monachis male et Iudaice secundum
Nestorii perfidiam denegata sunt. petimus ergo uestrum paternum 20
affectum, ut uestris ad nos destinatis litteris et ad sanctissimum
episcopum huius almae urbis et patriarcham uestrum fratrem,
quoniam et ipse per eosdem scripsit ad uestram sanctitatem
festinans in omnibus consequi sedem apostolicam beatitudinis
uestrae, manifestum nobis faciatis, quod omnes, qui praedicta recte
confitentur, suscipit uestra sanctitas et eorum, qui Iudaice ausi
sunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam. plus enim ita 21
et circa uos omnium amor et uestrae sedis crescit auctoritas et,
quae ad uos est, unitas sanctarum ecclesiarum inturbata seruabitur,
quando per uos <di>dicerint omnes beatissimi episcopi horum, quae
ad uos relata sunt, sinceram uestrae sanctitatis doctrinam. petimus
autem uestram beatitudinem orare pro nobis et dei nobis adquirere
prouidentiam. EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS: Diuinitas te seruet per 22
multos annos, sancte ac religiosissime pater. Dat. VIII. Iduum
Iuniarum Constantinopoli domino Iustiniano perpetuo Aug. III
consule.

Quam ob rem petimus sanctitatem uestram, ut 23
memoratam epistolam uestra auctoritate firmetis
et Cyrum uel similes eius a communione habeatis
alienos, donec statutis sanctitatis uestrae obtemperent.
EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS: Diuinitas te
seruet per multos annos, sancte ac religiosissime
pater. Dat. pridie Id. Martiarum Constantinopoli
post consulatum Belisari u. c.

Huic igitur, ut praedictum est, confessioni et huic fidei 24
quisquis contradicere praesumpserit, a catholica se communione
nouerit alienum. Dat. XV. Kal. April. Constantinopoli post
consulatum Belisari u. c.

4 et *pro* ut *V* 7 apostolica *V* 8 praedictam *V* 12 serbabitur *V* 13 dicerint *V* 16 diuinitate seruet *V* 17 VIII] VII *V* 18 Constantinopoli dno nro iustiniano pp. aug. III. consul *V* 21 uestram *V*, *corr. Mansi* 26 constantinopoli post consulatu bilisari u. c. *V* 30 noberit *V* constantinopoli post csul bilisari u. c. *V*

(92.)

GLORIOSISSIMO ET CLEMENTISSIMO FILIO IUSTINIANO AUGUSTO UIGILIUS EPISCOPUS. Litteris clementiae uestrae glorioso uiro filio nostro Domnico ex consule atque patricio deferente adsueta ueneratione susceptis iucunditate multiplici uniuersali ecclesiae gaudendum esse perspeximus, quod Christianam fidem, qua diuina trinitas honoratur et colitur, in nullo dissimilem, in nullo permittitis esse discordem et † ante clementissimo imperio uestro dei, cui seruiendo regnatis et regnando seruitis, gratiam indefessis cumulatis operibus, ut in his, quae uobis pro integritate <et> deuotione fidei uestrae dominus singulari pietati concessit, agnoscantur iuste ac conuenienter impleri, quae praedicatio docet apostoli, quia sancti per fidem uicerunt regna. qualia enim regna plus armis fidei quam corporea fortitudine uiceritis, docet inmensitas gentium subiectarum, quae quanto maior adsurgit numero, tanto mystici solius perfecta operatione miraculi superatur.
2 unde nos in domino nimium conuenit gloriari, quod non imperialem solum sed etiam sacerdotalem uobis animum concedere sua miseratione dignatus est, ut, quod omnes pontifices antiqua in offerendo sacrificio traditione deposcimus, exorantes, ut catholicam fidem adunare, regere dominus et custodire toto orbe dignetur, summis hoc pietas uestra uiribus <uideatur> effecisse, cum per omnes regni uestri partes et uniuersos fines terrae eam fidem, quam per uenerabiles

14 Hebr. 11, 33

92. *Dat. simul cum ep. 93 die 17 Sept. a. 540 per Domnicum. Edd. Car.* I^2 *599; Bar. ad a. 540, 14; Collect. Concil.; BT I 146*
4 Domnico *scripsi coll. § 16 et ep. 93 §§ 1 et 7:* dominico *V* 6 gaudendu *V, corr.* α 8 permittis *V, corr.* o^2 ante *V:* hanc o^2, <dur>ante *Hartel; fort.* ante <quoque exhibitam a> clementissimo *etc.* 11 que a uobis *V*, a *expunxit* o^2 et *add. Car.* 17 *uerba inde a* miraculi *usque ad* (20) miseratione *bis scripsit V nihilo mutato nisi quod priore loco* nos domino (*om.* in), *posteriore* miseratio *exhibet* 20 ut *V:* et *Car. Bar.* 24 effecit *Bar.; ego* uideatur *inserui*

semperque Christianae confessionis iudicio complectendas
Nicaenam Constantinopolitanam Ephesenam primam sed et
Calcedonensem synodos constat inreprehensibiliter solidatam,
inconcussa iubeatis pace seruari nec Christiano quemquam
uocabulo nuncupetis, qui se a praefatarum synodorum unitate
seiungit, et, qui fidem earum non omnibus uiribus omnique
defendit adnisu, non iudicandum sed iam iudicatum potius
aestimetis. cui non ergo sacerdotum iucundam exultationem et 3
gaudia infinita conciliet, quod insertum per dei nostri gratiam
cordi uestro lumen euangelicae ueritatis perniciosorum atque
haereticorum dogmatum nocte discussa uniuersali resplendet
ecclesiae? absit ergo a nobis, ut, quod omnibus fratribus et
coepiscopis nostris generare gaudium profitemur, nostrum non
aut cum omnibus misceatur aut, quod magis dignum est,
supra cunctos emineat. ex qua re deuota, uenerabilis 4
imperator, gratulatione suscepimus, quod ardore fidei et suauis
iracundiae commotione succensi nobis, etiam pios direxistis
adfatus, in quibus beatae recordationis Caelestinum atque
Leonem apostolicae sedis praesules, qui singulas haereses pro
diuina sibi dispensatione commissa cum synodali aggregatione
damnantes, quid cuncti generaliter sequi debeant Christiani,
mansura in aeuum lege sanxerunt, laudabili commemorastis
affectu. quorum probabilia constituta sanctae recordationis
Hormisda atque Iohannes senior nec non et Agapitus deces-
sores nostri per omnia conseruantes uniuersos Nestorianae
atque Eutychianae sequaces haeresis iustae mucrone sententiae
perculerunt. quod nos summis uiribus sequi summoque adnisu 5
defendere pietatis uestrae clementia indubitanter agnoscat; sed
et beati Leonis epistolas ad sanctae recordationis Flauianum

2 nicena *V*, *corr.* *o* 4 serbari *V* 5 quis ea p̄ fratrū *V*, *corr.* o^2 6 non a^4: in *V* 13 nostri *V*, *corr.* *a* 14 ut (*pro* aut) quod *V*, *corr.* o^2 20 agregatione *V*: congregatione *Car.* 22 ebum *V* commemorastis *scripsi:* commorantes *V*, '*p.* commemorantes *uel* commemoratis' o^2 24 iohannis *V* 27 summiss *V* sequi *o*: si qui *V* 29 beate *V* (i *superscr.*)

tunc Constantinopolitanae ciuitatis antistitem nec non et ad
clementissimae memoriae Leonem principem destinatas, quibus
haereticorum, id est Nestorii atque Eutychetis, perfidiam
rationabili assertione deo sibi aspirante confudit, omnino
amplectimur et qua oportet caritate defendimus. et quamuis
nos animi fideique nostrae deo custodiente sinceritas contra ea
nullatenus uenire permittat, perpendere tamen debet uestrae
pietatis admiranda prudentia, quia non digni censentur anti-
stites, qui praefatorum praesulum sedis apostolicae inuiolabiliter
6 minime constituta seruauerint. haec ergo, quae de fide a
patribus sanctarum quattuor synodorum et a designatis beatae
recordationis papae Leonis epistolis atque a supra scriptorum
prodecessorum nostrorum constitutis sunt uenerabilibus definita,
per omnia nos sequentes et eorum doctrinae contrarios probabili
apostolicae sedis auctoritate damnantes anathematizamus eos,
quicumque de fidei eius expositione uel rectitudine aut disputare
peruerse aut <in>fideliter dubitare temptauerit, et contra eadem
sentientes, quae de fide in Nicaena Constantinopolitana atque
Ephesena prima sed et Calchedonensi sanctissimis synodis nec
non et beatae recordationis prodecessoris nostri Leonis epistolis,
quarum fecimus mentionem, uel uniuersis, quae ipsius sanxit
7 auctoritas, continentur, catholicae fidei unitate secernimus
amplectentesque et in omnibus comprobantes fidei uestrae
libellum, quem nostri obsequii famulatu tunc decessori nostro
beatae recordationis Agapito pietas uestra orthodoxa deuotione
contradidit, in quo ea, quae mente geritis, ad eruditionem
futurae aetatis scripturae quoque testimonio declarastis, nihil-
que a saepe dictorum prodecessorum nostrorum fide deuiantes

2 loenem *V*, *corr.* *α* destinatus *V*, *corr.* *o* 3 perfidia *V*, *corr.* *Car.* 4 confidit *V*, *corr.* *o* omnino *o*: omni *V* 8 antistes *V*, *corr.* *α* 9 praephatorum *V* 10 serbauerint *V* 13 uenerabiliter *Car.* 16 rectitudinē *V*, *corr.* *o* 17 fideliter *V*, *corr.* *Car.* tentauerint *Bar.* 18 sentiente *V*, *corr.* *o* fidẹi *V*, *corr.* *o* nycena *V* 19 calchedonensē *V*, *corr.* *o* 20 eplis *V* 21 mtionem *V* 24 obsequi *V*, *corr.* *Car.* 28 deuiantibus *V*, *correxi*

sub qualibet occasione seruamus, nisi forte si haeresis, in qua 8
uolutantur, amputata caligine supra scriptae fidei ueritatem paenitentiae competentis uoluerint correctione sectari et damnatis omnibus, quae contra ea, quae praefati sumus, prauissima quidam impietate dixerunt, susscriptionibus suis et propriis uocibus cunctos haereticorum respuentes errores canonica fuerint destrictione conuersi, ut tunc communionis sacrae mysterium mereantur, dum omnia, quae praefati sumus, canonica et apostolica destrictione compleuerint, quia nos nulli corrigenti se paenitentiae locum conuenit amputare.
in his uero, in quibus Menam fratrem et coepiscopum nostrum 9
memorem libelli sui, quem decessori nostro beatae memoriae Agapito ordinationis suae tempore uestrae clementiae consensu porrexerat, sequentem re uera sedis apostolicae disciplinam haereticis inferius comprehensis, id est Seuero Antiocheno, Petro Apameno, Anthimo, qui etiam ecclesiam Constantinopolitanam praua ambitione peruaserat, Zorae, sed et Theodosio Alexandrino et Constantino Laudicensi atque Antonino Uersetano Eutychianae haeresis sed et Dioscori, qui in Calchedonensi synodo inter alios legitur fuisse damnatus, defensoribus
atque sequacibus anathema dixisse pietas uestra mandauit, in 10
nullo quidem a nobis moleste suscipitur a praedicto fratre nostro uel a quolibet alio in haereticos dicta damnatio sed et libenter amplectimur et sedis apostolicae auctoritate firmamus, complices damnatorum simili anathematis ultione plectentes, ea uidelicet ratione, ut, sicut supra meminimus, secundum praesulum sedis apostolicae constituta his, qui resipuerint et

1 serbamus *V* 2 uolutatur *V*, *corr. Bar.* suprascripta e fide *V*, *correxi:* suprasciiptam de fide *Bar.* 6 ereticorum *V* 7 communioni *V*, *corr. o* 10 corrigen ti *V* 15 sebero *V* Antiocheno ρ[2]: eutycheno *V* 16 appameno *V* antymo *V* 17 abitatione *V*, *corr. Car.* Zorae] Ζωόρας *scribitur in Actis concilii contra Anthimum habiti (Mansi VIII 877 sqq.)* 18 uersetano *V*; bessentanum *idem codex Antoninum uocat p. 355, 14, sed cum de hoc homine eiusque patria licet multa perscrutatus nihil inuenerim, utrumque nomen reliqui intactum* 19 eutyciane *V* 21 mandandauit *V*, *corr. α* 22 quidam *in* quidaem *corr. V*

praecedentium synodorum uel supra scriptorum apostolicae sedis pontificum susceperint constituta, paenitentiae et com-
11 munionis aditum reseremus. sed quia nouimus potius plus illos, qui haereticam perfidiam destruunt, sibi magis praestare errantium uitando consortium quam sententiae supra scriptorum patrum multipliciter solidatae aliquid firmitatis adiungere, quam constat suis indubitate uiribus deo auctore subsistere, ideo hactenus tamquam non nouiter latam damnationem minime arbitrati sumus nouo aliquo indigere responso. qui enim haeresum, quas supra meminimus, uel omnium aliarum, quae apostolica sunt definitione et constitutione damnatae, fuerint sectatores inuenti, non tantum ex noua lege sed ex ipsa auctorum suorum iam pridem damnatione perculsi sunt.
12 et licet pietatem uestram aliter de taciturnitate nostra suspicari uel intellegere uoluerit malignus interpres, nos tamen, quos beatus Petrus apostolus omni poscenti rationem reddere pia traditione constituit, libente animo christianitati uestrae satisfaciendum esse perspeximus suppliciter sperantes, ut nullius subripientis insidiis priuilegia sedis beati Petri apostoli Christianissimis temporibus uestris in aliquo permittatis imminui, quae si turbentur, quod non credimus, aut minuantur in aliquo, uiolatae fidei instar ostendunt. scit enim sapientiae uestrae pietas singularis illam se auctoritatem ipsius beati apostoli retributione modis omnibus merituram, quam uel in illius priuilegiis uel in nostra humilis uestri <serui>
13 seruaueritis deo uobis aspirante persona. tamen ut cuncta pietatem uestram informent et nihil pro callidi insidiatoris astutia ulterius relinquatur ambiguum, beatae recordationis prodecessoris nostri papae Leonis quae diuersis ad Orientem

16 Petr. I 3, 15

4 heretica *V*, *corr.* o 10 quas *V:* quam α, *unde* quarum o² 17 libenti o 22 ostendant o², offendant *Bar. in marg.* scit *Car.:* sid *V* 23 auctoritatem . . retributione *scripsi:* auctoritatis . . retributionem *V* 24 modis *in contextu omissum in marg. add. V* meritorum *V*, *correxi:* meriturum *Car.* 25 humili uestra *Car.; ego inserui* serui 26 serbaueritis *V*

sunt directa temporibus constituta, quanta de plurimis in
praesenti necessaria credidimus, superadiecimus rogantes per
ipsum, cuius causas integre agere festinatis et cupitis christi-
anitatis affectu, ut uniuersa legere pietas uestra dignetur nec
aliquid supersit, quod minime relegatur. scio enim quia, si
deus uobis legendi dederit uoluntatem, ita cuncta tractantes
sapientia uobis singulariter a deo concessa disponitis, ut neque
de religione neque de aliquo praeiudicio quilibet fidelium
sacerdotum possit in qualibet parte uexari. rationem nos igitur, 14
prout christianitatis uestrae meritum postulabat, in quantum
ualuimus, reddidisse sufficiat, quamuis nos nihil contra
synodalia uel decessorum nostrorum praesulum sedis apostolicae
constituta aut commisisse aliquid aut temptasse quisquam
licet astutus et suptilis inueniet. ea uero, quae fidei catholicae
uel animae uestrae expediunt, de qua, sicut nouit pietas uestra,
et pro sacerdotali officio et pro multiplicibus praestitis
clementiae uestrae causam plus aliis habeo cogitandi, sugge-
re<re> non omitto: in primis supplicantes et ipsius beati Petri 15
apostoli, quem diligitis, intercedente suffragio postulantes, ut
semper huc ad sedem apostolicam pro disponendis rei publicae
uestrae utilitatibus orthodoxas et deo placitas et rugam aut
maculam fidei non habentes dignemini destinare personas, per
quas et ea, quae publico uestro conueniunt, salubriter ordi-
nentur et pro animae uestrae mercede catholicae disciplinae
in nullo conturbetur integritas, ut uniuersi re uera illud gratiae
caelestis munus iam, sicut et credimus, pietatem uestram
habere cognoscant, quod Salomon adhuc a domino postulabat
dicens: d a b i s s e r u o t u o c o r a u d i r e e t i u d i c a r e
p o p u l u m t u u m i n i u s t i t i a e t i n t e l l e g e r e i n t e r
m a l u m e t b o n u m. et quia per filium nostrum Domnicum 16
praesentium portitorem quaedam uerbo suggerenda mandauimus,

28 Regn. III 3, 9

3 causam α 6 legendi *scripsi:* legem *V* 7 nobis *V*, *corr. Car.*
9 nos *V:* his *Bar.* 17 causa *V*, *corr.* o^2 suggere *V*, *corr.* α
20 disponendis *V* o *ex* en (?) *corr.*

speramus, ut ea aspirante uobis domino et libenter audire dignemini et maxime, quae ecclesiasticae paci ac dehinc generalitatis quieti profutura sunt, consueta christianitate uel prouidentia disponatis.

(93.)

DILECTISSIMO FRATRI MENAE UIGILIUS. Licet uniuersa, prout deo auxiliante potuimus et credidimus expedire, domno filio nostro serenissimo et Christianissimo imperatori de ecclesiasticis causis nostrae insinuationis sermo suggesserit, necessarium tamen iudicauimus et caritati uestrae per Christianissimi
2 filii nostri patricii Domnici personam scripta dirigere. quibus nos grandi exultatione et gaudio suscepisse cognoscite, quod Nicaenam Constantinopolitanam Ephe<senam primam et Chalce-> donensem sanctissimas synodos, in quibus fidei orthodoxae atque apostolicae fundamenta monstrantur, sicut pollicitationis uestrae tunc ad decessorem nostrum sanctae recordationis Agapitum lectio data testatur, inuiolabiliter uos asseritis custodire et maxime beati Leonis prodecessoris nostri sequi in omnibus constituta. quid enim caritati tuae dignius honorique conueniat, nisi a Romanorum praesulum non deuiare doctrina? aut quid nobis iucundius quidue sit gratius quam illos in Christi domini et saluatoris nostri caritate conplecti, qui maiorum nostrorum et decessorum facta custodiunt?
3 unde spiritaliter salutantes et hortamur et, qua nos conuenit affectione, incessanter adloquimur, ut illius normam, illius ammonitionem, illius, sicut et promisisti et indicas, sequaris

4 disponatis EXPLICIT *V*

93. *Dat. simul cum ep. 92 die 17 Sept. a. 540 per Domnicum. Edd. Car.* I^2 *602; Bar. ad a. 540, 23; Collect. Concil.* 6 MENEA *V* 9 sermo ***scripsi:*** sermone *V*, ***quo seruato*** suggesserimus o^2 13 ephe donensem *V*, ***corr.*** o^2 ***nisi quod*** primam ***ego addidi*** 14 sanctissima *V*, ***corr.*** *α* 19 quid enim ***scripsi:*** quidē *V*, quid est ***uulgo cum*** *α* dignus *V*, ***corr.*** o^2 honori quę *V*, ***correxi:*** honoris quę *α*, honoris quod *Car.* 23 custodiuit *V*, ***corr.*** o^2 24 et hort. *V:* te hort. o^2

in omnibus constituta. plena sunt enim de praedicti prodecessoris nostri sanctae et uenerandae recordationis Leonis <scriptis> uestrae fraternitatis scrinia, quae ad prodecessores tuos leguntur ab eodem destinata pontifice, itemque et nostris decessoribus quae uestri promiserint, releguntur. sed haec 4
dixisse sufficiat; apostoli namque sermo ante oculos nostros est, qui dicit: sapientiam loquimur inter perfectos. de his uero, quibus te memorem libelli, quem supra scripto decessori nostro tradideras, et sequentem apostolicae constituta doctrinae in haereticos inferius comprehensos, id est in Seuerum Antiochenum, Petrum Apamenum, Anthimum quoque peruasorem Constantinopolitanae ecclesiae, Zoram, sed et Theodosium Alexandrinae ciuitatis nec non et Constantinum atque Antoninum Bessentanum Eutychianae haeresis sed et Dioscori, qui in Calchedonensi synodo inter alios legitur fuisse damnatus, defensoribus atque sequacibus anathema dixisse cognouimus (in quibus non aliquid sententiae olim a patribus decretae iunxisti † et talibus praesulibus beati Petri uicariis in auctores haeresum ipsos data sententia penitus indigebat, quia qui damnatae haeresis sectator agnoscitur, non tantum ex nouella lege sed ex ipsa iam auctoris sui damnatione perculsus est), grate tamen et libenter amplectimur et auctoritatis sedis apostolicae, cui nos deus praesidere uoluit, interpositione firmamus et uniuersi eorum complices uel omnes haeretici pari damnationis sententiae subiacebunt: hoc tantum- 5
modo, sicut apostolicae moderationi conuenit, per omnia

7 Cor. I 2, 6

1 prodecessoriris *V* 2 scriptis *add. Bar.* 4 itemque et *scripsi:* idē quę et *V* ibidemque quae *Edit. reg. deleto postea* quae 11 seberum antyochenum *V* antymum *V* 12 perbasorem *V* Zoram *restitui:* quorum *V, om. Car.* 14 bessentanum *V, cf. ad p. 351, 18* 17 aliquid o^2: aliquid id *V*, aliquid nouum *Car.* 18 *fort.* iniunxisti et *V:* nec *Car.*, uel *Hartel; fortasse aliqua exciderunt uelut* <nec tali adsertione a tot> et 19 ipsos *scripsi:* ipsorum *V*, ipsarum *Car.* 20 quidam natheresis sectatos *V, corr.* o^2 22 grate tamen *scripsi:* gratę am̄ (= amen) *V*, grate admodum *o*

reseruantes, ut si uel eorum uel quorumlibet errantium quis
agnita catholicae fidei ueritate paenitentiam agens reuerti
uoluerit et haeresis, in qua uolutatur, errore concepto
scripturae quoque professione uniuersam errorum suorum ac
complicum damnauerit prauitatem et apostolicae sequens
instituta doctrinae anathema dixerit ei, qui uel praedictas
quattuor synodos in fidei causa non sequitur uel beatae
recordationis prodecessoris nostri Leonis uenerabilia constituta
in omnibus non confitetur et non omnibus uiribus omnique
animi sequitur puritate, tunc communioni nostrae, quam nulli
nos negare conuenit paenitenti, sub apostolica et canonica,
sicut praefati sumus, satisfactione modis omnibus aggregetur,
quia redemptor noster non uenit aliquem perdere sed omnes
6 pro sua pietate saluare. ET MANU DOMNI PAPAE: Deo
iuuante per ipsius gratiam Uigilius episcopus sanctae ecclesiae
catholicae urbis Romae has scidas epistolarum supra scriptarum,
quas ego deo iuuante dictaui, ipso auxiliante recognoui atque
7 suscripsi. ET ALIA MANU SUSCRIPTIO PATRICII DOMNICI:
Flauius Domnicus u. c. comes domesticorum ex consule ac
patricius has scidas a beatissimo atque apostolico papa
Uigilio in causa fidei factas ad domnum nostrum Iustinianum
piissimum et Christianissimum principem sed et ad Menam
uirum beatissimum Constantinopolitanae archiepiscopum ciuitatis relegens conferens consentiensque suscripsi die XV. Kal.
Octbr. Iustino u. c. consul.

1 si ⟨aliquis⟩ *Bar.* quis *scripsi*: quasi *V Bar.* 2 ueritatis *V*, *corr.* v^2 3 concepto v^2: conceptos *V*, contempto *Bar.* 6 dixissent *V*, *corr.* v^2 9 confitetur *ex* confitemur *corr. V* 10 communionis *V*, *correxi* 16 scedas *V* 19 exconsul *Car.* 20 patricio *V*, *corr.* v^2 22 mennam *V*

(94.)

PAPAE GELASII CONTRA PELAGIANAM HAERESIM.

GELASIUS EPISCOPUS UNIUERSIS EPISCOPIS PER PICENUM IN DOMINO SALUTEM. Barbaricis hactenus dolebamus incursibus maxime uicinas urbi prouincias et bellorum saeua tempestate uastari, sed quantum inter ipsa recentium calamitatum feruentia pericula comperimus, perniciosiorem diabolus Christianorum mentibus labem quam corporibus hostilis feritas irrogauit. quod malum principaliter illarum regionum respicit sacerdotes, qui tanta segnitia tantaque ministerii dissimulatione suscepti commissarum sibi neglegunt regimen animarum, ut eas etiam ab exiguis quibusque bestiolis lacerari sub conspectibus suis impune patiantur, quin immo subrepentes nequitias confouendo et deprauatoribus adquiescendo fidelium non solum minime retrahant sed ipsi magis praebeant proprio
nutrimenta perditionis exemplo. quid autem tales essent acturi 2
pontifices, si, quod absit, uel aliqua noua pestis et primitus ignorata prorumperet uel ingeniis acrioribus sensibusque uersutis aut aliqua saecularium doctrinarum peritia callidis sacrilega blasphemiarum dicta promerentur, qui tam ueteris erroris detrita commenta tamque maioribus ecclesiarum magistris quam etiam nostra aetate conuicta non recolunt nec refutant
atque ab imperitis stultisque prolata non respuunt? gratias 3
omnipotenti deo, quoniam suorum corda per huiusmodi personas examinat, qui hoc ipsum uirus nesciunt, quod locuntur. nam quid facerent populorum praesules sub astutioribus inimicis, qui se subiciunt libenter indoctis, quando utique, etiamsi tanta erat in rectoribus dominici gregis prorsus

49. *Dat. a. 493 die 1 Nou. Edd. Car. I² 346; Collect. Concil ; BT 95; Thiel 325; particulas tantum adfert Bar. ad a. 493* 2 INCIPIT PAPE . . PELANAM heresim *V* 3 epsc̄ uniuerisis epī *V* 4 delebamus *V, corr. o²* 6 seruentia *V, corr. o* 7 coperimus *V* 8 lābe *V* seritas *V, corr. o* 10 tantas egnitia *V* 15 solum ⟨eas⟩ *Car.* 16 exeplo *V* aucturi *V, corr. o²* 18 uel *Car.*: uel quid *V* sensibus qui *V, corr. o* 20 blasphemarum *V, corr. o²* 24 deo ⟨agimus⟩ *Car.* 26 praesule *V, corr. o²* austutioribus *V* 27 qui *o²*: quę *V* Qn̄do *V*

ignauia, ut nec tam uilem hebetemque personam possint uel
intellegere uel frenare, pastorali cura debuerint a nobis
cognoscenda perquirere quam suasionibus inconsideranter
4 absurdis facilem summittere uoluntatem? oblatus est enim
nobis miserabilis senex Seneca nomine, qui non modo totius
sit eruditionis alienus sed ipsius quoque intellegentiae com-
munis prorsus extraneus, in Pelagianae uoraginis caeno, sicut
de quibusdam in Apocalypsi legimus, uelut una ranarum
imprudenter immersus inque illa faece horribiliter uolutatus,
nullatenus, inde qualiter emergere posset, inueniens, quia
puritatem relinquens catholicae ueritatis, quanto se per lubri-
cum falsitatis conatur adtollere, tanto magis eius lutosis
foueis circumclusus obruitur, de illis unus existens, de quibus
Petrus dicit apostolus: hi uero uelut inrationabilia
pecora naturaliter in captionem et in perniciem
in his, quae ignorant, blasphemantes in corrupti-
one sua peribunt recipientes mercedem iniustitiae.
5 re uera enim sic eius stolidus et obtunsus est animus, ut de
his uenenis, quae male hausit et uomuit, nullam rationem uel
accipere ualeat omnino uel reddere sed induratus obcaecatione
diabolica sibique iam traditus cordis sui funesta sit obstinati-
one damnatus nihilque supersit ei, nisi ut deus noster, qui
dixit, quae hominibus impossibilia uidentur, apud se esse
facilia, huiusmodi mentem potenti compunctione transfigat, ut
secundum beatum apostolum Paulum resipiscat ⟨a⟩ diaboli
laqueis, ⟨a quo⟩ captiuus detinetur sententia
6 diuini iudicii. multa illi, quae de Pelagianis sensibus nec

7 Apoc. 16, 13 14 Petr. II 2, 12 sq. 23 Matth. 19, 26 25 Tim. II 2, 26

1 hebetemque *ex* hebetemqui *V* 4 facile *Bar.* 7 pelagiana euoraginis *V* 8 apocalipsi *V* uel ut *V* 9 orribiliter *V* 15 captione *V*. *corr. Edit. reg. secundum Vulgatam* 17 peribunt *Edit. reg. cum Vulgata*: et peribunt *V* percipientes *Edit. reg. cum Vulgata* 25 a *add.* o^2 *secundum Vulgatam* 26 a quo *inserui secundum Vulgatam,* quibus o^2: *om. V*

insomnis omnino contigerat, nos magis patefacta prodidimus eaque dudum conuicta fuisse monstrauimus; haec etiam ipsa, quae idem proferre uidebatur, olim et ab haereticis Pelagianis in medium producta docuimus et a catholicis praedicatoribus competenter elisa. Pelagium Caelestium Iulianum ceterosque complures oratoriae facundiae uiros in hac adsertione probauimus fuisse conuictos et tam ecclesiasticis constitutis quam imperialibus percussos fuisse praeceptis; proinde istum ferre non posse firmauimus, in quibus illi tales <t>antique prostrati sunt, qui nec ipsa, quae ab illis sunt disputata, uel intellectu capere uel eloquio simili possit adstruere. sed, ut dictum est, diabolica mens inspiratione possessa in profundum ueniens iam malorum ad remedia nulla consentit. quapropter de 7 innumeris blasphemiarum generibus, quas auctores Pelagianae haeresis ediderunt, tria, quae sibi praecipue hic senex lugendus adsciuit, credidimus non tacenda, ut reserata manifestius panderentur et deo destruente facilius uitarentur euersa.

In uteris, inquiunt, matrum opere diuino creantur infantes: 8 propterea iustum uideri non putant, quod factura dei sine ullis propriis actionibus cuiquam peccato gignatur obstricta, iniustumque deum faciunt, si rei efficiantur antequam nati. hoc uelut acutissimum sui dogmatis exerunt argumentum non aduertentes, quia primi illi parentes generis humani, de nullis utique genitoribus sed de innoxia limi materia procreati et pure atque sincere potenter arte diuina compacti factique rationales, propria uoluntate seductorem secuti diabolum prauis cupiditatibus per excessum praeuaricationis infecti sunt. in quibus utique humana natura peccauit et humana est facta natura uitiosa, receptrix sine dubio mali, quod ante nescierat, quia a bono rectoque deficiens in affectum mali prauique

11 cf. Prou. 18, 3

1 in somnis *Car.* contigerant *Binius* 3 qua eidem *V, corr.* o^2 8 percussus *V, corr.* o^2 ferrę *V*: ferri *dubitanter Thiel* 9 antique *V, corr. Car.* 10 intellecta *V, correxi* 20 *sq.* iniustum quem *V, corr.* o 23 aduerentes *V, corr.* o 29 ‹et› receptrix ρ 30 quia a *scripsi*: qui a *V*, quia o, quae a *Car.*

recidere ipso rerum consequentium tramite manifestum est.
9 tales igitur effecti principes nostrae substantiae semet ipsos
passibiles et corruptibiles reddiderunt, in tantum conditionis
diuinae dona uiolantes, ut mortis fuerint ultione puniti. hac
enim die fuisse mortuos, qua mortales effecti sunt, ambiguum
non habetur. proinde quidquid isti genitores de suo germine
protulerunt, opus quidem dei est secundum institutionem
naturae sed non absque contagio illius mali, quod sua prae-
uaricatione traxerunt, et utique hoc, id est ipsius mali conta-
10 gium, certum est opus non esse diuinum. itaque non ex
creatione dei est uitium, quod uoluntario motu natura collegit.
sed etiam de uitiata per semet ipsam natura deus institutionem
suam quidem suae creationis exsequitur, sed creatio profert
uitium, quod non ex institutione creatoris accepit sed quod
ipsa per lapsum suae transgressionis adsumpsit. nam si ipsi
primi homines ex nullis, ut dictum est, parentibus nati et
sine ullo formati contagio per ambitum praesumptionis inlicitae
semet ipsos deprauare potuerunt et in opere dei opus diabolicae
fraudis annectere, quid mirum, si idem deprauati protulerunt
11 subolem deprauatam? nonne etiam cum deus utique liberam
condiderit humanam sua creatione substantiam, etiam apud
humanas tamen leges extrinsecus accedens seruitus naturaliter
eam reddit obstrictam et obnoxiam? origine generantur
obnoxii et ex conditione seruili gignuntur addicti et nascendo
fiunt prius obligati quam geniti. si hoc agitur de rebus extra
naturam positis, quanto magis de his prouenire non mirum
est, quibus ipsa humana substantia deprauata cognoscitur? ac
per hoc sicut se ipsa humana substantia de institutione sin-
cera actuum reproborum rea fecit uoluntate pollutam, sic
edidit subolem atque progeniem naturae suae ex actuum
suorum rea uoluntate maculosam, quia huiusmodi genuit
prolem, cuiusmodi se ipsa reddidit praeuaricationis excessu,

9 id ē *V:* idem *a* 10 *sq.* ex creatione c^2: execratione *V* 13 suam *del.* p^2 15 labsum *V* 17 inlicite *V* 22 accidens *V, corr. Car.* 24 giguntur *V* 25 abligati *V, corr.* c^2

ideoque non solum de se profert, quod bene deus instituit, sed
etiam quod male ipsa inconsequenter adiecit. quemadmodum 12
autem qualitas interior appetendi ualeat inmutare naturam,
diuinae lectionis auctoritate firmatur. sic denique pascenti
Iacob commissus ille grex ouium subposita canalibus uarietate
uirgarum, dum potat, illectus affectionali delectatione concepit,
quod non habuit in natura, et inolitum sensibus transfudit in
prolem, quod in creatione non sumpsit. quod tunc utique
figuraliter gestum et in ecclesiasticis significauit gregibus hoc
futurum et Pelagianorum deus praeuidens calumnias ex-
citandas fidelibus suis documenti certioris intellegentiam prae-
parauit. docent diuina testimonia et ipsa ecclesiastica sacra- 13
menta et ab ipso domino saluatore catholicorum traditio
magistrorum humanae generationis decolorata primordia. hinc
est, quod clamat propheta: quis gloriabitur castum se
habere cor aut mundum esse a peccatis? nec infans,
cuius est unius diei uita super terram. hinc est, quod
item dicit scriptura: quis potest facere mundum de
inmundo conceptum semine? nonne tu, qui solus
es? et alibi, quia semen inquit erat maledictum. nec
non etiam Dauid propheta testatur: in iniquitatibus
conceptus sum et in delictis peperit me mater
mea: et si hoc ille dicit, quis aliter se adserat procreatum?
beatus apostolus quoque Paulus adserit: et nos aliquando 14
eramus natura filii irae sicut et ceteri. de qua ira
in euangelio dicit: qui crediderit et baptizatus fuerit,
habet uitam aeternam; qui autem non crediderit,
iam iudicatus est et ira dei manet super eum, illa
utique, qua dictum est: morte morieris. ipse dominus

4 cf. Gen. 30, 37 *sqq.* 15 Prou. 20, 9; cf. Iob 14, 4 (LXX) 16 Iob 14, 5 (LXX) 18 Iob 14, 4 20 Sap. 12, 11 21 Psalm. 50, 7 24 Eph. 2, 3 26 cf. Marc. 16, 16; Ioh. 3, 18 et 36 29 Gen. 2, 17

4 pascente *V*, *corr. Thiel* 5 iacobo *V*, *corr. o* 7 naturam *V*, *corr.* o^2 10 excitandas *scripsi:* et excitandas *V* 11 documti (!) certiores *V*, *correxi:* decertationes o^2 18 mundu *V* 29 ⟨de⟩ qua *Car.*

Iesus Christus caelesti uoce pronuntiat: qui non manduca-
uerit carnem filii hominis et biberit sanguinem
eius, non habebit uitam in semet ipso. ubi utique
neminem uidemus exceptum nec ausus est aliqui dicere
paruulum sine hoc sacramento salutari ad aeternam uitam
posse perduci; sine illa autem uita in perpetua futurum
15 morte non dubium est. cur igitur infans hac sorte concluditur,
si nullum habet omnino peccatum magisque uidebitur, quod
absit, iniustus deus, si illic infligatur poena, ubi nulla sit
culpa? unde cum de propriis actibus nullo reatu teneatur
obstrictus, nihil restat, nisi ut sola sit uitiosa natiuitate pol-
lutus, et si non fuerit mysterii Christiani participatione
mundatus, ad uitam non potest peruenire perpetuam. hinc est,
quod exsufflantur et catechizantur infantes, ut quia in opere
dei, quo in auctore suo bene sunt instituti, opus diabolicae
malignitatis accessit, eruti de potestate tenebrarum, sicut
docet apostolus, ad filii dei sortem purgationemque legitimam
16 transferantur. nisi autem prima generatio, quam bonam deus
instituit, praeuaricatione uenisset in culpam et reprobabilis
esset effecta, secunda generatio subroganda non fuerat. prop-
ter quod dicit beatus Paulus apostolus: sicut per unum
hominem peccatum intrauit in mundum et per pec-
catum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in
quo omnes peccauerunt, et paulo post: igitur sicut
per unius delictum in omnes homines in condemnati-
onem, sic et per unius iustitiam in omnes homines
in iustificationem uitae. sicut autem omnes in condem-
nationem dicit utique, qui de Adam parente sunt geniti, sic
omnes in iustificationem uitae non nisi illos adstruit,

1 Ioh. 6, 54 16 Col. 1, 13 21 Rom. 5, 12 24 Rom. 5, 18

3 ipsum *V*, *corr. Thiel secundum Vulgatam* (*cf. p. 363, 21 et 29*) 4 aliquis (*corr. ex* alicui) *o*[2] 14 exsuflantur *V* catetizantur *V*, *corr.* *ρ*[2] ut *scripsi:* et *Vo*[2] 15 quo *o*[2] *Thiel:* quod *V* auctores *V*, *corr.* *o* 17 filiorum *ρ*[2] 18 transferuntur *o*[2] primo *V*, *corr.* *o*[2] 28 parentaes unigeniti *V*, *corr.* *o*[2] 29 adstruitur *V*, *corr.* *ρ*

qui in Christi mysterio sunt renati. innumeris talibus 17
instrumentis haeresis Pelagianae doctrina mortifera et a nostris
est conuicta maioribus et nunc eorum copiosa po⟨te⟩st eruditi-
one conuinci nec debent simplices animos ista turbare, quibus,
quae non intellegunt, secundum ecclesiasticam formam credi-
disse sufficiet aut, si quis nosse desiderat, interrogare
conueniet.

De paruulis autem quod adserit sine sacro baptismate pro 18
solo originali peccato ⟨non⟩ posse damnari, satis impia, satis
profana propositio est. quamuis enim recentes ab utero
matrum in remissionem peccatorum baptizari nullus Christi-
anus ignorat, quod utique non fallaciter sed ueraciter catholica
celebrat ecclesia, ne in sacramentis caelestibus, quod absit,
mentita uideatur. proinde quia propria non habeant ulla pec-
cata, constat eis sola prorsus originaria relaxari itaque, quibus
etiam solis remissis uitam per baptismum consecuntur aeter-
nam, consequens est, ut solis etiam non remissis ad aeternam
uitam peruenire non possint. unde et dominus, sicut superius 19
diximus, ait, quod utique nisi baptizato non conuenit: qui
non manducauerit carnem filii hominis et biberit
sanguinem eius, non habebit uitam in semet ipso.
sine uita autem esse perpetua quid est, nisi in sempiterna
morte constitui? quamuis idem sit 'regnum caelorum' quod
'aeterna uita', tamen ut prouidentia dei omnes Pelagianorum
nequitias amputaret, non solum dictum est: qui non fuerit
renatus ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in
regnum caelorum, sed etiam pariter dictum est: qui non
manducauerit carnem filii hominis et biberit sangui-
nem eius, non habebit uitam in semet ipso. de uita
autem aeterna hoc dictum nullus addubitat, quoniam multi
non manducantes hoc sacramentum uitam uideantur habere
praesentem. nihil est ergo, quod dicant, quod non renati 20

19 Ioh. 6, 54   25 Ioh. 3, 5   27 Ioh. 6, 54

3 potest o^{2}: post *V*   9 non *add.* o: *om.* *V*   15 originalia *Car.*
32 quod o: qui *V*

infantes tantummodo in regnum caelorum ire non ualeant, non autem perpetua damnatio<ne> puniantur, dum sine baptismate corpus et sanguinem Christi nec edere ualeant nec potare, sine hoc autem uitam in semet ipsis habere non possint, sine uita uero non nisi mortui sint futuri. dicant igitur, in morte perpetua constituti si non aestimentur esse damnati; tollant ergo de medio nescio quem ipsi tertium, quem decipiendis paruulis faciunt, locum et, quia non nisi dextram partem legimus et sinistram, non illos faciant in sinistra regione sine baptismate remanere sed baptizatos sinant ad dexteram salutarem sacra regeneratione transferri.

21 Tertio capitulo iam toto mundo cognita atque conuicta ea Pelagianorum deliramenta circumfert, quibus dicunt, quod homo per liberum arbitrium, quod corrupit foedauit ac perdidit, bono suffragante naturae beatus efficitur, cum de beatitudine paradisi, ubi bona fuerat constituta substantia, nisi suo amisso bono nullatenus potuisset expelli, ideo mortalis effecta, quia de bono utique praeuaricatione transisset ad malum et a participatione diuina ad diabolica semet facinora contulisset: ideo deceptori suo, cui uolens adsenserat, competenter addictus, ideo de felicitatis suae caritate seclusus atque ad spinas et tribulos miseriasque multiplices caelesti uoce damnatus est; quae utique poena iusti iudicii tam grauis et aspera in bono perseueranti nullatenus esset inflicta et nisi malo non conue-
22 nienter inlata probaretur. ecce sine diuino suffragio, quod in illa beatitudine positus numquam legitur expetisse, non solum homini naturale bonum prodesse non potuit, non solum non effecit beatum, sed cum hoc solo confidit atque ad eius non reuertitur largitorem, et beatitudinem potius amisit et malorum
23 omnium sumpsit exordium. quod autem libero arbitrio beati-

2 dampnatio *V*, *corr.* o^2 3 ne cedere *V*, *corr.* o^1 5 posse *V*, *corr. Thiel:* possent *Car.* 7 tollant ergo *etc.*] *ad sententiam Thielius recte confert August. de orig. anim. II 9* 11 regenera|regeneratione *V* 13 ea *scripsi:* a *V*, *om. edd.* 20 adsenserant *V*, *corr.* ρ 27 bonus *V*, *corr.* o 29 longitorem *V*, *corr.* o^2

tudinem consequantur (quo male usus in perpetuam recidit
seruitutem, sicut scriptum est: qui facit peccatum,
seruus est peccati; a quo quis superatur, huic et
seruus addicitur), nonne haec est illa praesumptio naturalis,
quae ad detestandae captiuitatis iura descendit, quam scriptura
sancta sic memorat: graue iugum super filios Adam a
die exitus de uentre matris eorum usque in diem
sepulturae in matre omnium? de qua genus humanum 24
non nisi solus dominus noster Iesus Christus commercio suae
redemit passionis et mutata natiuitate nos eruit; solus utique
uenit quaerere et saluare quod perierat, ut libertas,
quae per temerariam fuerat deiecta superbiam, instauraretur
reparata per gratiam mutuaque uice humanae uoluntatis arbitrium,
sicut sequendo diabolum captiuitatem meruerat sempiternam,
sic reformatae subsequendo libertatis auctorem amissum
rediret ad praemium. hinc est, quod ipse dominus ait: 25
cum uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis, et
apostolus beatus Paulus exsequitur: cum serui essetis
peccati, liberi fuistis iustitiae (id est 'alieni a iustitia'),
liberati autem a peccato serui facti estis iustitiae, et
iterum idem ipse libertatem inquit qua uos Christus
liberauit. nonne ipse uas electionis adfirmat et dicit: deus
est, qui operatur in uobis et uelle et perficere pro
bona uoluntate, ne etiam in mala uoluntate et uelle et
perficere deus putaretur operari?

Illud autem Pelagianorum peculiare uirus est olimque detritum, 26
quo putant gratiam dei secundum merita hominum posse conferri,
quod absit a mentibus Christianis, cum praefatus testetur aposto-

2 Ioh. 8, 34 3 Petr. II 2, 19 6 Eccli. 40, 1 11 Luc. 19, 10 17 Ioh. 8, 36 18 Rom. 6, 20 et 22 21 Gal. 4, 31 22 Philipp. 2, 13

4 praesumptione *V*, *corr.* a^1 natulalis *V*, *corr.* *a* 8 matre *V*: matrem *Car. cum Vulg.* 10 redimit *V*, *corr. Car.* non seruit *V*, *corr.* o^2 11 saluiare *V* 21 inquid *V* quam *V*, *corr.* ρ^2 23 opatur *V*, *corr.* *a* uellet et *V*, *corr.* *o* pro *o*: per *V*

lus: gratia est, quae gratis datur; alioquin si ex operi-
bus, gratia iam non est gratia, quia merces redditur, non
27 gratis (unde 'gratia' nomen accepit) impenditur. quis autem
audeat se dicere Christianus aliquid habere boni sine gratia, quando
magister gentium clamet cuncta breuiter in se dona conclu-
dens: gratia dei sum id, quod sum, et gratia eius in
me uacua non fuit, ut ostenderet, quia donum gratiae non
ipse praecesserit sed fuerit subsecutus? utque monstraret
cooperatorem se gratiae subsequendo, sed plus omnibus
inquit illis laboraui, ac rursus ueritus, ne de se praesumere
uideretur, adiunxit: non ego, sed gratia dei mecum. non
dixit 'ego et gratia dei mecum', sed praeposuit gratiam prae-
28 cedentem seseque subiunxit. quid autem haberi possit sine
gratia, cum sit fides ipsa per gratiam, eodem apostolo nos
docente: misericordiam consecutus sum, ut fidelis
essem? nec aliud est misericordia diuina quam gratia.
audiamus etiam, quemadmodum informat ecclesiam: gratia
inquit salui facti estis per fidem, ut principium salutis
et fidei a gratia coepisse dissereret, sicut secutus annectit:
et hoc non ex uobis, sed dei donum est, non ex
operibus, ne quis extollatur. idem ipse alibi generaliter
et absolute pronuntiat dicens: quid enim habes, quod non
accepisti? aut si accepisti, quid gloriaris quasi non
29 acceperis? quis sufficiat singula recensere, quibus euidenter
apparet non naturalis libertatis arbitrium gratiam promereri
sed potius per gratiam recipere ut a seruitute, quam peccando
meruerat, misericorditer absolutum? huius sacramenti redemp-
tione ante mundi principium sempiterna prouidentia praeparati,
siue nondum prolata lege seu sub obseruatione legali, figura-
libus signis atque sacrificiis omnium sanctorum uirorum

1 cf. Rom. 11, 6 6 sqq. Cor. I 15, 10 15 Cor. I 7, 25 17 sqq. Eph. 2, 8 22 Cor. I 4, 7

2 mercis *V, corr. o* 5 clamat *o* 8 utque *scripsi:* atque *V* 9 se <esse> *Car.* 10 inquid *V* 19 cepisse *V, corr. o* 27 absolutum *V:* absolutum <esset> *Car.*

feminarumque sanctarum uetus origo mundata est uniuersisque
iustis per gratiae spiritum hoc de longe adorando mysterio
salutis aeternae remedia contigerunt, cuius in Christo mani-
festata gentibus plenitudo mundum purgat et renouat beati-
tudinisque perpetuae uere facit esse participes.
Quapropter nimis incusamus fratres et coepiscopos nostros, 30
maxime per Piceni prouincias ecclesiam domini gubernantes,
qui non solum ineptissimi senis abiectaeque personae prauum
non deterruere colloquium uerum etiam suo nutriuere con-
sensu. quis audiat, quis ferat passos esse pontifices, ut cadauer
nescio quod indignum presbyterum sibi non adquiescentem
auderet communione priuare? quomodo talis uel susceptus ab 31
aliquo uel patienter auditus est, qui insuper leges dedit
libenter acceptas, ut serui dei cum puellis sacris congregatione
dedecorissima miscerentur? nam cum spiritales animi, etiam
cum desint ista consortia, imaginariis infestentur illecebris,
quemadmodum alterni sexus intuitu, qui illicit et nolentes,
non uehementius incitentur? adhuc maius scelus adcrescit, ut
sub conspectu et praesentia sacerdotum beatae memoriae
Hieronymum atque Augustinum ecclesiasticorum lumina magi-
strorum musca moritura, sicut scriptum est, exterminans
oleum suauitatis lacerare contenderet. sed quid miremur 32
ecclesiarum praesules ista neglegere, quos, sicut a multis
audiuimus, contra canones omnia gerere et contra apostolicam
disciplinam passim cuncta miscere manifestum est: non
seruatis regulis ordinare liciteque non solum monachos sed
etiam ministros ecclesiae cum feminis ad peregrina migrantes
remeare rursus et ab aliis episcopis in militiam prouehi
clericalem? quae cum singula toleranda non sint, quis susti-
neat tot et talia facinora perpetrari, quibus spectaculum

21 Eccl. 10. 1

7 prouinciam ecclesias ρ^2 8 paruum *V, corr. o* 12 audire communione priuaret *V, corr. Thiel* 14 acceptus *V, corr. Thiel* 17 alternis *V, corr. o* illicit et *Thiel:* illicitet *V* 19 conspecta *V corr. o* 20 hieronimum *V*

gentilibus et Iudaeis et haereticis non inmerito praebentes in
ipsum, quod absit, tendere uideantur religionis excidium
digneque ista facientibus aptabitur illa sententia dicentis apo-
stoli: nomen enim dei per uos blasphematur in
33 gentibus? sufficiat igitur hactenus haec fuisse commissa
et, ut placetur deus, humanis rebus sollicitius diuina curentur.
nusquam locum prorsus inueniat praefatae pestis adsertor nec
accessum prorsus ecclesiae uel usquam participationem catho-
licae communionis inueniat, qui haereticorum mauult subsequi
nefaria professione consortium; et hi, cum quibus antea pro-
babitur noxium miscuisse conlegium, nisi resipiscunt et ab
eius societate discedunt, ab ecclesiastico remoti seruitio debita
ultione plectantur, quo ceteris cauendi ministretur exemplum.
34 nullum adeat nec umquam loqui damnatas olim blasphemias
iam sinatur. discreta suis habitationibus uirorum atque femi-
narum, sicut sanctum propositum decet. exerceatur circum-
specta deuotio. contra canonum constituta nullus ad ecclesia-
sticum permittatur officium, non ignoraturis prouinciae unius-
cuiusque rectoribus nec de praeteritis se ueniam reperturos
35 erroribus, si deinceps dissimulauerint uitare patefactos. nec
excusationis de cetero relinquetur occasio, si post praecepta
praesentia, quae per Romulum diaconum, cuius sollertiam pro
fide catholica et pro religione uigilantiam gratissime compro-
bamus, duximus destinanda, quisquam super his omnibus aut
contemptor aut neglegens deprehendatur antistes. sicut enim
ad sedis apostolicae moderamina pertinet cunctis sollicitudinem
debitam ministrare congruenter ecclesiis, ita necesse est, ut
in contumaces et desides traditam sibi diuinitus non dissimulet
potestatem. Dat. Kal. Nou. Albino u. c. cons.

4 Rom. 2, 24

6 placeatur *V*, *corr.* o 11 colloquium *Car.* 12 debita *Thiel:* devota *V* 14 usquam *Car.* 15 discreta o^2: disceret a *V* 16 exerceat *V*, *corr.* o 20 patefactas *V*, *corr.* ρ^2 24 destinandam *V*, *corr.* ρ^2

(95.)

GELASI EPISCOPI URBIS ROMAE AD DARDANIOS.

Ualde mirati sumus, quod uestra dilectio quasi nouam et ueluti difficilem quaestionem et adhuc tamquam inauditum quippiam nosse desiderat, quod Eutychianae pestilentiae communicatores non habentes, quid pro suae perditionis obstinatione respondeant, frequenti iam ratione conuicti misera contentione submurmurant; non quia sit alicuius momenti quod garriunt sed quia non inueniunt penitus, quid loquantur. ubi 2
magis eos, qui catholicis sensibus instituti sunt, adhuc haerere miramur quam illos, qui a ueritate exciderunt et ab antiqua ecclesiae traditione sunt deuii, profanas uocum nouitates et ineptias caducae peruersitatis obtendere, quibus eos uestra dilectio rettulit iactitare ideo Acacium non putare iure damnatum, quod non speciali synodo uideatur fuisse deiectus,

95. *Dat. die 1 Febr. (13 Maii?) a. 496. Huius epistulae duae extant formae, una longior, breuior altera; quas inter quaenam ratio intercedat, alio loco exponam. Et longiorem quidem praeter codicem V collectionis Auellanae exhibent: 1) cod. miscell. Uatic. lat. 3832 saec. XII (= R); 2) collectio Anselmi Lucensis; contuli codd. Uatic. 1364 saec. XII (= A^1) et Uatic. 4983 saec. XVI (= A^3), quorum consensum significaui littera A non adnotatis fere propriis utriusque uitiis; 3) cod. Berolinensis lat. 79 (= B). ediderunt hanc formam Car. I^2 394; Collect. Concil.; BT I 111; Thiel 392; pauca tantum excerpsit Bar. ad a. 484, 37 et 495, 1. Breuiorem formam (= Σ) compluribus collectionibus traditam edam in Appendice I; quae quas praebet lectiones uarias, earum hic illas tantum adscribam, quae ad iudicandas lectiones codicum VRAB aliquid uidentur conferre posse.* 2 Quod acatius iuste et canonice sit dampnatus *titulo praefigit A* GALASI EPS VRBIS ROME AD DARDANIOS (DARDANOS *a*) *V:* Gelasius epis dardanię *RA*, Gelasius epis per dardaniam constitutis *B* 3 et ueluti *BAΣ:* ueluti *V*, *om. R* 5 quod ut ethicenianae *B* 6 quid *VRAΣ*: qui *B* obstinationis *B* 7 misera contentione *VRA:* miseratione *B*, sola (*cf. § 4 sub fin.*) contentione Σ 9 sed quia non *om. B* unuerunt (*pro* inueniunt) *B* ubi et magis *B* 10 qui per catholicis *B* herere *in ras. R man. 2* 12 antique *B* profanas *BΣ:* profanasque *VRA* 13 nocognouitates *B* 13 ineptas caduce peruersitates *B* obtendere Σ, obtendera *B:* obtendunt *VRA* 14 putare iure (iurae *B*) *BAΣ:* putaretur *V*, putare *R*

et insuper dementiam suae uanitatis accumulant pueriliter adicientes 'praecipue pontificem regiae ciuitatis'.

3 Quapropter stultitiam respuentes inanium querellarum percurrere uos oportet ab ipsis beatis apostolis et considerare prudenter, quoniam patres nostri catholici doctique pontifices in unaquaque haeresi quolibet tempore suscitata, quidquid pro fide pro ueritate pro communione catholica atque apostolica secundum scripturarum tramitem praedicationemque maiorum facta semel congregatione sanxerunt, inconuulsum uoluerint deinceps firmumque constare nec in eadem causa denuo quae praefixa fuerant retractari qualibet recenti praesumptione per-
4 miserint, sapientissime peruidentes, quoniam, si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret ecclesiae constitutum ac semper isdem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur. nam si limitibus etiam praefixis positarum semel synodalium regularum non cessant elisae pestes resumptis certaminibus contra fundamentum sese ueritatis attollere et simplicia quaeque corda percutere, quid fieret, si subinde fas esset perfidis inire concilium, cum, quaelibet illa manifesta sit ueritas, numquam desit quod perniciosa depromat falsitas, tametsi ratione uel auctoritate deficiens, sola tamen intentione
5 non cedens? quae maiores nostri diuina inspiratione cernentes necessarie praecauerunt, ut contra unamquamque haeresem

1 clementiam *V* acumulent *B* 2 praecipuae *B* 3 inanium *V* 4 ad ipsos beatos apostolos *A* 5 catholi *B* catholici <uidelicet> Σ 6 suscitatā *B*, sciscitata *A* 7 cummunione *B* epla (*pro* apostolica) *B*, *sed* e *in* a *correcta uidetur* 9 uoluerunt *RA* 10 constantare *B* in hac eadem *B et A cum parte codicum* Σ denuo *VRA*Σ*:* deuina *in* diuina *corr. B* 11 retractari *om. B* permiserunt *RA* 12 prouidentes *RA* derecta *B* 13 licet itarare *B* 14 errore *B* persisteret *RA*Σ*:* persistere *VB* 15 hisdem *VR man. 2* A^{1} 17 aelisae pestis *B* resupertis *B* 18 esse *B* 20 quamlibet *R*, qualibet *A* 21 depromat *BRA*Σ: depromat et *V* 22 rationem *B* 23 spiratione *B* 24 necesarię *V*, necessariae *B*Σ: necessario *RA* contra *om. R* (*add. man. 2*) unamquamque *BRA*Σ: quamque *V* heresim *B et pars codd.* Σ

quod acta synodus pro fide communione et ueritate catholica
atque apostolica decreuisset, non sinerent nouis posthac retrac-
tationibus mutilari, ne prauis occasio praeberetur quae medi-
cinaliter fuerant statuta pulsandi, sed auctore cuiuslibet insaniae
ac pariter errore damnato sufficere iudicarunt ut, quisque
aliquando huius erroris communicator existeret, principali
sententia damnationis eius esset obstrictus, quoniam manifeste
quilibet uel professione sua uel communione posset agnosci.
et ut priora taceamus, quae diligens inquisitor facile poterit 6
uestigare, Sabellium damnauit synodus nec, ut sectatores eius
postea damnarentur, necesse fuit singulas uiritim synodos
celebrari sed pro tenore constitutionis antiquae cunctos, qui
uel prauitatis illius uel communionis extitere participes, uni-
uersalis ecclesia duxit esse refutandos. sic propter blasphemias 7
Arrii forma fidei communionisque catholicae Nicaeno prolata
conuentu Arrianos omnes uel quisquis in hanc pestem siue
sensu seu communione deciderit sine retractatione concludit.
sic Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta 8
condemnans ulterius ad noua concilia uenire non siuit sed
uniuersos quocumque modo in haec consortia recidentes tradito
sibi limite synodali refutauit ecclesia nec umquam recte ces-

1 quod acta *VRAΣ*: coacta *B* acta semel synodus *A* fide et comm. *R* 2 nouis *R man. 2 in ras.*, nobis *B* posthec *B*, post haec Σ retractionibus mitilari *B* 3 pra (*in fine uersus pro* prauis) *B* prebetur *B* 4 instituta *B* cuius cuiuslibet *B* 5 ac pari *A*, hac patri *B* quisquis *R man. 2* 6 commucator *B* extiteret *R* 7 esset *om. A* obstrectus *B* quoniam *VBΣ*: qua *ras. ex* quā *R*, qua *A* 8 suę *V* possit agnoscere *B* 9 et *om. B* priora *BAΣ*: propriora *V*, propiora *R* *ante* priora *inserunt* breuitatis causa *AΣ* inquaesitor *B* possit *B* 10 uestigare *VΣ*: inuestigare *BRA* sca-bellium *B* 11 singulariter synodus *B* 12 tenorem *B* qui uel (ul *V*) *VRAΣ*: uel qui *B* 13 prauita *B* particeps *V* 14 dixit *B* 15 formam *B et omnes fere codd.* Σ 16 hac *B* 17 sensu *VΣ*: sensus *B*, consensu *RA* seu Σ: et *B*, *om. V*, siue *RA* decederit *B* tractione *B* conclusit *Car.* 18 eo nomium *B*, eonomium *A* machedonium *VB*, sic machedonium *A* 19 sinuit *B* 20 quocuque *V* consortio *B* reccidentes *V*, recedentes *B* 21 similimite *B*

sisse manifestum est qualibet necessitate cogente nouis ausibus.
9 quae fuerant salubriter constituta, temerasse. propterea in
tempestate quoque persecutionis Arrianae plurimi catholici
sacerdotes de exiliis pace reddita respirantes sic cum catholicis
nihilominus fratribus ecclesias composuere turbatas, ut non
tamen illius synodi Nicaenae quidquid de fide et communione
catholica et apostolica definierat inmutarent nec noua quem-
quam pro lapsu damnatione percellerent sed illius tenore
10 decreti, nisi resipuissent, censerent esse damnatos. quibus
conuenienter ut dictum est ex paterna traditione perpensis
confidimus, quod nullus iam ueraciter Christianus ignoret
uniuscuiusque synodi constitutum, quod uniuersalis ecclesiae
probauit adsensus, nullam magis exsequi sedem prae ceteris
oportere quam primam, quae et unamquamque synodum sua
auctoritate confirmat et continuata moderatione custodit, pro
suo scilicet principatu, quem beatus Petrus apostolus domini
uoce perceptum ecclesia nihilominus subsequente et tenuit
11 semper et retinet. haec dum Acacium certis comperisset
indiciis a communione catholica atque apostolica deuiasse,
diutius ista non credens, quippe quem nouerat executorem
saepe necessariae dispositionis suae contra haereticos extitisse,
per triennium fere litteris destinatis eundem monere non destitit,
12 sicut per diuersos missa frequenter scripta testantur. quibus
ille cum <in>debito silentio diu non respondere proponeret,

1 nobis *V* 2 statuta *B* remeasse *A* propter cain *V* temerasse prosecrationis (e *supra*) prosectationes arriana plurima *B* 4 sacdotes *V* 5 consueretur batas *B* 7 cathol. atque apost. *B* definierant *RA*, definierunt *B* 8 pro lapsu *BRΣ*: prolabsum *V*, prolapsum *A* p̄cellerent *R*, *corr. man. 2* 9 respuissent censerentes damnatos *B* 13 nullam *AΣ*: aliquam *VR man. 2*, aliqua *BR man. 1*, <non> aliquam *o*[2] exsequi *ex* exiqui *corr. V*, exequi *ex* exequod *R man. 2* praeteritis *B* 16 suo *om. V* 17 perceptam *B* ecclesiam *B*, et ecclesia *A* subsequent̄ *RA*[1] 19 indicis *B* catholia *B* atque apostolica *B*: *om. VRA* euisse *B*, deuisasse *V* 21 dispensationis *B* extetisse *B* 23 missa/// *V* frequenter *VRAB*: familiariter Σ 24 <primum> cum *A* (*cf.* Σ) indebito *scripsi*: debito *V*, deditus *A et corr. ex* debitus *uel* debito *R*, dedito *BΣ* *adsentiente Thielio*.

episcopalis quoque directa legatio est ac nihilominus pagina
destinata, quae praemoneret eum suorum ante meminisse
gestorum et quae primitus pro fide catholica desudasset opor-
tere respicere, contestans et blandiendo pariter et minando, ne
se a corpore catholicae unitatis abscideret; simulque quoniam
hunc Iohannes secundae sedis antistes grauibus pulsaret ob-
iectis, ad primae sedis audientiam cohortatus est uel uenire
debere uel mittere: licet enim synodus iteranda non esset, 13
tamen congrueret, ut cuiuslibet ciuitatis episcopus primae
sedis iudicium non uitaret, ad quod conuenerat secundae sedis
antistes, qui nisi a prima sede non posset audiri; praecipue,
qui praeiudicatis animis nulla synodo a Graecis fuisset exclusus,
etiam apud eos causam suam nec posset omnino dicere nec
deberet, quia nec ab inferioribus episcopis potior, nisi a prima
sede, sicut dictum est, uel discuti potuisset uel, si ita ratio
postulasset, addici et iam cunctis Orientalibus episcopis cum
ipso Acacio in Petri communionem recidentibus secundae sedis
episcopus catholicus ab externae communionis hominibus esset
nullatenus iudicandus. sed Acacius non solum despexit satis- 14
facere postulatis uerum etiam ipsam legationem sedis apo-
stolicae blandimentis praemiis periuriisque deceptam, quibus
ei cum imperatore promisit integram praesuli apostolico causam

qui cum dicit dedito *idem esse atque* affectato *seu* obstinato, *hanc uocabuli significationem uel uno uellem comprobasset exemplo* 1 episcopalis . . legatio (legata *B*) est *VB:* episcopali . . legatione *RA* haec (*pro* ac) *B* 2 qua promoneret eom *B* 3 et *om. A* oporteret *A* 4 coutestans *V* 5 unitatis catholicae *trsp. A* 6 Iohannes *om. RA* 7 primeae *B* 8 miteret *B* non iteranda *trsp. A* esse *B* 10 scde̜ *ex* scdm *corr. V man. 2,* secute *B* 11 antistis *B*, antistites *V*, antistes *R sed* es *in ras.* nisi a *BΣ:* in ista *VRA* possit *B* 12 qui *ras. ex* quia *R* nulla *VRB:* in illa *A* a *om. B* exclusos *B* 13 nec posset *usque ad* 14 prima *om. B* 14 debere *A* 15 sicut dictum est sede *trsp. B* potuisse *B* si *om. B* iteratio *A* 16 et iam *scripsi:* etiam *VRAB* origentalibus *B* 17 communione recedentibus *B* 18 communitionis *V* 19 nullatenus esset *trsp. RA* dispexit *B* 21 quibus & cum *B, sed deinde man. 1 charactere minutiore ante & inseruit* ei 22 apostoli *V*

de omnibus esse seruandam, Petri communione pollutam redire perfecit, in tantum sedis apostolicae despiciens potestatem, ut non solum eius auctoritati non cederet sed etiam potius in consortium communionis externae per legatos suos niteretur abducere fieretque apostolicae sedi necessitas eos ipsos, quos direxerat, sacerdotes honore pariter et communione priuare, ne tali contagione uideretur infecta satisque monstraret non se Acacii specialiter odisse personam sed respuere foedera perditorum, quae etiam in suis pontificibus detestata conueni-
15 enter horreret, nihilominus autem litteris suis Acacius indicaret et in Alexandrini Petri se communionem, quem expetita sedis apostolicae auctoritate executor ipse quoque damnauerat, sine eiusdem apostolicae sedis consultatione promptissime recidisse et accusationem Iohannis laudesque Petri proprio sermone deferre. de quibus si utique confidebat, magis uel uenire uel mittere debuisset, ut et praesentem de mendaciis quae dicebat posset confutare Iohannem et praeconia Petri quae digesserat
16 rationabiliter allegaret. quod cum minime fecerit, satis euidenter ostendit nec Iohannem se posse conuincere nec legitime receptum Petrum habere fiduciam perdocendi solumque sibi monstrauit inesse propositum lacerandi catholicos haereticosque laudandi seseque eorum potius quos laudabat docuit esse participem quam catholicorum quos nitebatur decolorare consortem tulitque de se ipse iudicium, cum damnati hominis communione pollutus damnationis eius factus est particeps.

1 communionem *B* 3 sed iam *R* 5 sedis *B* hos *B* 6 direxerat *ex* dixerat *corr. V man. 2* 7 nec *V* contagio *B* infectam *B* 8 acaciis *B* 9 detesta *B* 10 orreret *R*, oreret A^3, oraret A^1 indicaret *VB:* indicarat *RA* 11 Petri se *VB* ***et ut uidetur R man. 1:*** peccasse *R man. 2*, potius se *A* communione *VB* expetita a *B* 12 sin *V* 13 consultationem *B* promtissime VRA^1, promtissimę *B* 15 defert *A* sed quibus *B* si *om. V man. 1, add. man. 2* confitebat *B* 17 posse *A* degesserat *B* 18 allegare *B* menime *B* 20 petrum *om. V man. 1, inter columnas add. man. 2* 21 in sese p̄positum lancerandi *B* 22 laudandis esse quae *B* 23 quos nitebatur *om. B* 24 de *om. B* 25 es (*pro* est) *B*

ita et sedes apostolica, quod ad necessariam diligentiam 17
respiceret, nil omisit et Acacius secundum formam synodi
Chalcedonensis, qua error cui communicauit elisus est, sicut
de haeretico homine scriptum est, suo iudicio condemnatus
apparuit iusteque sedes apostolica, quae utique se Alexandri-
num Petrum damnasse, non etiam soluisse meminerat, ne per
Acacii pristinam communionem Petri quoque conlegium, cui
Acacius communicarat, incideret, ipsum competenter Acacium
a sua communione submouit. quapropter utrum errori uel 18
praeuaricationi communicarit Acacius, quid opus erat noua
discussione cognoscere, cum iam litteris suis esset ipse
confessus ac, sicut scriptum est: ore tuo iustificaberis
et ore tuo condemnaberis, uerborum suorum uinculis et
reus teneretur et iure plectendus? cur ipse in noua causa, 19
quam synodus nulla praecesserat, Iohannem, quem suis litteris
impetebat, qualemcumque secundae sedis episcopum, in primae
sedis beati Petri apostoli iudicio confutare despexit et, ut
causam diceret seu per se seu per legitimam quam uellet
ipse personam, uel uenire uel destinare contempsit, indignum
habens cuiuslibet ciuitatis antistes ad primae sedis uenire
iudicium, ad quod secundae sedis cerneret uenisse pontificem,
quod Anatolius Constantinopolitanae urbis episcopus missis

4 Tit. 3, 11 12 Matth. 12, 37

1 sedis *VB, corr. V man. 2* ad *om. BA* necessanamdi diligentiam (-iam *corr. ex* -eam) *B* 2 nihil *B* 3 chalcidonensis *V et sic saepius per* i *uel* y qua *ex* que *V*, quae *B* errori communicauit helysus *B* 4 de *om. B* suo *om. B* 5 iuste quaesi dis apostolicae *B* sedis *V, corr. man. 2* 8 communicauerat incidisset *RA* incederet *B* potenter (*pro* competenter) *B* 9 submouet *B*, commouit *R* quam prop̄ *B* ul (*pro* uł) *V* 10 quid *ex* quod *corr. V man. 2* non addiscussione *B* 12 *sq.* iustificaueris *et* condemnaueris *VB* 14 reos tenetur *B* plectendos quur *B* 15 sui *B* 16 episcopum *VBA:* antistitem *R* prima *B* 17 dispexit *B* 18 seu per legitimam quam uellet ipse personam *B:* seu nam *V, om. R relicto 7 litterarum spatio,* seu per submissam personam *ex coniectura A*, seu per alium *Car.* 19 seu (*pro* uel) uenire *A* indignu *V* 20 habet *A* antistites *B* 21 secundę *ex* sanctę *R man. 2* cernerat *R* 22 an^{a}tolius *V*, anatholius *BRA* missi *B*

20 legationibus pro sua persona fecisse monstratur? ecce etiam
in hac parte uocem non habet conquerentis; ecce, inquam, ad
legitimum est uocatus examen, ubi uel impetitum confutare
debuerat uel suas partes iustis allegationibus defensare. si ille
apostolicae sedis refugit examen in Iohannis catholici pontificis
negotio uestigando, quemadmodum sedes apostolica de recepti-
one Petri haeretici sua sententia damnati et non sua auctori-
21 tate resoluti Acacii fuerat secutura iudicium? an sedem
apostolicam congruebat paroeciae Heraclensis ecclesiae, id est
Constantinopolitani pontificis uel quorumlibet aliorum, qui
cum eodem uel propter eum fuerant congregandi, iudicium
praestolari, cum apostolicae id est primae sedis audientiam
Constantinopolitanus episcopus declinaret? qui utique etiamsi
metropolitani esset iure suffultus, etiamsi inter sedes haberet
locum, primae tamen sedis cognitionem fas non habuit refu-
tandi, ad quam secundum canones appellante secundae sedis
antistite uocabatur ad causam. non hoc ipso satis ostendit
reum se esse confessum, qui ad legitimum iudicium postulatus
22 adesse contempsit? nec poterat ultra differri, ne, sicut dictum
est, antiqua illius communione durante, cum sese iam socias-
set externae, sedes quoque apostolica per eum pollueretur

1 persona *VRA:* legatione *quod man. 1 ut uid. corr. in* purgatione *B* etiam *VB:* iam *RA* 2 partem *B* habet *A:* habent *VRB Car.* conquerentis *VRA:* consequenter *B*, conquerentes *Car.* ecce *VRA:* etenim *B* 3 inpeditum (*correxi*) confutare debuerat uel *B: om. VRA* 4 sua partes *B*, suam partem *RA* iusti *B* defensare *VB:* defensaret *RA* 5 in *om. R* . hannis *B* pontificis *VB:* episcopi *RA* 6 quemammodum *V* sedis *VB* apostolicae *B* 7 sententia damnati et non sua *B: om. VRA* 8 resolutum *RA* fuerant *B* 9 parrochiae *R*, parochię *A*, parrocidiae *B* eraclensis *RA*[1], eracliensis *B* id est *primum omissum deinde add. B man. 1:* ide *V*, *om. RA* 12 prestulari *B* apostolica eidē *V* id est *om. B* 14 etiam inter *B* sedis *B* 15 locum *om. B* sedis tamen *trsp. B* 16 tamquam (*pro* ad quam) *B* appellantes *B* 17 non *B:* nostrorum *VRA* 18 se *om. B* quia *R man. 2* 19 contemsit *V* ultro *B* 20 esse (*pro* sese) *B* 21 sedis *VB* polluretur *B*

contagiis perfidorum dignumque esset uel praeuaricatorem
uel contemptorem iudicii conpetentis, manifestissime scilicet
de suo negotio desperantem, a catholica atque apostolica
integritate et communione secludi. hic si examinatio quaeritur, 23
iam iudicio non erat opus, posteaquam et litteris suis ipse
confessus est et legitimum iudicium uocatus adire pertimuit;
si auctoritatis pondus inquiritur, Calcedonensis synodi tenor
cum apostolica sede consentiens et illius definitionis executio
reperitur, quo damnati illic erroris communicator effectus
praefixae nihilominus ibidem particeps damnationis apparuit,
quoniam idem ipse error, qui semel est cum suo auctore
damnatus, in participe quolibet prauae communionis effecto
et execrationem sui gestat et poenam. hoc tenore etiam 24
Timotheus Helurus atque ipse Alexandrinus Petrus, qui
secundam certe sedem quoque modo tenuisse uidebatur, non
repetita synodo sed auctoritate tantummodo sedis apostolicae
ipso quoque Acacio postulante uel exequente probatur esse
damnatus. nunc autem ipsi doceant legitime ueraciterque 25
Petrum fuisse purgatum et ab omni haereticorum contagione
rite discretum, cum ei communicauit Acacius, si eius com-

1 *uerba* dignumque esset *etc. per anacoluthiam quandam applicata uidentur ad ea quae praecedunt* cum sese iam *etc.* 2 co^n petentes *B* 3 disperantem *B* a *om. V*, *add. man. 2* 4 integritate commune *B* 5 ex litteris *B* 6 confessu *B* et ad legit. *B* 7 auctorita *V*, *corr. man. 2* tenore *B; cf.* Σ 9 repperitur *V et ante rasuram R* 10 damnationis particeps *trsp. B* 11 sua autore *B* 12 effectum *B*Σ 13 gestat ad poenam *R* tesçdenore *B* 14 timottheus *B* belurus *RA*, *om. B* p (*pro* qui = q) *B* 15 quoquo *R*, quoque modo *om. B* uidebatur *B:* uidebantur *VRA*Σ 16 repetito *V* auctoritatem *B* tantummodis *V* 17 probantur esse damnatus A^3, probantur esse dampnati A^1 18 nunc autem ipsi *VR:* quodsi utrum errori uel praeuaricationi (praeuaricatione A^1, praedicatione A^3) communicarit (communicauerit *A*) Acacius forsitan dicatur oportuisse constare breuiter praebemus ad ista responsum. aut enim ipsi Σ*A et, nisi quod* praedicationi *et pro* aut enim *cum VR exhibet* nunc autem, *B* legitime ueraciterque petrum *B*, petrum legitime ueraciterque Σ: legitime petrum *VRA* 19 ob omni *B* 20 cum ei *VR man. 2:* ei cum *A et ut uid. R man. 1;* discretum cummunicauero autem acacius *B* sy *V*

municatorem putant Acacium aliquatenus excusandum; aut si, quod magis est uerum, conuenienter atque legitime Petrum probare non poterunt expiatum (propter quod etiam ad apostolicae sedis iudicium Acacium uel uenire uel destinare non ausus est), restat ut eius inexpiatione fuerit et qui ei communicauit infectus.

26 Non reticemus autem, quod cuncta per mundum nouit ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli ius habeat resoluendi, utpote quae de omni ecclesia fas habeat iudicandi neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio, siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari uoluerint, ab illa autem nemo sit appellare permissus. quapropter satis constat Acacium nullum habuisse pontificium sententiam sedis apostolicae sine ulla
27 eius notione soluendi. dicant certe: qua synodo hoc ille praesumpsit, quod nec sic quidem absque apostolica sede fas haberet efficere? cuius sedis episcopus? cuius metropolitanae ciuitatis antistes? nonne paroeciae Heracliensis ecclesiae? si illi certe licuit sine synodo sententiam apostolicae sedis abrumpere nulla eius consultatione quaesita, itane uero non licuit primae sedi Calcedonensis synodi constituta sicut decuit

1 acacius aliquatinus *B* 2 conuenieniter *B* prob. Petrum *trsp. A* 5 eius inexpiatione *V*Σ: eius inexplicatione *B*, in eius expiatione *RA* communicatum *B* 6 *sq. uerba* infectus . . nouit *om. V man. 1, in superiore margine add. man. 2* 7 non reticemus autem *V*, non reticemus (*om.* autem, *quod fort. infra lineae 13 falso intrusum est*) *B:* nec plane tacemus *A*Σ*;* non reticemus *usque ad* 13 permissus *om R* 8 legata *B* 9 sedes *ex* sedis *corr. V man. 3* 10 habuit *B* quae de *BA*Σ*:* quod *V man. 1,* quae *man. 2,* quae de *man. 3* 11 quibus libet *B* 12 appellare *BA* uoluerunt *A*Σ appellari uoluerint ab illa autem appellari uoluerint ab illa autem *V*, ab illa *usque ad* uoluerint *del. man. 3* 13 quapropter autem satis *B* 14 sine ulla *BA*Σ*:* in *VR* 15 soluendi qua certe qua *B* 16 siquidem *VRAB, corr. Car.* (sic absque . . fas quidem Σ) 18 nonne *RAB*Σ: nostrorum *V* parrochię *RA*^{1}, parochiae *A*^{3}, paraetiae *B* eracliensis *BA* 19 sedis apost. *trsp. RA* 20 consulatione *V* 21 sedis *V* docuit *B*

exequenti huiusmodi praeuaricatorem sua auctoritate detrudere?
sed nec illa praeterimus, quod apostolica sedes frequenter, ut 28
dictum est, more maiorum etiam sine ulla synodo praecedente
et absoluendi quos synodus inique damnauerat et damnandi
nulla existente synodo quos oportuit habuerit facultatem.
sanctae memoriae quippe Athanasium synodus Orientalis
addixerat; quem tamen exceptum sedes apostolica, quia dam-
nationi Graecorum non consensit, absoluit. sanctae memoriae 29
nihilominus Iohannem Constantinopolitanum synodus etiam
catholicorum praesulum certe damnarat, quem simili modo
sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absoluit,
itemque sanctae memoriae Flauianum pontificum Graecorum
congregatione damnatum pari tenore, quoniam sola sedes
apostolica non consensit, absoluit potiusque qui illic receptus
fuerat Dioscorum secundae sedis praesulem sua auctoritate
damnauit et impiam synodum non consentiendo sola submouit
ac pro ueritate ut synodus Calchedonensis fieret sola decreuit.
in qua pontificibus innumeris, qui latrocinio corruerant Ephe- 30
seno, ueniam poscentibus sola concessit et in sua perfidia
permanentes nihilominus sua auctoritate prostrauit. quam
congregatio, quae illic pro ueritate reparanda conlecta fuerat,
est secuta, quoniam, sicut id, quod prima sedes non proba-
uerat, constare non potuit, sic quod illa censuit iudicandum,

1 exequendi *B*, exequentis *R* preuericatorem *B* 2 sed *om. B*, sed nec illa *usque ad* 5 facultatem *om. R* apostolicae sedis *B*, apostolicae sedi *A* 2, 7, 11, 13, 22 sedes *ex* sedis *corr. V man. 3* ut *om. A* 3 sine illo *B* 4 et absoluendi *VA*: exsoluendi *BΣ* quos o^2: quod *VABΣ* iniqua *B* 5 oportuerit *A* 6 origentalis *B* 7 sedis apostolicae *B* quia *ex* qui *corr. V man. 3* 8 sensit *R* 10 damnauerat *BΣ* 11 *et* 13 sedis *B* 11 etiam sola *BAΣ*: *om. VR* 12 idemque *V*, itemque et *B* graecorum *BAΣ*: *om. VR* sedes sola *trsp. R* 14 non *om. V*, *supra linea add. man. 2* potiusque .. damnauit *BAΣ*: *om. VR* potius qui illic .. dioscorum quae secunde *B* 16 sola *BΣ*: *om. VRA* 17 hac pro *B* calcalchidonensis *V* 18 in latrocinio *B* ephes̥ano (o *supra*) *B*, ephesino *RA* 20 auctoritate quam prostrauit quam *B* 21 promenda (*pro* reparanda) *B* 22 ē (*pro* est = ē) *R* primam *B*

31 ecclesia tota suscepit. ubi etiam consequenter ostenditur, quia
male gesta synodus, id est contra scripturas sanctas, contra
doctrinam patrum, contra ecclesiasticas regulas, quam tota
merito ecclesia non recepit et praecipue sedes apostolica non
probauit, per bene gestam synodum, id est secundum scrip-
turas sanctas, secundum traditionem patrum, secundum
ecclesiasticas regulas pro fide catholica et communione pro-
latam, quam cuncta recepit ecclesia, quam maxime sedes
apostolica conprobauit, ut debuerit, et potuerit inmutari;
bene uero gestam synodum iuxta supra dictum modum noua
32 synodo nullatenus inmutandam. proinde si Eutychem fatentur
haereticum, male gestam apud Ephesum synodum, qua est
receptus, pariter fatebuntur et perbene gestam synodum
Calchedonensem, qua Eutyches uel cum eo sentientes talia
sunt reiecti, uelint nolintque consentient, atque ideo bene
gestam synodum nouis exagitationibus refricari non licuisse
33 cognoscant. qui si forsitan dixerint eo tenore Ephesenam
quoque synodum non licuisse mutari, rursus haec eadem,
quae supra deprompsimus, planius repetita perpendant, id est
quia contra fidem, contra ueritatem communionemque catho-
licam atque apostolicam uereque Christianam non recte gesta
synodus legitima synodo pro fide, ueritate, communione catho-
lica uereque Christiana modis omnibus secludenda est et

2 scriptura *V*, *corr. man. 2* contra doctr. *Car.:* contraque (conque *B*) doctr. *VRAB* 3 patrum et contra *A* toto *B* 4 sedis *B*, sedes apostolica *ex* sedis apostolice *corr. V man. 2* non probauit *VRA*: reprobabit *B* id est *usque ad* 5 synodum *om. B* gestam *ex* gesta *corr. V man. 2* 6 sanctas *om. V* 8 sedes *ex* sedis *corr. V man. 3* 11 euticen *RA et sic fere semper per* ic 13 perbene *V:* per bene *R*, bene *A* 14 qua *R man. 2 A:* quae *VB*, quod *R man. 1* eutices uel ei consentientes *B* 15 nolint quae *B* 16 gesta *B* no[uis]//// *V* exatitationibus *B* 17 forte *R* ephesinam *RA* 19 depromsimus *VA*[1], deprompsemus *B* plenius *B* perpendant *B:* perpendantur *VRA* 20 fidem et contra *A* contra ueritatem *om. B* 21 atque apostolicam *om. VRA* uereque *ex* uere qui *corr. V man. 2*, uere quae *B* recta *B* 22 fidei *B* communionem *B*, communioque *A*[1], communioneque *Car.* 23 secludenda *ras. ex* seclaudenda *V*

iniusta synodus iusta synodo submouenda, pro fide autem et ueritate et communione catholica atque apostolica bona synodus uereque Christiana semel acta nulla nec potest nec debet nouae synodi iteratione conuelli sed secundum bene gestam synodum recteque praefixam, si quis ab eius tramite deuiarit, consequenter ac sufficienter eius definitione plectendus meritoque illius subiacet constitutis. nec opus est per singulos 34
quosque deuiantes iureque plectendos nouas rursus synodos introduci, cum ex illius tramite, quae auctorem cum errore damnauit, quisquis quolibet modo quolibet titulo complex eiusdem fuerit factus erroris et eius se contagione uel communione polluerit, competenter et particeps eiusdem damnationis existat eiusque poena teneatur obstrictus, cuius maluit inire consortium. quaero ergo ab his, quid de Eutyche 35
sentiant: fuisse haereticum an adserunt non fuisse? si non fuisse contendunt, quid ambagibus agunt, quid circuitionibus praestigiisque se contegunt? palam se Eutychianos esse pronuntient, ut in eius sacrilego furore conuicti ueritatis molibus obruantur aperteque cognoscant, non solum haec ipsa pestis Eutychiana quantum Christiano dogmati probetur inimica sed quantas alias haereses easque grauissimas in sua prauitate contineat, ut in quibus foueis uolutentur et in quod praeci-

1 synodus inmouenda *B* 2 communionem *B* atque apostolica *om.* *VRA* 3 nulla potest *BA* 4 noui syndi *B* sed *om.* *B* 5 rectae quae *B* quis habet tramite *B* 6 deuiauerit *R* 7 que *om.* *A* subiacit constitis *B* 8 quoque *B* iure quae *VB* plectend̄ *B* synodus *B* 9 que acunctorem *B* 9 *sq.* cum errore (*corr. ex* commerire) deuiantem a tramitem (*leg.* -te) calchedonensi (*leg.* -sis) consilii (*leg.* concilii) damnauit *B* 10 quisquis libet *B*, quolibet modo *om.* *RA* 11 et *VRAB:* ut *a* uel communionem *B*, *correxi:* *om.* *VRA* 12 complectanter *B* eius damnat. *B* 13 eius quae pene *B* teneatur *scripsi:* tenetur *B*, puniatur *VRA* obstrinctus *B* 14 quae ergo *B* eutice *R*, euticete *A*, eutichete *B* 15 senticiat *B* hereticum asserant an non fuisse *B* sy *V* 16 circumscriptionibus perstringiis quae *B* 17 conerunt (t *supra*) *B* esse (*pro* se) *B* euticianos *B* 18 pronuntientient *B* 20 euthiciana quanto *B* dignati (*pro* dogmati) *B* 21 quanto''/ (*eras.* s) *R* heresis *B* eas quae *B* 22 contineant *RA*

36 pitium barathrumque mergantur, intellegant. simul autem, si Eutychem haereticum negant, omnimodis publicatur, quod ideo de nominibus Eutychianae pesti communicantium suppresso ueluti hoc ipso errore contendunt, ut nos per talium nominum, quod absit, insidias captiosasque tendiculas in Eutychetis insaniam nitantur inducere; quod quidem, etiamsi non negent, siue scientes siue nescientes facere confutantur.
37 sin uero et Eutychen haereticum negare non audent, restat ut contra catholicam fidem non synodum nuncupandam sed conspirationem potius perditorum fuisse consentiant, quae apud Ephesum Eutychete reducto perculit sanctae memoriae Flauianum cunctosque qui illic aderant sacerdotes militari terrore compulerit tanto sceleri praebere consensum, atque ideo nobis necesse est prauam peruersamque conspirationis illius et latrocinalem fuisse perhibeant actionem eamque debuisse modis omnibus aboleri et ideo iustam bonam ueraciter Christianam Chalcedonensem synodum processisse definiant in his, quibus Eutychete depulso cum suo fautore Dioscoro haeresim eorum
38 erroremque damnarit. hanc ergo synodum, ut dictum est, bonam ueram iustam Christianamque esse non dubitent, per quam illa noxia sit remota; perspiciant ergo tandemque concedant quod. quisquis ab eius iustae et Christianae ueraeque synodi fide communione et ueritate deuiarit uel ab ea

1 baratrumque *RA*, baratrum que *B* merguntur *B* 2 euticen *RA*, eutychetem *B* 3 nominibus *B*: omnibus *VRA* eutichianae *B* communicantibus *RA* 4 uelut *B* ipse *B* 5 hominum *R man. 2* 6 ethicetis *B* 7 no^{n}negent *V*, non negant *B* facile confut. *B* 8 si uero euthicem *B* eutichen *V*, euticen *RA* 9 nunccupandum *B* 10 conspiratione *B* aput *B et ras. ex* caput *V* 11 effesum euthicetę perducto *B* 12 cunctos quae *B* adherant *V* sacerdoter militarit errore *B* 13 tantum leri *B* nobis *om. B* 14 prauum peruersumque *B* 15 perhibebant *B* debuissent *R*, diluisse *B* 16 abolori *B* 18 euthicetae *B* 19 damnaret *B* 20 dubitent *B*: dubitant *VRA* 21 sint *RA* tandemque esse concedant *B* 22 quisquis *VRA*: quia iste *B* χpiane uere synodi *B* 23 deuiarit *RA*^{1}, deui///arit *V*: deuiari *A*^{3}, deuiare *B*

deuiantibus sese communione miscuerit, sufficienter atque competenter secundum ipsius definita teneatur obstrictus, quoniam mala synodus bona debuit submoueri, bona uero synodus nulla causa est cur alia debeat synodo retractari, ne ipsa retractatio eius constitutis deroget firmitatem. proinde 39
quicumque congregationis Ephesenae tenentur affectu, quid adhuc Acacii tantummodo nomen obtendunt et non palam se sectatores Eutychetis, qui illic receptus fuerat, profitentur? quod si refugiunt atque Eutychen se perhibent execrari, simul ergo et Ephesenam, qua male receptus est, conspirationem iure cassatam et Calchedonensem synodum, qua reiectus est, merito consentient institutam atque ita synodum, quae pro fide et communione et ueritate catholica atque apostolica sit praefixa, secundum ueterum formam, sicut dictum est, perspicient nouellis non potuisse quaestionibus uentilari sed iuxta eius tenorem semel legitime iusteque depromptum et iure probari recta sectantes et sentientes contraria refutari. quod 40
sedes apostolica sicut decuit antiqua traditione custodiens non synodum duxit iterandam sed in eius praeuaricatore pellendo hanc eandem synodum potius exequendam.

Quapropter si quis adhuc secundum Chalcedonensem synodum 41
haec ab apostolica sede gesta reprehendit, praeter quod et hac, quam superius adstruximus, et multiplici potest ratione conuinci, multo magis tamen Acacio non licuisse fatebitur ista

1 sese *scripsi*: esse *B*, *om.* *VRA* communionem *A*[1] 4 rectari *B* [ta]tractio *B* 5 constitutis eius *trsp.* *B* 6 coniurationis *R* ephesene *V* *et ante ras.* *R*, effesene *B*: ephesinae *A et R corr.* quia *B* 7 sese catores *V*, *corr. man. 2* 8 euthicetis *B* protestantur *B* 9 quod ire fugiunt *V*, *corr. man. 2* euthicen *B* 10 effesenam *B*, ephesinam *RA* 11 iuste *B* 12 atque ideo *B* 13 et communione et ueritate catholica atque apostolica *B*: catholica *VRA* 14 prospicient *VR* potuisse *VRA*: oportuisse *B* 15 iusta *B* 16 legitimae *B* depromtum *VA*[1], depromtumque *B* 18 sedis *VB* sic *R* edocuit *B* antiquam traditionem *B* 19 sinodam *B* in *om.* *B* 20 eadem *B* 22 geste *R* propter *A* 23 hac *VR*: hoc *B*, hanc *A*[1], ab hac *A*[3] quam *BRA*: qua *V* adduximus *R* et *om.* *RA*

temptare. dicat ergo, qua ipse synodo Iohannem secundae sedis antistitem qualemcumque, certe catholicum et a catholicis ordinatum nec de catholica fide et communione aliquatenus impetitum, duxerit excludendum et haereticum manifestum Petrum sua quoque executione damnatum pontifici catholico permiserit subrogari, cum etiamsi reus manifestus esset Iohannes, post eum saltem catholicum conuenisset praefici sacerdotem, sicut ipse quoque suis sacris sanctae memoriae Timotheo catholico in Alexandria faciendum promisisse legitur
42 imperator. qua synodo tertiae sedis episcopum Calendionem idem expelli fecit Acacius ac nihilominus eidem Petrum tam haereticum manifestum, ut eidem palam nec se communicare praetenderet, sua passus est dispositione substitui? qua denique per totum Orientem synodo eiectis orthodoxis nullo crimine maculatis prauos quosque et criminibus inuolutos sua prouisione supposuit? qua synodo tot aliena priuilegia nefandus populator inuasit? sed libri non sufficiunt, si tragoedias eius, quas per ecclesias totius Orientis exercuit, singillatim scribere moliamur.

43 An illud ipsius argumentum nobis aestimant opponendum, quo facinora sua in imperialem nisus est iactare personam? cur igitur, quando uoluit, obstitit Basilisco, tyranno certe et haeretico uehementer infesto? cur ipsi imperatori Zenoni, quia

1 ergo *VBΣ*: igitur *RA* quia *B* 2 qualecumque *B* catholico cum et *B* 3 fide cummunionem *B* aliquatenus *om.* *R* 5 sua sua *B* excusatione *B* 6 permiserit *usque ad* 9 catholico *om.* *R* subrogare *B* eiamsi *V* esset cum conuenisset iohannes *B* 7 sal//tem (*eras.* u) *V*, saltim *B* debuisset (*pro* conuenisset) *B* 9 alexandriam *B* promississe *B*, permisisse *A*, prompsisse o relegitur *B* 10 qua *om.* *B* episcopum Calendionem *VAB* (episcopum sanctum Cal. Σ): antistitem calcedonensem (Calced. *del. man. 2*) *R* 11 hanc (*pro* ac) *B* idem *B*, eundem *A* tamen hericorum *B* 12 communicari *A* 15 quoque et criminibus quoque inuolutos *B* 16 tota *B* 17 sufficiunt *RA et ex* sufficient *B man. 1:* sufficient Σ *et ex* sufficiunt *V man. 1 ut uidetur* traguidas *B* 18 qua super *B* 19 describere Σ 20 estimat *B* 21 in *BAΣ et R man. 2*: *om.* *VR man. 1* persona *B* 22 quur *B* basisco *A*^{1}*R man. 1*, basilico *B* 23 infecto *B* quur *B*

palam Antiocheno Petro noluit communicare, suam non subdidit uoluntatem? ecce potuit et in aliis resultare, si uellet.
sed ut ea quae latius explicanda sunt omittamus, quid, quod 44
ipse Zenon imperator suis litteris profitetur cuncta sese ex Acacii gessisse consilio nec hoc eum fallere litteris suis ipse pariter testatur Acacius, qui et eum nihilominus uniuersa recte gessisse conscripsit et suo consilio haec eadem gesta
non tacuit? quasi uero tantum in Alexandrini Petri communi- 45
one Acacius praeuaricator extiterit et non in omnibus, quos uel fecit depulsis catholicis pontificibus tamquam tyrannus ecclesiis quibusque praeponi uel taliter praepositis peruersa communione permixtus est! qui hoc ipso secundum canones fuerant ab ecclesiastica communione pellendi, quo se passi
sunt successores uiuis sacerdotibus adhiberi. quis autem non 46
perspiciat Christianus, quod catholicis pontificibus propria sede deiectis non nisi haeretici potuerint introduci? quibus tamen cunctis uel auctor fuit Acacius subrogandis uel subrogatis communicator accessit, his utique, qui a communione
haereticorum nullatenus discrepabant. cur ergo uel cum haec 47
fieri uideret Acacius non sicut sub Basilisco iam fecerat ad apostolicam sedem referre curauit, ut, si solus ipse non poterat, iunctis cum eadem consiliis atque tractatibus apud

1 anthioceno *B*, antioceno *RA* uoluit *RA* 2 uoluntate *B* et in *V:* etiam *RA*, in *BΣ* alios *B* si nolle *B* uellet (nollet Σ) <an non apostolus dicit non solum qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus reatu pariter inretiri (sunt irretiti *A*)> sed ut *ΣA* (*cf. p. 392, 24*) 3 quid quid *B*, quicquid *A* 4 litteris suis *trsp. RA* sese *VBΣ:* se *RA* 5 consilio gessisse *trsp. A* hoc ea *B* fallere eum *trsp. A* 6 *uerba* testatur acatius qui et eum nihilhominus uniuersa rectae gessisse conscripsit et suo consilio haec eadem *hoc loco omissa post* ipso (12) *collocat B* 7 conscribsit *V*, conscribit *RA* 8 quia si uero *R* (uero *del. man. 2*) 10 fecit Acacius depulsis *R* 11 aliter *B* 12 ipso testatur acatius . . eadem (*cf. quae ad lin. 6 adnotaui*) an (!) secundum *B* secundum canones *om. R* 14 uiuis *BΣA*: huius *V*, huiusmodi *R* 15 perspiciat *ex* perspicit *corr. V* 16 potuerunt *B* 17 fuerit *B* uel subrogantiis *B* 19 quur *B* 20 uiderit *B* basisco *A*[1]*R man. 1* 22 eodem *A*

imperatorem possent, quae religioni conpeterent, allegari?
nam si Basiliscus, ut dictum est, tyrannus et haereticus scriptis
apostolicae sedis uehementer infractus est et a plurimis
48 reuocatus excessibus, quanto magis legitimus imperator, qui
se catholicum uideri uolebat, potuit cum apostolica sede
cunctorum quoque pontificum moderata suggestione mitigari,
praecipue cum eiusdem Acacii esset specialis fautor et amator
et qui litteris suis tam ipsum Acacium quam sanctae memoriae
papam Simplicium magnis laudibus extulisse doceretur, quod
haereticis constantissime restitisset? cur tanto tempore Acacius
inter ista conticuit, nisi quia praepediri nolebat ullatenus, quae
pro haereticis desiderabat impleri?

49 Ponamus tamen etiamsi nulla synodus praecessisset, cuius
apostolica sedes recte fieret executrix: cum quibus erat de
Acacio synodus ineunda? numquid cum his, qui iam parti-
cipes tenebantur Acacio et per Orientem totum catholicis
sacerdotibus uiolenter exclusis perque exilia diuersa relegatis
socii euidenter existebant communionis externae, prius se ad
haec consortia transferentes quam sedis apostolicae scita
50 consulerent? cum quibus ergo erat synodus ineunda? catholici
pontifices fuerant undique iam depulsi solique remanserant
socii perfidorum, cum quibus iam nec licebat habere con-
uentum, quia moris ecclesiastici omnino non esset cum his,
qui pollutam communionem tenerent permixtamque cum per-

1 deum (*pro* imperatorem) *B* quae possent *trsp. R man. 2* competerent *BΣAR man. 1:* conpetere *V*, competere debuit *R man. 2* alligari *in* allegare *mutauit R man. 2* 2 basiscus *R man. 1 A*[1]*A*[3] *man. 1* 3 instructus *B*, infestus *A* 5 cu *V*, eum *R* 9 magis *B* magnis laudibus *om. R* extulisset *V* extulisse magnis laudibus *trsp. A* quod *BAΣ:* quo *VR* 10 restitisse *B*, restitissent *A cum parte codd. Σ* quur *B* 12 expleri Σ 13 etiam sy *B* 14 sedis *VB* recta *B* fieret *VR man. 1 AB:* esset *ΣR man. 2* 15 participes *ex* particeps *corr. V man. 2* 16 acacii *B* catholicis *ex* catholici *corr. V man. 2*, catholicae *B* 17 per quae *B* religatis *RA* 18 communionis *VΣ:* communis *B*, religionis *RA* 21 episcopi (*pro* pontifices) *A* iam *om. B* depulsi *ex* sepulsi *corr. B* 22 socii *om. B* quibus nam nec libet *B* 23 moris *ex* morsis *V* 24 teneret permixtumque *B*

fidis, ullum miscere concilium propheta quoque dicente: non
sedi in concilio uanitatis et cum iniqua gerentibus
non introibo, odiui congregationem malignorum
et cum impiis non sedebo. recte igitur per Calcedonensis 51
synodi formam huiusmodi praeuaricatio repulsa est potius
quam ad concilium, quod nec opus erat post primam synodum
nec cum talibus haberi licebat, adducta est. nam et quid
ageretur de fide catholica, si intellegere uoluissent, ignorare
non poterant, cum uiderent catholicos pontifices nulla synodi
discussione, nullo concilio, praecipue cum nouas causas esse
perpenderent, toto Oriente depelli, et ceteri quid cauerent ex
illorum discere qualitate potuissent. restat igitur, ut illius 52
partis eos fuisse sit clarum, cui se post tot experimenta
dediderunt, meritoque ab apostolica sede ceterisque catholicis
non iam consulendi erant potius sed notandi.

Risimus autem, quod praerogatiuam uolunt Acacio conparari, 53
quia episcopus fuerit regiae ciuitatis. numquid apud Rauennam,
apud Mediolanum, apud Sirmium, apud Triueros multis
temporibus non constitit imperator? numquidnam harum
urbium sacerdotes ultra mensuram sibimet antiquitus deputatam quippiam suis dignitatibus usurparunt? numquid Acacius ut Iohannem qualemlibet hominem, catholicum tamen a catholicis ordinatum, de Alexandria excluderet Petrumque in haeresi

1 Psalm. 25, 4 sq.

2 in *VBΣ*: cum *RA cum Vulgata* 3 odiui . . sedebo *om.* Σ congregationes *R* 4 rectae *B* 5 preuaricatione pulsa *B* 5 *sq.* potius a concilium *B* 6 concilium *ex* consilium *corr. V* quod *VBΣ*: quo *RA* 7 ne *B* cum qualibet habere *R* ut dictum (*pro* adducta) *B* 8 de fide *VBΣA:* uel de (laborantibus *add. man. 2*) pro fide *R* si *om. B* 9 uiderunt *B* 10 *post* nulla (!) concilio *add.* eici *R man. 2* 11 praeponerent *R* orienti *B* ex *ex* et *corr. V man. 2* 13 partis *om. RA* fuisse hereseos sit *A* 14 dediderunt *VB:* dederunt *RAΣ* 15 erat *B* 16 praerogantium hinc uolunt acacium *B* 17 ferit *B* 18 medolanum *V* sermium *B*, firmium *VR* triberos *VB*, tiberos *RA* 19 numquid iam *A* 22 catholicum tamen a *om. B* 23 alexandriae *B* petrum quae *B*, petrum (*om.* que) *R* heresim *B*

iam detectum atque damnatum absque sedis apostolicae consultatione reciperet, aliqua synodo saltem illic habita hoc audacter arripuit? ut Calendionem de Antiochia depelleret haereticumque Petrum, quem ipse quoque damnauerat, absque notitia sedis apostolicae rursus admitteret, aliqua synodo id
54 fecisse monstratur? si certe de dignitate agitur ciuitatum. secundae sedis et tertiae maior est dignitas sacerdotum quam eius ciuitatis, quae non solum inter sedes minime numeratur sed nec inter metropolitanorum iura censetur. nam quod dicitis 'regiae ciuitatis', alia potestas est regni saecularis, alia ecclesiasticarum distributio dignitatum. sicut enim quamuis parua ciuitas praerogatiuam praesentis regni non minuit, sic imperialis praesentia mensuram dispensationis religiosae non mutat. sit clara urbs illa potestate praesentis imperii, religio sub eadem tunc firma, tunc libera, tunc prouecta consistit, si potius hoc praesente propriam teneat sine ulla perturbatione
55 mensuram. postremo si sibi de imperatoris praesentia blandiuntur et inde putant Constantinopolitanae ciuitatis episcopi potiorem fieri posse personam, audiant Marcianum eiusdem principem ciuitatis, posteaquam pro augmento urbis ipsius sacerdotis intercessor accedens contra regulas optinere nihil potuit, sanctae memoriae papam Leonem summis laudibus prosecutum, quod canonum regulas uiolari nulla fuerit ratione

2 synodi *V* saltim *B* 3 audaciter *B* calendionum *B*, kalendionem *RΣ* antiociā *B* depelleret *BΣ*: pelleret *VRA* 5 amitteret *B* 6 certe dignitatem *B* 7 maiorem dignitas *B* 8 sedis memine *B* 9 iure *B* 10 est *om. R* 11 *uerba inde a* sicut quamuis *usque ad* 389, 10 refutatione uacuasse *adfert Facundus. Pro defens. trium capp. V 4 (Migne 67, 649)* sic *R* quaeuis *RA*[1] 12 praua *B* praes. regni praerog. *trsp. RA* 13 religiose *B* 14 urbs *A*[1] *Facundus.* urbs *uel* urbis *Σ*: ut urbs *VRA*[3] (uel urbs *Thiel*); si claratur his illa *B* 15 eadem *VBR Facundus:* eodem *ΣA* tunc sub eadem *trsp. VR* profecta *B* consistit *ex* constitit *corr. V man. 2* si *om. B* 16 propria *B* perturbationem *B* 20 pro *om. B* augmento *ex* aumento *corr. V man. 2* 21 intercessio *R man. 2* regulam *RA* 22 L. (= Leonem) *RA*

perpessus; audiant Anatolium eiusdem sedis antistitem clerum 56
potius Constantinopolitanum quam se temptasse talia confitentem atque in apostolici praesulis totum dicentem positum potestate ipsumque beatum papam Leonem sedis apostolicae praesulem, cuius synodus Chalcedonensis auctoritate firmata est, quidquid ultra quam ab eodem pro fide et communione catholica atque apostolica illic agendum constaret esse delegatum, per occasionem congregationis illius praeter Nicaenos canones noua uideretur actione temptatum, conpetenti refuta-
tione uacuasse eaque nihilominus etiam sub sanctae memoriae 57
papa Simplicio legatum sedis apostolicae sanctae memoriae Probum Canusinae urbis episcopum Leone principe tunc petente praesente docuisse nullatenus posse temptari neque his prorsus praebuisse consensum; atque ideo non ad ciuitatis cuiuslibet respiciant qualitatem sed modum dispensationis ecclesiasticae paterna traditione firmatum conuenienter obseruent.

Dicatur autem de Alexandrino et Antiocheno episcopis 58
certis ex causis principem magis illa, quae gesta sunt, non Acacium praecepisse. sed principi Christiano decuerat suggerere sacerdotem, maxime cuius familiaritate et fauore fruebatur, saluam fore de eiusdem iniuria contumeliaque uindictam, tantum ut ecclesiae sineret Christianus princeps regulas

1 permissus audiat *B* anatholium *A* 2 constantinopolitanum numquam se *B* temptasset alia *V*, temptasse alia *RA* 3 atque in *VRA:* sed ad eadem *B* positum *ex* positus *corr. R man. 2* 4 potestatem *B* ipsumque *Facundus:* ipseque *B,* ipsum *VRA* 5 Calc syn. auct. *trsp. R,* syn. auct. Calc. *A* 6 quicquid *RA* eadem *B* 7 esset *R man. 2* 9 actio et impietatum *B* 10 uacuasse *Facundus:* uacuasset *VA et ante ras. R,* euauasse *B* 11 papa Simplicio . . memoriae *om. B* 12 canosinę *RA*[1], causae *B* 13 presentem *B* potuisset *B* teptari *V* nec *RA* 15 respiciunt *B* 16 paternater natraditionis *B* 18 de *om. A* antioceno *BRA* episcopis *om. BΣ* 19 principe *B* 20 precipisse *B* decuerat *ex* docuerat *corr. V man. 2* seggerere *V* 21 sacerdotem *BΣA et ex* sacerdoti *corr. R man. 2:* sacerdotum *V* fabore *B* 22 saluum *B* eiusdem *VRA:* eius *BΣ* 23 christianos *B*

custodiri, quia et noua in utroque pontifice causa esset exorta
et nouam discussionem consequenter inquireret. et, sicut
semper esset effectum ac diuinae pariter leges humanaeque
censerent, ut sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia
prouenirent, non a saeculari uiderentur qualescumque pontifices,
etsi errore humanitus accedente non tamen religionem ullatenus
59 excedentes, potestate percelli. an ad haec iusta ratione principi
suggerenda non erat regiae ciuitatis honore sublimis? si factus
erat illa regia ciuitate sublimior, tanto magis in his suggerendis
debuit esse constantior; si autem in his, quae pro
religione fuerant exserenda, extitit contemptibilis atque despectus
et aut segnis aut fiduciam non habens intimandi, in
quo per regiam ciuitatem maior effectus est? an ut per eam
suae praeuaricationis exereret potius tyrannidem quam causas
60 religionis legitime procuraret? Nathan propheta palam publiceque
in facie regi Dauid et commissum pronuntiauit errorem
et ipsum conmisisse non tacuit et confessione correctum consequenter
absoluit. beatae memoriae Ambrosius Mediolanensis
sacerdos ecclesiae maiori Theodosio imperatori communionem
publice palamque suspendit atque ad paenitentiam redegit
regiam potestatem. beatae memoriae papa Leo, sicut legitur,
imperatorem Theodosium iuniorem Epheseno latrocinio libere
61 coarguit excedentem. sanctae memoriae quoque papa Hilarus

15 cf. Regn. II 12, 1

1 custodire *B* noua *supra lin. add. B* causae *B* eet (*pro* eet) *V* 3 seper *R* ac *VRA:* hoc *B* legis *B* humanaeque *ex* humanaque *corr. V man. 2*, humane quae *B:* humanae *R man. 1*, et humanae *AR man. 2* 5 preuenirent *B* non ad *B* qualiscumque *B* 6 occidente *B* 7 ad *VRAB:* et Σ principis *B* 8 erant *A cum parte codd.* Σ 9 ille *A* suę gerendis *V* 10 dedebuisse constantior *B* pro *B*Σ: *om. VRA* 11 regione *B* exerenda *BR man. 1*, exercenda *AR man. 2* dispectus *B* 12 signis *B* 13 eam *B:* ea *VRA* 14 suam *B* suae tyrannidem (tyrannidi *R*) praeu. potius exereret (exerceret *A*) *RA* 15 Natham *B* publica quae *B* 16 faciem regis *R* 17 commississe *B* 19 sacerdus *B* maiori theodosio imperatori communionem *V:* maiorum thedosium imperatorem communionem *B*, maiorem theodosium imperatorem a communione *RA* 20 redigit *B* 22 teodoxium *B* effeseno *B*, ephesino *A* 23 excidentem *B*

Anthemium imperatorem, cum Filotheus Macedonianus eius
familiaritate suffultus diuersarum conciliabula noua sectarum
in urbem uellet inducere, apud beatum Petrum apostolum
palam, ne id fieret, clara uoce constrinxit in tantum, ut non
ea facienda cum interpositione sacramenti idem promitteret
imperator. sanctae memoriae nihilominus papa Simplicius et 62
post eum sanctae memoriae papa Felix non solum Basiliscum
tyrannum sed etiam imperatorem Zenonem pro isdem ipsis
excessibus auctoritate libera saepius increpasse noscuntur
flectique potuisset, nisi Constantinopolitani praesulis accende-
retur instinctu, qui particeps externae communionis effectus
necessario, in quod inciderat, iam fouebat, malens in suae
praeuaricationis obstinatione persistere quam curandus ad
salubria remeare, sicut ipse rerum probauit euentus. ecce 63
nuper Honorico regi Uandalicae nationis uir magnus et
egregius sacerdos Eugenius Cartaginensis episcopus multique
cum eodem catholici sacerdotes constanter restitere saeuienti
cunctaque extrema tolerantes hodieque persecutoribus resistere
non omittunt. nos quoque Odouacri barbaro haeretico regnum
Italiae tunc tenenti, cum aliqua non facienda praeciperet, deo
praestante nullatenus paruisse manifestum est. hic autem uir 64
bonus Acacius et sacerdos eximius in tantum se et suggerere
potuisse monstrauit et noluisse deprompsit, immo fauisse

1 filiotheus *B*, silotheus *R* machedonianus *V* 2 noua *om. RA* 3 orbem *B* inducere *om. V man. 1, in marg. add. man. 2* 4 perstrinxit *B* 5 ea *om. B* inter inpositione *B* 6 symplicius *B* 7 postea sanctae *B* papa *om. B* 8 zenone per *B* hisdem *VR* 10 potuisse *B* accederetur *V* 11 communioni *B* 12 necassario *B* fuebat mallens *B* 14 remeare *ex* mereare *corr. V man. 2* euendus *B* 15 horiorico *ut uid. B* uandalicę *ex* uadalicę *corr. V man. 2*, uuandalicae *BR:* uuandalorum *A*[1], uualdanorum *A*[3] 16 kartaginiensis *B*, carthaginensis *A* 17 constatuilter (*uel* constatuiiter) *B* restitere *V man. 2:* resistere *V man. 1 BRA* se uenienti tunc itaque *B* 19 odobacri *B*, bodouacri *VR*, odouagri *A* 20 italicae *B* 21 praestante *VRA:* iubante *B* prauisse *B* 22 eximus *V* et *ante* suggerere *om. B* suggere *V, corr. man. 2* 23 depromsit *V*, depromisit *B*

patefecit, ut et imperator cuncta se ex eius gessisse consilio
non taceret et ipse imperatorem magnis praeconiis eleuaret
ista facientem seseque proderet his agendis rebus fuisse
participem.
65 Sed esto, Calendion imperatoris nomen abstulerit, Iohannes
principi mentitus fuisse iactetur: quae tamen cum nouae
essent causae, noua debuit ecclesiastica prouenire discussio.
an qui in hominem imperatorem peccasse dicebantur, nulla
interueniente synodo deici debuerunt et in deum, qui summus
et uerus est imperator, Acacium delinquentem sinceramque
communionem diuini sacramenti studentem miscere cum per-
fidis secundum synodum, qua haec est damnata perfidia, non
66 oportebat expelli? quid de innumeris per totum Orientem
catholicis sacerdotibus propria sede depulsis et indubitanter
haereticis intromissis? nouae certe erant causae et his conse-
quenter noua synodus debebatur. cur tunc non uenit in
mentem, ut in talibus causis peteretur a principe saltem
qualiscumque synodus celebranda, ut quocumque uel colorato
iudicio traditionis ecclesiasticae passim pontifices uiderentur
exclusi, non solum quarumcumque urbium sacerdotes, sed
67 metropolitani incunctanter antistites? his omnibus cum non
restitit suggestione qua potuit, consensit Acacius communicando
cunctis, qui in catholicorum locum haeretici fuerant subrogati.
apostolus autem dicit non solum qui faciunt sed et qui
consentiunt facientibus reos indubitanter adscribi. an haec
licuit saeculari potestati et actis talibus Acacio consentienti

24 Rom. 1, 32

1 ut et *VRAΣ*: &u&it *B* gessisse *VAΣ*: suggessisset *R* (egisse *corr. m. 2*), *om. B* 2 sed ipse *B* eleualeret *V* 3 sese quae *B* proderet *BΣ*: prodidit *VRA* 4 principem *B* 5 est *V* calendionem *B*, calendionis *R* nomen *om. B* 6 fuisse mentitus *RA* 7 deberet *B* 9 synodo *om. B* 12 secunda *B* 13 orientem *VBΣ*: orbem *RA* 15 certae *R* et in his *B* 16 debebatur *ex* debeatur *corr. R man. 2* non uenit *ex* inuenit *corr. R man. 2* 17 saltiam *B* 19 ecclastice *V* 20 excludi *α* 22 resistit *B* consensit ut acacius *B* 23 loco hereti *B* 24 et *VRAΣ*: *om. B*

absque ulla synodo, quam ipsa rerum nouitas exigebat, absque sedis apostolicae consultatione perficere et sedi apostolicae non licuit secundum tenorem synodi Calcedonensis in ueteri utique causa et ueteri constituto iusta definitione damnata inimicis synodi Calchedonensis Acacium conmunicantem a sua conmunione depellere?

Sed inquiunt: Acacius principi obuiare non potuit. cur 68
Basilisco, quia uoluit, obuiauit? cur ipsi Zenoni, ne palam Petro Antiocheno, quamuis latenter hoc fecerit, communicare uideretur, non commodauit adsensum? ecce resultanti non institit imperator, ecce uim nolenti non intulit, ecce refugienti contagia manifesta concessit. postremo cur tanto tempore, cum 69
ista gererentur uel gerenda cognosceret, non ad sedem apostolicam, a qua sibi curam illarum regionum nouerat delegatam, referre maturauit sed prius laudator factus est ipse gestorum quam uel praemoneret talia esse temptanda uel, ne temptarentur, obsisteret, sicut sub Basilisco iam fecerat? cur illis ceteris communicare consensit, qui depulsis catholicis sacerdotibus indubitanter haeretici singulis urbibus fuerant substituti? postremo si ille defuit suis partibus et quae sacerdoti catholico competerent agere fastidiuit, ideo sedes apostolica, quod ad eam pertinebat, uel potuit uel debuit praeterire?

Quolibet igitur modo haereticorum complicem refutauit et 70

3 tenore *B* 4 utique *om. R erasis 3 fere litteris* ueteris constitutio *B* iusta (iuxta *A*[3]) diffinitione *A.* iuxta definitionem *Car.* 5 inimici *B* communionem *B* 7 acicius *B* 8 basilico *B* ipsa *V,* ipse *B* 9 antioceno *RA, om. B* cum (*pro* quamuis) *R man. 2 in ras.* hoc latenter *B* 10 assens. et result. *B* 11 restitit *BAΣ* impator *V* 12 posttremo curanto *B* 13 gereretur *B,* gerentur *V* 14 a *om. B* cura *R* 15 mutarauit *B,* maturauerit *R* 16 *post* talia *add.* non *R man. 2* ne *om. B* 17 obstiteret *V et ante ras. R* basilico *V* feceret *B* 19 hereticis *B* 20 si *BΣ*: *om. VRA* quod *A* 21 competeret *A.* peterent *V* sedis *VB* 22 eam *B et pars codd. Σ*: eadem *V et altera pars codd. Σ,* eandem *RA* uel . . uel *VBΣ*: nec . . nec *RA* 24 qualibet *B* reputauit *B*

consortem communionis externae a sua communione dimouit
nec opus fuit noua synodo, cum ueteris constituti sufficienter
hoc forma praescriberet, nec opus fuit ut haec facienda Orientis
episcopis intimaret, quos et expulsione catholicorum, quae
agebantur in causa fidei, non ignorasse manifestum est et
71 communicando haereticis subrogatis facto tali consensisse. non
dubium est etiam, cum externae communionis effectis nec
potuisse nec debuisse sedis apostolicae scita tractari. ecce
agnouerunt in eorum professione, qui constantissime perdu-
rarunt, quid fidei communionique catholicae deberetur. ecce
agnouerunt, quemadmodum a talibus recedendo, immo talibus
contraria moliendo, a fide et communione catholica deuiarit
72 Acacius seque pariter cum eodem errori subdiderint. ecce
agnouerunt, quam iustis ex causis pro fide et communione
catholica atque apostolica, cui et illi qui in ea perstiterant
congruebant et hi qui perstantibus obuiabant ab eadem doce-
bantur alieni, sedis apostolicae auctoritate sit remotus Acacius
(ad cuius praecipue uocatus examen uel uenire uel mittere
non curauit, ut se de his omnibus, si confidebat, absolueret)
eiusque pariter quicumque complices extiterunt, atque ab illa
merito cum his communione discretus, a qua se ipse primum
cum suis consortibus catholicis pontificibus discrepando co-

1 demouit *BΣ* 2 ueteri constitutioni *B* 3 hoc forma A^1, *plerique codd. Σ et, nisi quod* hoc *omissum inter columnas addidit, V:* hoc firma *B*, haec forma A^3, forma haec *R* perscriberet *A* (*cf.* Σ) facienda *BΣ*: cienda *V*, scienda *A et V man. 2*, scribenda *R* 4 quos et *BΣA*: quod et *VR*, quos ex *Thiel* expulsione sine cathol. *B* 5 causam *B* est *VRA*: sit *B et* (*excepto codice* δ) Σ et communicando . . consensise (!) non dubium est *in superiore marg. add. V man. 2* 7 est *om. B* 9 perdurarunt *BΣ*: perdurarint *VRA* 10 quid *BΣA*: quod *VR* communi quae catholici *B* 11 quemammodum *V* a *om. VB* recedendum *B* 12 contraria *BΣA:* contra *VR* molliendo *B* deuiaret *B* 13 subdiderit *B* 15 qui (*pro* cui) *B* perstiterant *VΣ*: persisterunt *B*, constiterant *RA* 16 hi *V:* hii *R*, illi *ΣA*, *om. B* qui stantibus *B* 17 accacius *V* 18 ad *om. B* 19 ut ut *V* si *BAR man. 2: om. VR man. 1* 20 compleces *B*

gnoscitur separasse, iureque sententiam ille damnationis excepit
ceteris consortibus promulgandam, qui solus pro omnibus suis
consortibus in communionem se recidisse perfidiae ad aposto-
licam sedem missis litteris est professus. cui Acacio si con- 73
municauerant Orientales episcopi antequam huc referret, pari
utique reatu sine dubio probabantur inuolui iureque per illum
transgressionis sententiam susceperunt tamquam facti cum
eodem communionis externae, qui utique non consuli tamquam
nostrae communionis homines iam deberent sed tamquam in
contrario positi consortio refutari; si uero non communica-
uerant antequam Acacius huc referret, et communicantem
notare debuerant et ipsi de eodem potius huc referre atque
apostolicae sedis uigore perculsum merito comprobare cumque
ea sede apostolica tantisque illis catholicis pontificibus magis
tenere concordiam. sed quia ab illorum societate desciuerant 74
et eorum successoribus communicare delegerant, ideo cum sede
apostolica minime congruebant; quia in sortem reciderant
praeuaricatoris Acacii et illius se sine dubio peruidebant
sententia consequenter adstringi, ob hoc eum uideri nolebant
esse damnatum, quia se cognoscebant in eadem praeuaricati-
one damnatos, in qua hodieque manere persistunt. sed sicut 75

1 rapparasse *B* sententiam damnationis illius *B* 2 ceteris consortibus *BΣA:* ceteris consortibus cum suis consortibus *R et, nisi quod uerba* cum suis consortibus promulgandam qui solus pro omnibus suis consortibus *a manu 1 omissa in superiore margine add. man. 2*, *V* 3 recedisse *B* perfidiae *ex* perfide *corr. V man. 2*, suę perfidię *A* ad *om. B* 5 orientalis *B* anteq. nunc referret quare *B* 6 probantur *B*, probabuntur *RA* 7 susciperunt *B* 8 consultam quam *V. corr. man. 2* 9 homines *add. V man. 2* 10 positi *BΣ*: positi in *VRA* confurtiuo *B* 11 huc *VBΣA:* adhuc *R man. 1*, id huc *man. 2* refferret et communicatem *B* 12 haec *B* percussum *B* 14 ea *VΣ*: *om. BRA* 15 tenere *in marg. add. V man. 2* illorum consortio disciuerant *B* desiuerant *A* 17 menime *B* reciderunt *B* 18 praeuaricacionis *B* et *om. Σ* se *om. R* praeuidebant *R man. 2* 19 sentenciā *B* *post* sententia *add.* se *R man. 2* adstrengi *B* 20 praeuarione *B* 21 hodie quę *B*, hodie *A* quod (*pro* sed) *R*

hi simili conditione constricti complicem suum non possunt iudicare non iure damnatum neque rei reum possunt conpetenter absoluere, sic illo iuste praeuaricatore damnato ipsi quoque pari iacent damnatione prostrati neque nisi resipiscentes inde poterunt prorsus absolui, quia sicut per unum scribentem eorum omnium uulgata transgressio est, qui in eandem perfidiae reciderant actionem, sic in uno eodemque, qui pro omnibus scripserat uel scribendo omnium prodiderat uoluntates, transgressione punita pariter quoque cum eodem uel in eodem
76 est complicum transgressio punita cunctorum. quae tamen sententia in Acacium destinata etsi nomine tantummodo praesulis apostolici, cuius erat utique potestatis, legitime probatur esse deprompta, praecipue cum secrete dirigenda uideretur, ne custodiis ubique praetentis dispositio salutaris quibuslibet difficultatibus impedita necessarium habere non posset effectum, tamen, quia orthodoxis ubique deiectis et haereticis tantummodo eorumque consortibus iam relictis in Oriente catholici pontifices aut residui omnino non essent aut nullam gererent libertatem, plurimorum in Italia catholicorum congregatio sacerdotum rationabiliter in Acacium sententiam

1 hi *V*, hii *RAV man. 2*, hi *uel* hii *Σ*: in *B* condictione *V*, conditio (-ne *add. man. 2*) *R* perstricti *B* non *supra lin. add. V man. 2* 2 rei *om. A* 3 ille iustae *B* ipsi *RA et ex* ipso *corr. V*: isti *BΣ* 4 parem *B* postr. qui nisi *B* 5 unde *V* poterant *A* 6 transgressiō e *V* eadem *B* 7 recederant actionum *B* sic uno *B* un////e////demque (*eras. utroque loco* i *ut uid.*) *R* 8 oibus *V* scripserit *B* prodiderat *ras. ex* prodiderant *R* uoluntate *B*, uoluntatem *RA* 9 transgressione . . pariter *bis scriptum priore loco del. V* eadem *B* 10 es *B* transgrassio *V* cunctorum. quae ad instructionem uestrae dilectionis satis abundeque sufficere iudicamus (iudicauimus *A*) quamuis eadem latius si dominus concesserit facultatem studeamus exponere quatenus et fidelium quisque cognoscat nihil apostolicam sedem quod absit praepropere (postponere *A*) censuisse. quae tamen *ΣA; cf. § 80* 11 destinatam *B* 13 depromta *V*, depromptam *B* deprompta esse *trsp. RA* secreta *A*, secretim *BΣ* 14 nec *B* 16 possit *B* qui *B* 17 relectis *B* 17 *sq.* moriente (*pro* in oriente) *V* 19 generent *B*

cognouit fuisse prolatam. quae congregatio facta pontificum 77
non contra Calcedonensem, non tamquam noua synodus contra
ueterem primamque conuenit sed potius secundum tenorem
ueteris constituti particeps apostolicae exsecutionis effecta est,
ut satis appareat ecclesiam catholicam sedemque apostolicam,
quia alibi iam omnino non posset, ubi potuit et cum quibus
potuit nihil penitus omisisse, quod ad fraternum pertineret
pro intemerata fide et sincera communione tractatum.

Quae cum uniuersa nouerint qui uidentur orientalibus 78
ecclesiis nunc praeesse, propterea Christianam reparari legitima
curatione refugiunt unitatem, quia occasionem dissensionis
huius suis ambitionibus suffragantem deponere iam recusant,
qua sine auctoritate sedis apostolicae omnium ecclesiarum
passim iura confundant, magis eligentes in errore persistere
quam praesumptionum suarum perdere facultatem, plus usur-
pationum suarum licentiam diligentes quam diuini iudicii
tenentes corde respectum. in quo necesse est, uelint nolint, 79
tam de fidei communionisque catholicae atque apostolicae
sinceritate neglecta quam de paternis canonibus euidenter
inruptis recipiant quod merentur, nisi, dum hic tempus
admittit, haec damnationis aeternae pericula correctis mentibus
studeant declinare, ut possint non tales permanere, quibus
insolubilis est lata sententia, sed a talibus recedentes ab
eadem sententia non teneri. quae sicut in errore durantibus
numquam soluenda praefixa est, sic ab his erit aliena, qui
extiterint puniendae prauitatis inmunes.

2 notam quam *B* 3 ueterum *B* 5 ut *om. B* sappareat *B* eccła *V* 6 quia *ex* quā *corr. V* non *supra lin. add. V* possit *B* 7 potuit et nihil *B* omississe *B* 8 temerata *B* fide *B: om. VRA* 9 uniuersi *R man. 2* uidenter *B* 11 qui *B* discensionis *R* 13 qua sine *VR man. 1,* quasi ne *B:* quia sine *AR man. 2* 14 passim ecclesiarum *trsp. B* confundunt *RA* elegentes in eorum *B* 15 praesuptionum *V* urpationum *V* 17 uellint nollint *B* 18 atque apostolicae *B: om. VRA* 19 quae de *B* 20 insuptis *B* hic *VAR man. 1:* hec *R man. 2,* id *B* tempus ut admittit *B* 21 aeterna *B* 22 studia *B* 23 insolubile lata sit sententia *A* sed ut talis bus recidentes *B* 25 quae *B* 26 inmunis *B*

80 Haec uero ad instructionem uestrae dilectionis satis abundeque sufficere iudicamus, quamuis eadem latius, si dominus concesserit facultatem, studeamus exponere, quatenus et fidelium quisque cognoscat nihil apostolicam sedem, quod absit, praepropere censuisse et non habere, quod iuste possit
81 opponere, peruersa doceatur improbitas. recte autem faciet uestra dilectio, ut ista quae scribimus pariter et catholicis et contraria sapientibus innotescant, quo et sanis necessaria firmitas et male sanis conpetens medicina praebeatur. Dat. Kal. Febr. <post> cons. Uiatoris u. c.

(96.)

EPISTOLA GELASII PAPAE AD HONORIUM EPISCOPUM.

DILECTISSIMO FRATRI HONORIO GELASIUS. Miramur dilectionem tuam fuisse miratam curam sedis apostolicae, quae more maiorum cunctis per mundum debetur ecclesiis, pro uestrae quoque regionis fide fuisse sollicitam, cumque ad eam perlatum esset, quod quidam per Dalmatias integritatem catholicam uitiare niterentur et diuinis humanisque legibus ante damnatum

1 haec uero *etc. usque ad finem om.* ***RA*** subundeque *B* 2 quamuis *inter columnas add. V man. 2* 3 quatinus *V* 4 fideliu *V* quis *B* 5 praeprope recens fuisse *V* 6 rectae *B* faciat *B* 7 ut *B*: et *V* scripsimus *B* pariter a cath. *V* 8 innotiscant *B*: innocescat *V* 9 firmitas *ex* firmatas *corr. V* et insanis comp. *B* tribuatur *B* Dat. Kal. Febr. <post.> cons. Uiatoris u. c. ***scripsi:*** DAT XL (*pro* KL) FEBR CONS VIATORIS VC *V*, dat. X K. (*i. e.* Kal.) cons. Uiatoris u. c. o², data Calend. Febr. Uictore u. c. cons. *Car.*, data Calendis Februarii consulatu Uiatoris u. c. ***Thiel contra usitatum adferendi consulis morem;*** Data III id maias p Ls. uiatore. uc. consule *B*, ***quae temporis nota utrum graue uitium contraxerit an forte ad aliam quandam epistulam pertinens errore huc inrepserit, ego quidem non diiudicauerim. certe*** p Ls. ***hic quoque nil aliud uidetur significare quam*** post. cons.; ***litteram enim*** C ***in hisce subscriptionibus is, qui scripsit codicem, saepius ita pinxit, ut litterae*** L ***simillima sit.***

96. ***Dat. haud ita multo post ep. 98. Edd. Car. I² 435; Collect. Concil.; BTA I 279; Thiel 324; nil nisi §§ 1—2 Bar. ad a. 493, 25.*** 12 INCIP EPLA *V* 15 malorum *V*, ***corr.*** o² 17 esset o: esse et *V* 18 uitia reniterentur *V*, ***corr.*** o²

Pelagianae pestilentiae denuo uirus inferre, non putauerimus
ullatenus differendum, quominus haec diligentius inquirentes
aut, si fortasse subrepserant, de proximo sanarentur aut an-
xietatem nostram, si falsa probarentur iactata, releuarent,
aestimantes melius nos uideri impatientius talia uestigare
uoluisse quam crescere dissimulando perniciem: neque enim 2
uel silentio premere causas huiusmodi uel differendo fouere
deberemus, cum dicente magistro gentium sollicitudine
non pigri atque iterum qui praeest in sollicitudine
reos procul dubio nos, nisi continuo quaereremus, etiamsi
inaniter essent uulgata, conuincerent, nec interesset, per quos
ad aures nostras eadem peruenissent, dum <quibuscumque
quo>modolibet ista referentibus, postquam nostram conscien-
tiam penetrarant, in his ueraciter indagandis pastorales ex-
cubias esse non oportuerit neglegentes, quatenus uel e uesti-
gio posset lupis inhiantibus obuiari uel nullis existentibus
feris ouium custodia secura persisteret. ab his, qui essent 3
Chloes, Corinthiorum se dissensiones agnouisse testatur apo-
stolus confestimque scribere non omittit, ut uel nascentibus
iurgiis pius medicator occurreret uel de eorum comperta mox
incolumitate gauderet. quod nos quoque litteris, quae super
hac parte directae sunt, indicasse reminiscimur, ut scilicet
aut inrepentibus obsisteremus insaniis aut, si nihil horum
penitus accidisset, de catholicae ueritatis integritate laetaremur.
quapropter non solum dilectio tua nostra non debet uigilantia 4
permoueri sed praesentis adloquii salutatione percepta nobiscum

8 Rom. 12, 11   9 Rom. 12, 8   18 cf. Cor. I 1, 11

1 putauerimus *per anacoluthiam Gelasius, quasi antea dixisset* fuisse miratam quod cura . . fuerit sollicita 2 *sententia requiritur aut* inquirerentur <ut> aut . . sanarentur . . releuarent *aut* inquirentes aut . . sanaremus . . releuaremus, *sed fortasse etiam hic anacoluthia statuenda est* 4 falso *Bar.* 5 inuestigare *Bar.* 11 essent o^2: cessent *V* interest *Bar.* 12 dum <quibuscumque quo>modolibet *scripsi:* dum modolibet *V*, dummodo <quibus>libet ρ^2, dum <quo>modolibet *Bar.* 14 penetrarent *o* 15 oportuerint *V, corr.* ρ^2 16 inhientibus *V, corr. Car.* 18 cloes *V* sedis sensiones aggnouisse *V*

potius industriam propriae sociare sollertiae, quatenus uel, si temptata sunt talia, protinus corrigantur, uel, ne qualibet obreptione temptentur, attentius praecauendo subintrare non ualeant. de quibus autem hi, quos tua caritas destinauit, plenius instrui uoluerint, sequentes tituli cum suis responsi-
5 onibus intimabunt. et quoniam se his adquiescere praefati eatenus sunt professi, ut eadem se et primitus tenuisse firmarent sed a nonnullis in quaestionem uocata uellent manifestius expediri, studuimus, quantum inter occupationes fieri potuit, quae nos minime respirare patiuntur, largiente domino sequentes paterna uestigia, quae de talibus accepimus, non silere. quam regulam sobrie sentiendi quisquis fideli corde sectatur, inter orthodoxos merito debeat aestimari; quisquis uero putauerit abnuendam, ab apostolicis sese non ambigat
6 exulare doctrinis. certe si quid est, quod ualeat animum permouere, fraternitas tua consulere fiducialiter non omittat, ut domini gratia ministrante totius discutiat obscuritatis ambiguum fraterna conlatio.

(97.)

EIUSDEM DICTA ADUERSUS PELAGIANAM HAERESIM.

De Pelagianis quidem sensibus blasphemiisque sacrilegis et apud maiores nostros tam diuinis quam humanis legibus iusta discussione damnatis nimis est copiosa materia, quia et illorum est multiplex perniciosa peruersitas eoque nocentior, quo uerisimilitudinis colore subtilior, quam de ipsius humani generis principe prauo funestoque commento non rite concep-

1 si *scripsi:* siue *V* 2 sint *ο* *post* ne *inepte interpunxit Thiel* 4 hi *scripsi:* hii *V*, ii *ο* 5 ⟨si⟩ plenius *Car.* sequentes] *re uera non sequuntur* 8 a nonnullis *scripsi:* anulli (= anonullis) *V*. an̄ ullis (= ante ullis) *α*, *unde* ante ullius *Car.* 11 quae de talibus accepimus *scripsi:* q̊ de talibus qua cepimus *V*, de talibus quae coepimus *Car.*, de talibus quae accepimus *Thiel* 14 abnuenda *V*, *corr. Thiel* 18 conlatio EXPL *V*

97. *Edd. Car. I² 351; Collect. Concil.; Thiel 571.* 20 INCIPIT EIVSDĒ *V* PELAIANAM ERESĪ *V* 22 nros *V* 23 dapnatis *V* 25 colere *V*, *corr. ο²*

tam rerum consequentium mendaciis texuerunt (necesse est enim, ut qui a principio deuiarit, ab integro tramite uagus ubique progrediens, quanto se currere fortius putet, tanto plus erret), et in his, ut competit, refutandis disputatio prolixa debeat adhiberi, quoniam quidem perfectae medicinae mos est originem uel intellegere prius uel reserare morborum
eisque patefactis medellam conficere congruentem. quae cuncta, 2
si dominus uitam facultatemque tribuerit, in quantum caelesti rore uegetati ualebimus, alias molibimur explicare: nunc autem hunc articulum, qui quosdam mouere perhibetur, sufficienter interim duximus explicandum, ut eodem conuenienter inspecto, quid in ceteris cauere iam debeant, domino deo nostro praestante perpendant.

Aestimant igitur quidam in hac uita hac posse quemquam 3
perfectione consistere, ut nullis prorsus fragilitatis humanae pulsetur affectibus nec corporeis exagitetur inlecebris. quod quisque si propriis uiribus suaeque proposito uoluntatis existimat adipisci, semet ipsum seducit et ueritas in eo non est; nam si in ipsis primis hominibus, dum sua nimium felicitate confidunt et tantam dei gratiam in uacuum recipientes, non orando (quod utique nusquam fecisse referuntur) nec de perceptis gratias referendo nec, ut eadem intemerata durarent, suppliciter implorando, incolomes constare nequiuerunt, quanto magis post praeuaricationis ruinam, quam mala sui confidentia creatorem nullatenus inquirendo letaliter inciderunt, absque diuino munere suis uiribus uel aegri perstare non possunt,
sine quo nec integri persistere ualuerunt? sin uero quisquam 4
non possibilitate facultatis humanae sed per diuinam gratiam

18 cf. Ioh. I 1, 8

4 reputandis *V*, *corr.* p[2] 5 debeat *per anacoluthiam quasi p. 400, 23 praecessisset* cum, *non* quia 7 cunctas *V* 9 moliemur *Car.* 12 quod *V*, *correxi* 16 exigitetur *V*, *corr.* o 20 *fort.* recipiunt 24 ⟨in⟩ quam o[2] 26 perstare *Thiel e schedis Coustantii:* uel stare *V* 28 sed o[2]: sede *V*

hoc asserat in hac uita de quibuslibet sanctis posse conferri,
bene quidem facit de dono dei, <cui> cuncta possibilia sunt,
talia confidenter opinari et sperare fideliter, sed utrum aliqui
tales extiterint, qui usque ad hanc perfectionem uitae prae-
sentis accederent, sicut nusquam euidenter astruitur, sic nos
facile uel firmare uel impugnare non conuenit magisque
sobrium est ex ipsorum uocibus prophetarum apostolorumque
sanctorum, quatenus huius uitae profectum metiri debeamus,
agnoscere, quibus utique in hoc mundo, quantum ad sanctae
uitae pertinet institutum, nihil excellentius uel fuisse uel esse
5 manifestum est. qui etiamsi copiosiore dei munere uel raris
omnino uel minimis humanae conditionis passionibus impetiti
sunt et afluentiore dei gratia mortalitatis uitia facile supera-
runt, non usque adeo tamen expertes eorum se fuisse testantur,
ut scilicet illius <im>maculati agni sit proprium nullum prorsus
habuisse peccatum nec non soli uideatur esse deputandum, si
alius quilibet sanctus expers delicti fuisse credatur. contenti
simus ergo professione sanctorum et quid de se ipsi magis
pronuntient audiamus quam, quid uel temere cogitandum sit
uel nostris opinionibus uentilandum, sine certa auctoritate
6 sectemur. cur autem, cum deus omnipotens post mysterium
reparationis humanae etiam id homini conferre potuerit, ut ab
omnibus omnino uitiis esset inmunis, maluerit fideles suos
saluos fieri et expectare perfectae beatitudinis firmitatem, ut
quod sperando desideramus, rebus possimus adipisci, censu-
eritque nunc perficere in infirmitate uirtutem quam remotis
infirmitatibus humanam conditionem nulla sinere languoris
exagitatione pulsari: quantum dominus ministrarit, ut conpetit,

26 Cor. II 12, 9

1 de *del. Car.* 2 de *V*: nam *Car.* cui *inserui* 3 aliquis *V*, *corr.* ρ 7 propharum *V*, *corr.* o 8 mentiri *V*, *corr.* o 10 pertinet o^2: pertinet et *V* 12 minimus *V*, *corr.* $ρ^2$ humanē *V*, *corr.* o^2 13 affluentiore *uulgo* 15 maculati *V*, *corr.* o 16 nec *scripsi*: ne *V* 22 id o: ad *V* 25 censuerit quę *V* 27 condictionem *V*, *corr.* α sineret *V*, *correxi*

disseretur. <scriptur>arum testificationibus, contra quarum teno- 7
rem nihil est temere profitendum, super his sensibus erudiri
constat in ipso primo homine Christum et ecclesiam figuratam
beato Paulo apostolo nos docente, cum de foedere sancti coniugii
loqueretur sacramentum hoc inquiens magnum est:
ego autem dico in Christo et in ecclesia. itaque iam
inde, sanctorum quisque processit, in huius sacramenti
figuratione censetus est et hoc mysterium omnes sancti ab
Abel suis sacrificiis actionibusque gesserunt. in Christo ergo 8
et in ecclesia, in qua utique generaliter praecondita est
remissio peccatorum, fideles quique deo sanctique uixerunt et
usque ad legis tempora per Moysen datae certis sunt sacri-
ficiis in huius mysterii uirtute purgati. quapropter si eguerunt
omnes mysticis immolationibus incessabiliter expiari, non
dubium est uitiis humanae conditionis fuisse pulsatos, a
quibus eos per illa remedia futuri sacramenti necessarium
esset incessanter absolui. iam uero legis tempore neminem
fuisse sanctorum, qui non hostiam obtulerit pro peccato,
lectio ueneranda testatur in tantum, ut etiam pontifices sic
apud deum causas agerent populi tunc fidelis, ut ipsi quoque
pro suis delictis hostias immolarent, passimque uniuersi
prophetae proclament peccatis suis ueniam postulantes. inde 9
est, quod sanctus Iob dicit: nemo mundus a sorde, nec
infans, cuius est unius diei uita super terram,
idemque alibi: astra non sunt munda in conspectu
tuo. prophetae quoque Dauid de generalitate sanctorum certa
definitio prolata cognoscitur, qua ait: ne intres in iudi-

5 Ephes. 5, 32 19 cf. Hebr. 5, 3 23 Iob 14, 4 sq. (LXX) 25 Iob 15, 15 27 Psalm. 142, 2

1 *interpunxi post* disseretur *sustulique interpunctionem* 2 *post* erudiri; *Thielius pro sua artem criticam factitandi ratione et* ut (402, 28) *et* disseretur *eicienda putat* scripturarum o²: arum *V*, harum o 2 est temere o²: extremere *V* 7 inde <ut> *Car.* quisque = quisquis, *cf. Indicem* 8 censitus o 12 data ē certi *V*, *corr.* o 14 mystici *V*, *corr.* o 15 humane *V* 17 esse *V*, *corr.* o nemine *V*, *corr.* o 27 quae *Car.*

cium cum seruo tuo, quoniam <non> iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens; ubi utique neminem prorsus hominum discreuisse perspicitur, sicut idem planius hoc ipsum loquens manifestiusque declarat: dixi 'pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam domino' et tu remisisti impietatem cordis mei. pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno, qui utique † non poterat non solum sub lege sanctos esse sed in futura dei gratia eminentioris propositi post futuros; unde quod ait in tempore opportuno, non sine rerum uenturarum cognitione subiunxit. et in oratione sua sapientissimus Salomon: non est homo, qui non peccauit, et item ipse: quis gloriabitur castum se habere cor aut mundum
10 se esse a peccato? sed ne putentur illorum temporum sancti ab hac impassibilitate forsitan excipiendi, quoniam <non> concessis a deo coniugibus utebantur (quamuis et beatus Helias passibilis fuisse memoretur, quemadmodum consequentia declarabunt, et sanctus propheta Danihel non solum pro populi sed etiam pro suis peccatis perhibeatur orasse, sicut ipse dicit: cum orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei domino deo meo), tandem ueniamus ad beatos apostolos et dicat beatus ille Iacobus, qui cum omnes utique iusti essent apostoli, proprie atque speciatim iusti uiri praerogatiuam legitur adsecutus: beatus uir, qui suffert temptationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quam repromisit deus diligentibus se, et item post

4 Psalm. 31, 5 sq. 12 Eccl. 7, 21 13 Prou. 20, 9 20 Dan. 9, 20 24 cf. Clem. Alexandr. (Hypotyp. VI et VII) apud Euseb. h. e. II 1, 3 et 5; Hegesipp. (Hypomn. 5) apud Euseb. II 23, 4 sqq.; Hieronym. de uiris illustr. 2 25 Iac. 1, 12

1 non *add.* o 3 eidem *V*, *corr.* ρ^2 6 impietate *V*, *corr.* o orauit *V*, *corr. Car.* 8 *fort.* <non putare> non poterat sanctus o^2 9 futurus o^2 11 *uulgo non interpunxerunt post* subiunxit 13 qui *V*, *corr.* o aut *ex* autem *V* 16 non *addidi* 19 prohibeatur *V*, *corr.* o 25 temptatione *V*, *corr.* o

paululum: unusquisque autem temptatur a concu-
piscentia sua abstractus et inlectus; dein concu-
piscentia cum conceperit, parit peccatum, pec-
catum uero cum consummatum fuerit generat
mortem, et item idem: in multis enim offendimus
omnes, idemque secutus adiunxit: et Helias homo erat
similis nobis passibilis. dicat beatus Petrus apostolus: 11
carissimi, rogo, ut quasi incolae et aduenae
abstineatis uos a corporalibus uoluptatibus, quae
militant aduersum animam, et item: nolite mirari
ad feruorem, qui ad temptationem uobis fit, quasi
noui aliquid uobis contingat; item postea: sobrii
estote <et> uigilate, quia aduersarius uester
diabolus quasi leo fremens circuit quaerens, quem
deuoret; cui resistite in fide scientes easdem
passiones in omni, quae est in mundo, fraternitate
uestra fieri, a qua fraternitate nimirum se ipsi fidelium
saepe cunctorum fratres adnuntiant nec suam probantur
discreuisse personam. dicat beatus Iohannes euangelista, ille 12
qui in pectore discubuit saluatoris: si dixerimus, quia
peccatum non habemus, nosmet ipsos seducimus,
quia ueritas in nobis non est; quod si confessi
fuerimus delicta nostra, fidelis est et iustus, qui
dimittat nobis peccata et mundet nos ab omni
iniquitate; item: quod si dixerimus, quia non pec-
cauimus, mendacem faciemus eum et uerbum eius
non erit in nobis. dicat idem: haec scribo uobis, ut
non peccetis; sed si quis peccauerit, aduocatum

1 Iac. 1, 14 sq. 5 Iac. 3, 2 6 Iac. 5, 17 8 Petr. I 2, 11 10 Petr. I 4, 12 12 Petr. I 5, 8 sq. 20 cf. Ioh. 13, 23; 21, 20 Ioh. I 1, 8 sq. 25 Ioh. I 1, 10 27 Ioh. I 2, 1—2

2 deinde *Car. cum Vulgata* 4 consumatum *V* 6 ideque *V* 10 aduersus *Car. cum Vulg.* 13 et *add. Car. iuxta Vulgatam* qui *V, corr. o* 16 mundos *V, corr. o* 18 frs *V* 19 <apostolus et> euang. *Car.* 21 sedicimus *V, corr. o* 23 nra *V* est *o*: e *V*

habemus apud patrem iustum, et ipse propitiatio
peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum
sed et totius mundi; item ipse: omne, quod in mundo
est, concupiscentia carnis est et concupiscentia
oculorum et ambitio saeculi, quae non est a patre
sed ex mundo est; et mundus transit et concupi-
scentia eius, qui autem fecerit uoluntatem domini,
13 manet in aeternum. ueniat minimus apostolorum sed
uas electionis dei, ueniat magister gentium Paulus, praedi-
cator diuinae gratiae singularis et mysterii caelestis copiosus
expositor, ille qui uerba ineffabilia, siue in corpore siue extra
corpus nesciens, in tertium caelum leuatus audiuit, qui tanta
gratia redundauit, ut cum omnium esset postremus, plus
omnibus laboraret, et quid non solum fidelibus insinuet super
hac parte sentire sed etiam quid de se ipso pronuntiet,
liberae ueritatis doctor adnuntiet. et quoniam longum est
cuncta, quae ad hanc causam pertinent, dicta reuoluere,
ponantur pauca de multis, ex quibus nobis sufficientissime
demonstretur magis nos cum Paulo debere infirmari, ut
habitet Christus in nobis, quam quolibet aliter sentiente quam
Paulus fortes uideri et iam uelut, quod absit, Christi remediis
14 non egere. ait ergo: scio enim, quia non habitat in
me, hoc est in carne mea, bonum; nam uelle adiacet
mihi, perficere autem bonum non inuenio. non
enim quod uolo bonum, hoc facio, sed quod nolo
malum, hoc ago; si autem, quod nolo, illud facio,
non ego operor illud, sed quod habitat in me

3 Ioh. I 2, 16 sq. 8 sq. cf. Cor. I 15, 9; Act. 9, 15 9 sq. cf. Tim. I 2, 7 (II 1, 11) 11 sq. cf. Cor. II 12, 2 sqq. 13 cf. Cor. I 15, 10 19 cf. Cor. II 12, 9 22 Rom. 7, 18—20

7 dni *V* 14 quid *o*: qui *V*, *quo seruato* insinuet <quid> s. h. p. sentiret *interpolauit Car.* 16 liberae *scripsi*: liberare *V*, libere *Car.* 19 deuere *V* 20 <cum> quolibet *Car.* 21 et iam *scripsi*: etiam *V* et *Car.*

peccatum. item: condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae ac captiuum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. quare se 15
igitur miserum hominem appellat, quare se gaudet per Christi gratiam de mortis corpore liberari, si nullis affectibus humanae miseriae pulsabatur, si nullis infestabatur, ex quibus liberaretur, incursibus? item idem: caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem; haec enim inuicem aduersantur sibi, ut non, quae uultis, illa faciatis; non enim, quae uult, spiritus perficit, ne de perfectione superbiat. et item: non perficit caro, quae uult, ut sic humanae conditionis admoneat, ne tamen usquequaque propositum fidele demergat.

Ac ne forsitan, ut solent quidam uanis opinionibus arbitrari, 16
quod haec beatus apostolus Paulus sub alterius nescio cuius persona pronuntiet quam de se ipso fateatur, quamuis nihil illic tale ualeat prorsus ostendi atque cum ait: miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis? gratia dei per Iesum Christum, tam gentilis quam Iudaei remota probetur esse persona, audiamus tamen hunc alibi quasi sese manu propria designantem ac semet ipsum specialiter indicantem: ego ipse mente seruio legi dei, carne

1 Rom. 7, 22—25 11 Gal. 5, 17 15 Rom. 7, 15 21 Rom. 7, 24 sq. 26 Rom. 7, 25

3 repugnante *V*, *corr.* o 9 nullus *V*, *corr.* o 11 aduersum *V*, *corr. cod. Angelic. iuxta Vulgatam* 16 nec *mauult Thiel, temere* 18 ac ne forsitan] *ex eo quod sequitur* arbitrari *supple* arbitreris 21 atque *scripsi*: tamen *V*, ita ut *Thiel* 22 liberauit *V*, *corr.* p mortis ⟨huius⟩ *Labb. secundum Vulgatam* 25 sese o²: esse *V*

autem legi peccati, et item de se ipso: castigo corpus
meum et seruituti redigo, ne, qui aliis praedico,
ipse reprobus efficiar. quis igitur non aduertat, quid
interesse potuerit, quod membra sua castigando refrenaret,
ne reprobus existeret, si nullis talibus stimulis pulsaretur,
quos neglegendo et non corporis sui castigatione subigendo
reprobus esse potuisset?
17 Quapropter cum haec et apostoli de semet ipsis professi
fuisse monstrentur, — qui etiamsi ista minime prodidissent,
procul dubio tamen omnes orationem dominicam et neces-
sario praedicarent et ueraci corde proferrent, qua cotidie
supplicantes dimitti sibi sua debita postularent et, ne in
temptationem inducerentur, orasse et, ut a malo liberarentur,
18 suppliciter implorasse doceantur. propter quod etiam beatus
Iohannes apostolus, quod supra iam dictum est, intellegitur
edidisse dicens: si dixerimus nos peccatum non habere,
mendacem faciemus eum, Christum scilicet, qui hanc
orandi formam suis discipulis non dedisset, in qua uel coti-
dianis debitis relaxatio proueniret et, in temptationem <ne>
reciderent, implorarent uel, ut a malo liberarentur, exposce-
rent, si nihil esset omnino, quo aut debitum praegrauaret
minime relaxatum aut temptatio posset inferri peccati, aut
19 nullum, a quo liberarentur, malum prorsus existeret. sic
autem quosdam mouet subripiens inlusio dormientium, quasi
non grauior aestimata sit concupiscentia uigilantum. quam-
uis enim et insolentia corporalis frequentius refrenanda sit
uel castigatione ieiunii uel ciborum frugalitate sumptorum,
ne materia praebeatur humanis sensibus fantasticae uoluptatis

1 Cor. I 9, 27   12 cf. Matth. 6, 12 sq.   16 Ioh. I 1, 10

1 ipsum *V*, *corr.* o   et in seruitutem *Car. cum Vulgata*   8 quapropter . . monstrentur] *apodosis non statim sequitur sed per anacoluthiam quandam demum § 21*   14 quid *Thiel in fine paragraphi ponens interrogationis signum*   18 non dedisset *scripsi*: condidisset *V*   cotidiani debitis *V*, *correxi*: cotidiani debiti o   19 in temptationem <ne> *Hartel*: in temptationem *V*: <ne> in tempt. o²   20 reccciderent *V*   21 quo *V*: quod *Car.*   22 inferre *V*, *corr. Car.*   25 uigilantium o

imaginatione fallendis, uel magnis hoc de miseratione diuina
sit precibus implorandum, ut ab inlecebrosis uisionibus sopitae
mentes reddantur immunes: tamen, siue haec incontinenter
agentibus siue uiuentibus continenter eueniant, certe, si quis
est, minor reatus est nescientum quam carnalis operis appetitu
palam aperteque cupientium. denique licet non paruo dei
munere potiatur, quisquis aut nullis talibus, si fieri potest,
aut perraris pulsatur insidiis, nusquam legimus in culpam
uocari fantasmata somniorum. sed plane ipsius domini uoce 20
non ignoramus esse depromptum, quod quisque mulierem
uiderit ad concupiscendum, eandem sit in suo corde moechatus,
ubi consequenter reatum subesse non dubium est ideoque
tam iugi supplicatione quam elemosinis ceterisque bonis
actionibus expiandum est. non enim uacat, quod dictum est,
omnia per elemosinam posse mundari, cum ait dominus, dum
de internis externisque figuraliter purificationibus loqueretur:
uerumtamen quod superest, date elemosinam et
ecce omnia munda sunt uobis, sed etiam illud, quod
caritas cooperiat multitudinem peccatorum, ut
scilicet quicquid insinceritate corporis et mentis adtrahitur,
rationalis pietatis opere deleatur. de beatis autem, sicut supra 21
iam diximus, apostolis tantum debemus nosse, quae ipsi de
sua conuersatione sentiri propriis uocibus ediderunt; quae
uero tacita sunt ab eis, nulla nobis relinquetur licentia perscrutandi.

Sed iam diligentius uestigemus, cur nec post reparationem 22
quoque generis humani renouationemque naturae, quae fit per
baptismatis sacramentum, non solum haec uitia sublata non
fuerint sed ipsos etiam in magnae continentiae proposito

10 Matth. 5, 28 17 Luc. 11, 41 19 Petr. I 4, 8

3 mentę mentes *V*, *corr.* o 5 nescientium o 9 domini *supra lin. add. V* 11 eandem *Thiel cum Vulgata*: quod eadem *V* 13 iugii *V*, *corr.* o 15 *et* (*cum Vulgata*) 17 elemosinam o: elemosina *V* 19 multitudine *V*, *corr.* o 20 in sinceritate *V*, *corr. edit. reg.* 26 nec *scripsi*: hęc *V*, *om. Thiel*

constitutos siue minus seu amplius, prout quisque gratia
diuina dispensante profecerit, tamen infestare non desinant,
cur relicta sint, contra quae mens religiosa pugnaret, et licet
iam saluati per fidem spem redemptionis acceperint,
adhuc tamen expectetur, sicut ait apostolus, redemptio
corporis nostri et, cum mysteriis caelestibus iam renatis
pignus sit adoptionis ingenitum, perficienda deinceps sustine-
23 atur adoptio, ut scilicet deficientibus isdem uitiis, contra quae
nobis in hoc tempore continua dimicatio est, ab hac necessitate
liberati, quod fide suscepimus, quod spe proposita sustinuimus,
ipsarum rerum desideratis affectibus adsequamur, quatenus
hac incursionum peste prorsus exuti tranquilla semper sancti-
ficatione uiuamus, quod in illa futura beatitudine promittitur
esse complendum, cum, sicut ait apostolus, corruptibile
hoc induerit incorruptionem et mortale hoc in-
duerit inmortalitatem atque animale corpus spiritalem
24 sumpserit dignitatem. igitur dubium non est superbiam super
omne esse peccatum, quippe de qua scriptum est: initium
omnis peccati superbia. quod tantum malum est, ut
singula praue facta in hoc ipso, quia praua sunt, censeantur
esse damnanda solaque sit superbia, quae et in bene factis
periculosa doceatur. haec est, quae non tantum animal
rationale in terris positum constare non siuit sed angelicam
25 quoque deiecit infesta naturam. nam cum deus omnipotens,
qui fecit omnia bona ualde, cuncta suis modis et congruis
ordinibus instituta condiderit eaque propriis concesserit uel
manere uel proficere posse mensuris, hic rationabili creaturae
subrepsit affectus, qui per id, quod decentius facta consisteret,
plus ei de propria dignitate confidere quam, sicut modus eius

4 Eph. 2, 8 5 Rom. 8, 23 14 Cor. I 15, 53 18 Eccli. 10, 15
25 Gen. 1, 31

2 desinat *V*, *corr. Car.* 4 acceperimus *Car.* 9 demicatio *V*
15 incorruptione *V*, *corr. o* 17 supserit *V* 19 superbiā *V*, *corr. o*
quod tantum malum *etc.*] *sententiam mutuatus est ab Augustino, de nat. et grat. c. 31 (ed.² Maur. X 94)* 26 ea quae *V*, *corr. o*

poscebat, de ipso conlatore dignitatis ingessit atque ita aliter adpetendo sui culminis firmitatem, quam conpetens eius et decens norma requireret, fecit eam praeter ordinem naturalem cupiendo fastigium meriti potioris erumpere. qui excessus 26
utique sicut reatum intulit excedenti, sic iustitiam conditoris, contra cuius ordinem tendebatur, offendit et, dum ab eo tenore cessatur, quo solo proficeretur ad summi boni perenne consortium, consequenter, qui ad eius stabilem participationem peruenire non posset, defectus accessit, sicut creaturae rationalis usibus congruebat. nam angelos ad profectum conditos promerendae stabilitatis aeternae illa res indicat, quoniam si sic facti essent, ut ulterius nihil egerent, nulla pars eorum ullum potuisset habere defectum. non enim in eis diuersam naturam fuisse dicendum est, ne ille, qui propria uoluntate prolapsus est, angelus excusetur, si hoc illi non suae proteruitatis ingessit arbitrium sed necessitas inditae conditionis imposuisse uideatur. unde ergo beati et sublimes 27
angeli de perceptis grati piae deuotionis officio et non se ipsos sed potius ipsis praeferendo conuenienter auctorem ad eius perpetuitatem proficere prouehique meruerunt, inde isti, qui reprobi sunt, de perceptis consequenter ingrati debitumque dissimulantes obsequium seque ipsos magis quam, qui tantae dignitatis substantiam condiderat, praeferre molientes et delectatione suae creationis inlecti a creatoris honore cessando, quanto arroganter elati, tanto aeternitatis rectitudinem per inreuerentiam non sequendo ab eius pariter et dignatione et participatione retracti sunt et ab eo, quod sempiternum est, recedentes in id, quod semper deficit, sunt reducti. quod 28
praestante deo nostro plenius alias confidimus exsequendum; nunc interim, quantum praesenti negotio sufficit. haec illa causa est, hoc illud malum, per quod etiam sine uitio corporali quadam spiritali fornicatione motus angelus a diuina, qua

7 perhenne *V* 12 fati *V*, *corr.* o 16 necessitas sin inditae *V*, *correxi*: necessitas sibi inditae ρ² 19 ipsis *scripsi*: ipsi *V* 20 prouehi quę *V* 26 dignatione *Thiel*: indignatione *V* 32 angelicus *V*, *corr.* o

inlustrabatur, gratia et participatione delapsus est eoque modo degener factus ac de caelesti sede pro hac sui decoloratione seclusus secundae conditionis imaginem dei per inuidiam flammatus euertit, isdem motibus adgrediens in securitate degentem, quibus de summis ad ima male confisus ipse deciderat. hinc illa felicitas paradisi primis hominibus constare non potuit, hinc illa primae conditionis integritas, dum ita de se fidit, tamquam ipso, qui condiderat, non egeret, nec de perceptis agit gratias, quod nusquam fecisse memoratur, nec de conseruandis, quae sumpserat, poscit auxilium nec ad eum etiam pulsata temptatoris accessu deuota concurrit et consulit suaeque se credit inter prospera uoluntati, facile sine praesidio creatoris patuit deceptoris insidiis et in praeuaricationem tractata consequenter inliciti conditionem praefixae mortis inuenit meritoque est conpetenti subiecta uindictae, quoniam nec de bonis fuerat deuota retinendis nec malum praecauerat ante praedictum, dum per maioris ambitum potestatis deum se scilicet fore praesumens foueas hostilis persuasionis incurrit, et quae, si suo ordine mansisset grata factori, perpetuum summae commercium deitatis potuisset adprehendere, conpetenter sine debito summae diuinitati officio captiosa promis-
29 sione frustrata ad diuinitatem non potuit peruenire. sic ergo sine illius principalis ac summae rationis affectu, quae in bonis semper retinendis contrariisque refutandis intemerata persistit, ad cuius utique similitudinem rationale fuerat animal institutum, ut eam pro suo modulo congruis actionibus imitando ipsiusque seruando reuerentiam subsequendoque gratiam, ut uere similitudo eius et imago permaneret, obtinere potuisset fieretque diuinae rationis tamquam suae parentis et auctoris digna consortio et per hoc nihilominus utpote particeps

1 dilapsus *V, corr. Car.* 2 celesti *ex* celestis *V* pra *V, corr. o* sua *Car.* 4 hisdem *V* 12 prosperam uoluntatis *V, corr. Car.* 14 tracta *o* perfixę *V, corr. o* 18 praesumentis *V, corr. Thiel* persuasinis *V* 21 diuinitatis *V, correxi* copiosa *a quique ex eo pendent* 23 illis *V, corr. o*[2] 30 digna *ex* dignam *V* haec *o*

aeternitatis aeterna constaret: dum sua, qua creata fuerat, dignitate confidit sibique se putat in eo, quod erat facta, sufficere nec subdita ueneratur deuotione factorem, et ab illius participatione discessit et in se ipsa sine illo, in quo habebat subsistere posse, non constitit atque ita ordinem legitimae rationabilitatis excedens in inrationabilitatis abruptum per uerisimilitudinem ratio<ci>nationis, qua deum se fieri credebat, abducta est et illius priuatione, quae sempiterna uita est, in istam recidit, quae sine fonte uitae uitam perpetuam retinere non posset. quamuis ergo pro his transgressionibus digna 30 fuerit ultione, iustus tamen arbiter deus sic istam creaturam propositae legis aequitate corripuit et, quae diuinum sequi tramitem inter felicia fastidiuit, sibimet ipsam merita lance dimisit, ut tamen, quia et decepta fuerat creaturae potioris incursu (illius scilicet, quae fremebat illo terrenam proficere posse substantiam, unde spiritalis ipsa deciderat, et tamquam solatium capere cupiebat de alterius ruina creaturae, uel ut non solum se culpandam ex alterius quoque transgressione praetenderet sed lapsum suum in creatoris referret opificium, cuius et aliud opus constare ueluti minime potuisset), ineffabili circumuentae pietate consuleret, utramque uero creaturam recte conditam hac ratione monstraret, quia et degeneres angeli per sanctorum angelorum beatitudinem confutantur — quod isdem modis, quibus illi (hoc est debitae pietatis officio 31 creatoremque suum debita praedicatione laudando) per dignationis eius augmenta profectumque reuerentiae conpetentis participationem boni parentis stabilitatemque perpetuam sempiternae gloriae sunt adepti, sic isti quoque, si eodem tenore niterentur, ad similem beatitudinem uenire potuissent, nisi desides a sui laude factoris et conpetentem reuerentiam non

1 constare *V*, *corr. Thiel* qua *scripsi*: quę *V*, in qua *Thiel* 3 sufficere *scripsi* (*cf. p. 414, 4*): subicere *V*, subiacere *Car.* 7 racionationis *V*, *corr.* ο 9 reccidit *V* fonte *supra linea V* 13 tramite *V*, *corr.* ο 14 et *om.* α 17 uelut *Car.* 18 solam *Thiel*, se <non> culpandum *eodem teste Coust.* 24 hisdem *V* deuitae *V*, *corr. Car.*: deuotae ρ[2]

sequentes ab eius retracti participationis affectu propriae nequiuissent incrementa perfectionemque sumere dignitatis, dum suae institutionis claritate detenti ulterius se nihil egere ac sibi se sufficere posse praesumunt, perque se ipsos optinere fidentes, quicquid per solam gratiam potuissent conditoris adipisci, quod in suae prorsus conditione mutabilitatis habere
32 non poterant —; homo quoque de se ipso manifestis indiciis reuincatur in tantum rite factus, ut qui per diuinam gratiam potest surgere post ruinam, multo amplius potuisse doceatur, si eandem gratiam deuota mente sequeretur, integer permanere, quantumque gratia ista praeualeat, magis inde cognosci, dum et incolumis absque eadem stare nequiuerit et ualeat ad
33 eandem incolumitatem redire post lapsum. bonus ergo artifex deus, qui sempiternum et summum semper habet esse, quod bonus est, atque ideo nec umquam crescendi gerit amplius appetitum, quia nihil est super id, quod sempiternum bonum semper et summum est, nec ulla potest inclinatione diminui de hoc ipso, quod summum bonum sempiternumque consentit. unde etiam non per rapinam in forma dei dictus est constitutus, qui hoc habebat utique per naturam, sicut ille spiritus, qui quod erat nec sempiternum habebat omnino nec summum, per rapinam maluit occupare quam per auctoris gratiam perpetem consequi dignitatem, a quo sumpserat angelicae substantiam claritatis, quemadmodum beati angeli in diuina gratia permanentes consecuti sunt sempiternae beatitudinis firmitatem. prauus autem spiritus nec illud potuit obtinere, quod nisus est inconpetenter inuadere, et tenorem suae conditionis excedens in hoc etiam non potuit perseuerare,
34 quod factus est. auctor ergo bonus, ut bonum se opus condidisse firmaret, si in eadem sui conditione persisteret,

19 cf. Philipp. 2, 6

3 se nihil egere o^{2}: senibus legere *V* 4 perquę *V* 12 *sq.* ad eandem ad incol. *V*, *posterius* ad *del.* o 17 sumum *V* 18 sempiternum quę *V* 19 consentitur *Hartel; fort.* consistit *ante* etiā *in codice a man. 1 subducta linea del.* et oīa, *quod per errorem scripserat pro* etiā; *Thielius linea illa non animaduersa coniecit* et dominus etiam

inferioris creaturae suae miseratus offensam, quod spiritalis substantia, quae et sui et alterius processerat ipsa deceptrix, atque in sua nequitia perseuerans omnino consequi digna non fuerat, terrenae conditionis et per fraudem deceptae substantiae naturam pariter clementer suscepit et causam sicque, ut nunc breuiter explicemus, conpetenti lapsam dispensatione reparare proponens, ut in se ipso haec eadem natura, quae per inoboedientiam mortis <erat>, rediret ad uitam: solus ipse peccati nescius in substantia, quam post peccatum restaurandam potenti benignitate susceperat, ut indebitam mortem, quam sine peccato utique non debebat, pro his, qui <per> peccatum debitores mortis extiterant, imputaret simulque diabolum hominis deceptorem, qui consentientem sibi subditum per diuinam tenebat iure sententiam, per iustitiam nihil ei reddere iam debentem * * et cum occidisset eum, in quem sine peccato licentiam non habebat, merito ei uice mutua subiugaretur addictus, quique se humanae substantiae utpote captiuae suae dominum deumque iactabat, huic et iusto pariter et deo uero mutuo subderetur. intererat enim 36
aequitatis inmensae, ut non abrupte diuina potentia diabolus sed ipsius hominis etiam, quem se prostrauisse iactabat, iustitia uinceretur. quibus non satis habuit reparator excelsus, ut ipse tantummodo in ea natura, quam sumpserat, gereret de hoste humani generis hunc triumphum (quid enim praestaretur uniuersae nostrae creaturae, si uictor diaboli solus Christus existeret?): tribuit ergo fidelibus suis dignanter inmensa pietate consortium, tribuit per gratiam suam fidemque

2 substantia *ex* substantiā *corr. V* 3 atque *delendum uidetur* non *supra linea V* 6 dispensatione *ex* dispensationē *V* 7 proposuit *Coust.* 8 mortis <erat> *scripsi*: mortis *V*, mortua erat *Coust.*, mortua *Thiel* 9 peccat in se scius *V*, *corr. Thiel* 10 susceperat <apparuit> *Thiel* 12 per *add. Car.*, ob ρ^2 14 iustitiam <spoliaret> *Coust*: *ego certa medela non suppetente satis habeo post* debentem *indicasse lacunam, qua praeter uerbum aliquod uelut* uinceret (*sic Thielius*) *fortasse etiam alia exciderunt* 15 et *V*: ut *Coust.* 17 addictus *o*: adlictus *V* 20 abruptę *V* 25 naturae *temere Thielius*

conlatam, ut hominum milia ineffabilis conpendio sacramenti
participatum eius adquirerent renouataeque in suo saluatore
naturae facti consimiles ipsi quoque fierent deceptoris sui
37 mutata sorte uictores. itaque contra superbum spiritum per-
manentem hac est prouisum curatione saluandis, ut conpeten-
tibus modis ad suae conditionis integritatem proficerent
dignitatemque caelestem, quatenus elationis exitialis affectum,
qui non solum humanam sed ipsam quoque, sicut dictum est,
angelicam prostrauerat ante naturam, humanitate necessaria
medicinaliter declinaret ad integritatem reparandam; quippe
post lapsum carere debuit illo malo, quo integra perstare
38 nequiuerat. oportebat autem, ut ipsa quoque rationabilis
humana creatura, quod propria uoluntate perdiderat, etiam
secundum dei gratiam propria reciperet uoluntate et, quae
sine merito curabatur, tribueretur ei, ut etiam hoc sequeretur
ex merito. propterea maluit singularis ille saluator perfici
potius in infirmitate uirtutem quam prorsus sine
infirmitate uel de se confidentem uel auctoris neglegentem
39 fieri humanam substantiam sine infirmitate securam. hinc
est igitur, quod beatus Paulus, qui et ruinam conditionis
humanae et restaurationem ceteris copiosius intimauit, etiam
de se ipso clamat: ne magnitudo reuelationum extol-
lat me, datus est mihi stimulus carnis meae,
angelus satanae, qui me colafizet. propter quod
ter dominum rogaui, ut discederet a me, et dixit
mihi 'sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in
infirmitate perficitur'. libenter igitur gloriabor
in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus
Christi, et item ipse: uanitati enim creatura subiecta
40 est: adhuc utique uanitati, quantum adhuc mundanis sensibus
implicatur corruptibilique conditione deprimitur; illa utique

16 Cor. II 12, 9 22 ibid. 12, 7—9 29 Rom. 8, 20

1 conpedio *V* 5 hac p^2: hęc *V*, hoc o *Car.* 9 humilitate p^2 *Coust.*, *fort. recte* 14 propriam rec. uoluntatem *V*, *corr. Thiel* 15 hoc *V*: haec *Car.* 17 uirtutem *ex* uirtutum *V* 24 sathanę *V*

creatura, de qua idem dicit alibi: si qua igitur noua creatura, uetera transierunt; ecce facta sunt omnia noua, et de qua idem alibi dicit: ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo, in operibus bonis, itemque ipse de eadem: in Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid ualet neque praeputium sed noua creatura: haec utique creatura, qua in Christo refecti sumus, non qua ab initio facti sumus. de qua etiam 41 beatus Iacobus apostolus sic ait: uoluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initium aliquod creaturae eius, non illius creaturae, quae in Adam condita est, sed quae patris luminum, a quo est omne datum optimum et donum perfectum, uoluntate genita uerbo ueritatis initium sumpsit in Christo et hoc ipsum ideo, ne in quibuscumque suis bonis fideret humana substantia sed, quicquid recti in se esse cognosceret, desursum descendens esse perpenderet ab illa incommutabili et sine uicissitudinis obumbratione luce semper inmensa, per quam sibi mutabili et uicissitudinum obumbratione fuscatae luminis ueri munus sentiret impendi. haec igitur est illa 42 creatura, quae spiritaliter uiuens non uolens sustinet mortalis infestationis affectus, contra quos indesinenter pugnans mallet non habere, quos uinceret, quam cum infesto iugiter hoste confligere. non uolens ergo subiacet in tantum uanis desideriis in quantum sine dubitatione perituris (unde dicit apostolus: caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, ut non, quae uultis, illa faciatis), sed propter eum, inquit, qui subiecit in spe, ut nemo in hac scilicet uita rursus de plena felicitate sit arrogans, ac ne rursus forsitan desperatione succum-

1 Cor. II 5, 17 3 Eph. 2, 10 5 Gal. 6, 15 9 Iac. 1, 18 12 sqq. cf. ibid. 17 21 Rom. 8, 20 24 et 28 Rom. 8, 20 26 Gal. 5, 17

8 non quia *V*, *corr.* ρ^2 17 incomutabili *V* 20 inpendi *ex* inpendit *V* 23 uincere *V*, *corr.* o 29 plana *V*, *corr.* o

beret. sic eam subiecit his molestiis perferendis, ut tamen
43 spe consoletur erecta. haec est igitur sine ambiguo creatura,
de qua ait: quia et ipsa creatura liberabitur a
seruitute corruptionis in libertatem gloriae fili-
orum dei. patefecit, de qua creatura uellet intellegi, in
libertatem inquiens filiorum dei: quae in hoc mundo
ex ea parte nunc seruit, qua uitiis infestatur humanis, tunc
ad libertatem filiorum dei perfecta securitate uentura, cum
corruptibile hoc induerit incorruptionem et mor-
tale hoc induerit inmortalitatem, ut fiat sermo,
qui scriptus est 'absorpta est mors in uictoria.
ubi est, mors, stimulus tuus?' stimulus autem
mortis peccatum est, uirtus uero peccati lex. deo
autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per
44 dominum nostrum Iesum Christum. quapropter beatus
apostolus manifestius uolens et de qua creatura ageret, et de
qua eius seruitute quaue libertate dissereret, utpote per quem
Christus loquebatur, ostendere adhuc inculcat et dicit:
scimus enim, quod omnis creatura ingemescit et
parturit: non nisi rationabilis creatura est et illa rationabilis,
quae quid ingemescat quidue parturiat, iam renata cognoscit
et infirmitatem suam deflens promissionem perpetuae tran-
45 quillitatis expectat. quod doctor egregius quousque perducat,
diligentius intuendum est. non solum inquiens illa (hoc
est creatura populi Christiani) sed nos ipsi primitias
spiritus habentes (ipsi utique apostoli, ipsi ecclesiae
principes et parentes, qui primordialiter sancti spiritus dona
sumpserunt, quae ecclesiasticis ministrarent spiritaliter in-
crementis; ubi sine controuersia semet ipsos quoque in una
eademque quamuis maiore gratia praeditos — unde et ait

3 Rom. 8, 21 8 Cor. I 15, 53—57 9 Rom. 8, 22 24 sqq. Rom. 8, 23

1 sic *supr. lin. add. V man. 1* 4 libertate *V, corr. Car.* 11 absorta *V* 12 mors ⟨uictoria tua? ubi est mors⟩ *Car. secundum Vulgatam, sed cf. infra p. 419, 17* 28 ecclesiasticiis *V*

primitias spiritus habentes quasi primates gratiae dei — in una tamen eademque se cunctamque ecclesiam generali conditione constituit) — sed etiam nosmet ipsi dicens primitias spiritus habentes intra nos gemimus aperuit, quorum ille gemitus, quem supra dixerat, esse noscatur, et, quid gemeret, euidenter exposuit: adoptionem expectantes. certe iam sacramento regenerationis pignus 46
adoptionis accepit: quae est ergo ista adoptio, quae post adoptionem initam sustinetur, quaeue redemptio corporis nostri, quae uentura proponitur? ergo non accepisti, quae expectare te dicis? 'accepi', inquit, 'sed mysteriis sum renouatus initiatusque caelestibus, quibus superstes et in hac adhuc mortalitate consistens, quae sua sunt, in me conpetenter operantibus ad eorum plenitudinem perfectionemque ualeam atque hic pugnantium ibi sit consummata uictoria, ubi dicendum est: absorpta est mors in uictoria. ubi est, mors, stimulus tuus? nunc autem spe salui facti sumus; spes autem quae uidetur, non est spes; nam quod uidet quis, quid sperat? si autem quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus.' satis clara luce patefecit, qui sit status in hac uita 47
fidelium, quid in fide teneant, quid in spe sustineant, quid tota caritate desiderent. quod totum incunctanter ideo fit, sicut quidam magister ecclesiae sapienter edocuit dicens: ad magnam enim utilitatem fidelium materia est seruata certaminum, ut non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas, quo scilicet sua saltem fragilitate commonita post ruinam non in se fidat nostra conditio sed ad illius incessabiliter recurrat misericordiam reformanda, cuius gratiam non quaerendo nec in paradisi potuit intemerata

16 Cor. I 15, 54 sq. 17 Rom. 8, 24 sq. 24 Anonym. De uocatione omnium gentium I 8 (= Leonis opp. edd. Baller. II 177)

9 adoptionum *Car.* initam *Hartel:* initia *V Car.* 15 consumata *V* 16 absorta *V* 26 reseruata *editiones citati opusculi*

felicitate constare, discatque sine tali praesidio inde lapsam,
per quod instruitur post aerumnas ad gaudia redire perpetua,
multoque se magis incolumem hoc subsidio durare potuisse,
quo non solum ad creationis suae reducitur institutum sed
48 ad caeleste praeparatur habitaculum. huic autem disputationi
nullatenus aestimetur esse contrarium, quod in epistola sua
beatus Iohannes apostolus et euangelista disseruit: quia qui
natus est ex deo, non peccat, ut ex hoc uidelicet, qui
regenerati sunt, non peccare credantur. quod utique si eo
sensu, sicut quidam non recte iudicantes arbitrantur, uir magni-
ficus ille promisisset, uniuersaliter utique, quisque renatus
49 esset, iam peccare non posset. deinde contra hunc eundem
apostolum sentire conuincitur, si quis hoc eum definisse
praetendit. idem quippe dicit alibi: si diximus, quia
peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et
ueritas in nobis non est. et iterum: si dixerimus,
quia non peccauimus, mendacem faciemus eum et
uerbum eius non erit in nobis. et utique hoc tantus et
talis dicebat apostolus, cuius si quis potiorem se meritis
aestimare contendit, ipse uideat caueatque, ne incidat morti-
ferae praecipitationis abruptum. certe enim ipse, qui haec
dicebat, ex deo utique natus erat et tamen docebat atque
praedicabat dicens: si dixerimus quia peccatum non
habemus nos ipsos seducimus et cetera, quae superius
50 conprehensa sunt. sed qualiter peccare non possit, qui ex
deo nascitur, ipse potius uir deo plenus exponat. si
dixerimus inquit, quia non peccauimus, mendacem
faciemus eum; quod si confessi fuerimus delicta
nostra, fidelis est et iustus, qui dimittat nobis
peccata et mundet nos ab omni iniquitate. patefecit,
quomodo, qui ex deo nascitur, peccare non possit, ut scilicet

7 Ioh. I 5, 18 14 et 23 ibid. 1, 8 16 ibid. 1, 10 26 ibid. 1, 10 et 9

1 discat quę *V* 4 ad o: a *V* 11 prompsisset o quisquis o[2] 20 <in> mortiferae *Binius*

unusquisque fidelium, postquam ex deo natus est, sicut se non habere peccatum pronuntiare non debet, sic, quod admittendo contraxerit, confitenti relaxatione submotum peccatum inesse non possit, sicut ipse etiam secutus adiunxit: haec scribo uobis, ut non peccetis; sed si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem iustum et ipse est propitiatio peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum sed totius mundi. quod breuiter indicatum prudens lector per totum scripturarum corpus copiosis poterit testificationibus inuenire et manifestius adprobare sic temperatum nostrae salutis antidotum, ut omni proteruitate deposita qui gloriatur non in se sed in domino glorietur.

Etiam illud praeterea diligentius intuendum est, quod 51
quosdam mouere perspeximus, id est quod ait apostolus, cum coniugibus fidelibus infidelibusque loqueretur, sanctificari scilicet siue uirum siue mulierem infidelem per cuiuslibet sexus fidele consortium. et inprimis non inconuenienter 52
occurrit, quod dictum est de foedere coniugali: erunt duo in carne una, per quod possit consequenter intellegi, ut quoniam cuiuslibet coniugis fidelis corpus templum est dei et regeneratione purgatum diuinique sanctificatum per purificationem mysterii, secundum quendam modum per coniugalis unitatem carnis etiam coniugis infidelis sanctificatio corpus attingat longeque distet ista societas ab illo consortio, quod in utrisque coniugibus idolis mancipatum est et inmundi spiritus habitatione pollutum, dum in illo genere nuptiarum per legem foedusque coniugii ad alterum tametsi nescientem forsitan nec uolentem diuina benedictio per <fidem> alterius unitae sibi carnis accedit, in isto uero et principalis illa

4 Ioh. I 2, 1 sq. 11 Cor. I 1, 31 16 cf. ibid. 7, 14 18 Gen. 2, 24, unde saepius adferuntur in Nouo Testamento

14 id̄ (*qua ligatura, is qui hanc partem codicis scripsit, semper ita utitur, ut exprimat* id est *cf. Proleg. cap. I*) *V:* id *o*, idem *Thiel* 21 purificatione *V*, *corr. o* 28 fidem *inserui: quae tradita sunt Thielius ita explicanda putat, ut ex eis quae praecedunt, subaudiatur* benedictionem

fornicatio, qua anima alienatur a deo, et spiritus praui contagium tam reddat utrum<que> coniugem detestanda coninquinatione maculatum, quam ab illa fide, quae corda purificat,
53 summae diuinitatis externus. deinde non inrationabiliter, quantum arbitror, et illud concurrit, ut oratione fidelis cuiusque coniugis etiam infideli misericordia quantacumque praestetur, uel ipsa certe, quae ad salutem pertineat temporalem. in qua misericordia non parum diuinae pietatis adquirit et per hoc secundum quendam modum particeps diuinae dignationis effectus edicitur. si enim cibos, qui per legem sacram describuntur inmundi, per uerbum dei sanctificari testatur apostolus (unde etiam illud est: quod deus mundauit, tu commune ne dixeris), non erit absurdum nec inconueniens, quod per fidelis coniugis precem, quam fieri pro ipsa certum est affectione coniugii, aliquid etiam infidelis coniux sanctificationis per misericordiam diuinam, quam fidelis coniugis implorat supplicatio, consequatur longeque differat, sicut dictum est, ab illo conubio, in quo utrique coniuges a uerae diuinitatis puritate sunt exteri et uisitatione submoti sed inmundos utrique spiritus inuocantes pari inmunditia sunt
54 referti. nam si comparatione leuium uel grauium peccatorum iustificatus dicitur ab eo, qui maioribus est uitiis inuolutus, ille quem minor reatus inuoluit (sicut dicitur ad Hierusalem, quae tunc criminum et praeuaricationum inmanitate feruebat: iustificasti sororem tuam Sodomam): quanto magis iustificatio uel sanctificatio etsi non plena atque perfecta, secundum tamen quendam modum conpetenter accipitur, ubi non solum a fide coniuge minus peccatur sed ab eo etiam

11 cf. Tim. I 4, 5 12 Act. 11, 9 25 cf. Ezech. 16, 46—51.

2 *fort.* reddit utrum *V*, *corr.* ρ^2 4 externus *V*: '*aut* externum *legendum aut supplendum* est' *Thiel* 10 affectus *V*, *corr.* ρ^2 12 comune *V* 14 fideles coniuges *V*, *corr.* ρ^2 16 quam ρ^2: quę *V* 19 uisitatione (?) *Thiel*: uisitarie *V*, uoluntarie *Mansi* 20 inmundo utrisque *V*, *corr.* ρ 23 hirłm *V* 28 fideli ρ: fide *V*

coniugi peccatori remedium summae diuinitatis exposcitur,
quam ubi a coniugibus utrisque peccatur? nam secundum 55
quendam modum hanc sanctificationem per fidelem coniugem
etiam infideli coniugi peruenire haec ipsa uerba testantur
apostoli, siquidem non iam <in>fidelem coniugem legitimam
sanctificationem sumpsisse confirmat, quia per fidelem coniugem
quippiam sanctificationis adquirat; denique, qua sit conditione
censendus, secutus adiunxit: nam si infidelis <discedit>
discedat, non iam inde tamquam fidelem suscipi designans,
quia per haec, quae dicta <sunt>, aliquid ad eum peruenit,
fidelis coniugis siue consortium seu precem, diuinae sancti-
ficationis et gratiae; sed nisi ipse quoque fidelis existat, pro
infideli sit procul dubio iudicandus. est etiam ille modus 56
infideli coniugi sanctificationis impertiendae per coniugem iam
fidelem, si huic exhortationem conuersionis ad deum et
credulitatem summae diuinitatis insinuet, maiestatem uirtutem-
que eius inculcet et per affectum coniugii eum facilius informet
et inclinet ad fidem, adstruens, quae sit spes in unum deum
credentibus uel in huius uitae cursu, uel post eius transitum
quae requies sit futura. haec cum per fiduciam coniugii sanctis
uerbis cor eius adsidua uoce pulsando coniux fidelis frequenter
insinuat, diuinae sanctificationis eidem, et menti eius et corpori,
propinat effectum, sicut ait beatus Petrus apostolus: similiter
mulieres subditae sint uiris, ut, si qui non credunt
uerbo, per mulierum conuersationem sine uerbo
lucrifiant considerantes in timore castam conuersati-
onem uestram. quam si per familiaritatem suscipiat coniu- 57

8 Cor. I 7, 15 23 Petr. I 3, 1 sq.

1 coniuge peccatore *V*, *corr.* ρ^2 4 coniugii *V*, *corr. Car.* peruenire *Car.:* p̄uenire *V*, prouenire ρ^2 5 infidelem *Car.:* fidelem *V* 8 discedit ***inserui secundum Vulgatam*** 10 sunt *add. Car.* 11 fidelis ρ^2: fidelibus *V* ***uerbis*** fidelis coniugis . . precem *adcuratius explicantur ea* ***quae praecedunt*** quae dicta <sunt> 15 exortationem *V* 25 conuersatione *V*, *corr.* o

galem et dei gratiam sibi per affectum coniugii ministratam non in uacuum recipiat et refutet, fit sanctificatio per fidelem coniugem coniugis infidelis, dum hisce modis ex infidelitate in consortium sanctificationis adtrahitur; alioquin si oblatam sibi gratiam nec per affectum suscipit coniugalem ⟨recipiens⟩que in uacuum tam diuinae dignationis quam etiam humanae singularis affectionis oblitus aestimat abnuendam atque ob hoc ipsam quoque coniugis affectionem nititur abiurare et ab ipsius pii consortii lege discedere, digne permittitur eidem licentia discedendi, quia non est illo coniugio dignus, quo se ipse iudicauit indignum, patienterque ferat fidelis coniux illo se caruisse coniugio, quod fornicatur a deo, cui idem coniux fidelis inhaerendo principalem dei retinet castitatem itaque et adultero caret et eo, qui respuit una ueraciter fieri caro cum coniuge iam fideli, nec aestimet fuisse legitimum, quod diuina sibi despexerit lege coniungi, ac potius libenter accipiat eum, qui anima separatus a deo est, a se quoque corpore fuisse
58 diuisum. secundum hunc igitur modum etiam de talium filiis accipiendum est. quod illic consequenter adseritur, ubi ait apostolus, quod, nisi haec sanctificatio inter huiusmodi coniuges proueniret, filii eorum inmundi essent, nunc autem sancti sunt. sancti sunt enim secundum quendam modum in comparatione illorum, qui ex utrisque parentibus inmunditiae diabolicae mancipatis contaminatisque nascuntur. isti enim ex ea parte, qua de sancta carne fidelis parentis et templo dei et deum unum in suo corde gestantis exorti sunt, ⟨non⟩nihil diuinae benedictionis hauserunt: in qua utique benedictione sanctitas continetur, cuius dignatione perstricti sancti non

21 Cor. I 7, 14

1 coniugiis *V*, *corr. Car.*: coniugis ρ^2 2 fit α^4: sit *V* 5 ⟨recipiens⟩que *scripsi*, *cf. p. 401, 20 et p. 424, 2*: que *V*, ⟨eam⟩que ρ^2, ⟨at⟩que *Coust.*, quam *Thiel* 9 promittitur *V*, *corr.* o 16 coniugi *V*, *correxi:* coniugii α, *unde* diuini .. coniugii *Thiel* 17 est ⟨et⟩ a *Car.* 19 illi *V*, *corr.* ρ^2 26 non *add.* ρ^2 27 auxerunt *V*, *corr.* ρ^2 28 perstrincti *V*, *corr.* α

inmerito nuncupantur. per hanc quidem et gratiam sancti- 59
ficationis adsumunt et, ut ad eam sicut conpetit perueniant
consequendam, iam eius per parentem fidelem rudimenta
percipiunt et odorem sanctae notionis agnoscunt. precibus
Christiani parentis, quibus eis sine ambiguo imploratur
diuina misericordia, utique sanctificatio iam praebetur et
plerumque fidelis studio parentis uel ad uenerabilia loca
paruuli deferuntur uel etiam nescientibus renatis fonte baptis-
matis sanctificatio plena confertur aut, ubi iam capaces rati-
onis extiterint, adhortatione et insinuatione pii parentis inge-
ritur. quae omnia sanctificationis instrumenta esse manifestum 60
est, quibus aut ad eius ueniant firmitatem aut, si ista
despiciunt, semet ipsos sanctificatione dispolient et gratiam dei,
quae his per affectum parentis ingeritur, euidenter euacuant
atque ita de sanctis, id est de eruditionibus sanctitatis, abscisi
in non sanctorum consortia profana rediguntur. de quibus
nihilominus sic dicatur, quomodo de parentibus eorum infide-
libus praeceptum: si infidelis uult is discedere, discedat.
numquidnam haec genera sanctitatis uel sanctificationis de 61
utroque profano parente progenitis filiis intimantur? ecce, quid
interest inter sobolem ex illo uel isto coniugio procreatam;
ecce, quemadmodum isti familiares et propinqui sunt sancti-
ficatis atque ideo non inmerito sancti sunt editi, et quibus
diuina misericordia consequenter eius precibus imploratur
quique cum sanctis educationibus inbuuntur et sacrae religionis
initiantur affectu; ad cuius si peruenerint firmitatem, illius
per sacramentum sanctificationis plenitudinem consecuntur,
cuius per fidelem parentem etiam ante sacramentum rudimenta

18 Cor. I 7, 15

1 nunccupantur *V* quidam *V*, *correxi* et gratiam *Hartel:* etiam *V Car.* sanctificationem *Car.* 10 adoratione *V*, *corr.* o adhortatio et insinuatio *Car.* 12 ueniunt . . dispoliant *Thiel* 15 id (= id est) *V:* uel o 18 uult is *Car.:* uultis *V*, uult *Thiel* 22 sancti-ficati *Car.*, sanctificationi *Const.* 24 eius] *scil.* parentis fidelis 26 in-firmitatem *V*, *corr.* p^2

sumpserunt, per quae rudimenta iam sancti, qui sancta
62 institutione praeparabantur, non incongrue sunt uocati. numquid autem, quia dictum est sanctificari infidelem coniugem per fidelem, ita dictum est, ut iam propriae credulitatis sanctificatione non egeat, ac non magis ideo, quia per illam familiaritatem fidelis coniugis percipiendae sanctificationi proximus sit et propinquus effectus? nam si iam sanctificatus diceretur, ut sanctificatione penitus non egeret, non de eodem in consequentibus diceretur: infidelis si uult discedere,
63 discedat. sic ergo et filii eorum nuncupati sunt sancti, quia per sancti parentis affectum capiendae sint proximi sanctitati, non quod iam ipsi propria sanctificatione non egeant, quae utique, sicut nullus Christianus addubitat, sine regenerationis sacrae mysterio nec sumitur nec habetur, sicut et parens eorum infidelis sic sanctificatus dicitur per fidelem, ut tamen, ingestae sibi per fide<le>m coniugem sanctificationis <si> ipse legitimum non suscepit effectum, infidelis fuerit nuncupatus.
64 sicut ergo eum, quem per fidelem coniugem sanctificatum dixit, postea nuncupat infidelem, quia proprie ipse uel ipsa non credidit, sic et filii, qui per fidelem parentem eo modo sanctificati, quo coniux, sancti appellati sunt, nisì ipsi quoque proprie credant, infideles consequenter existunt. satis enim apparet secundum quendam modum sanctificationem hanc coniugis appellatam, qui postea infidelis adseritur: sic ergo
65 et de filiis intellegendum est. numquid igitur, quod saepe repetendum est, soboles profanorum huiuscemodi sanctitatis aliqua cuiuslibet parentis portione contingitur uel aliquibus huiusmodi disciplinis precibus adhortationibus cuiuspiam

9 Cor. I 7, 15

5 illa *V*, *corr.* ρ 10 nunecupati *V* 11 sanctitatis *V*, *corr.* ρ² 15 ut <si> tamen *Thiel* 16 fidem *V*, *corr.* ρ² si *addidi* 17 nunccupatus *V* 19 nuncеupat *V* proprię ipsae *V*, *corr.* α 20 sic ρ²: sicut *V* 23 quendam ρ²: quem ad *V* 27 contigitur *V*, *corr.* ρ: contegitur *Car.*

participationem uel notitiam uel auditum uel eruditionem
sanctitatis adsumit, quae sub inmundorum spirituum domina-
tione consistens et diabolicis praeuaricationibus et contagiis
mancipata hoc modo semper inmunda est, quo parentes,
quamdiu in eadem peruersitate consistit? plerumque autem 66
et per anticipationem, quod <in> scripturae sanctae textu
frequentius inuenitur, iam esse dicitur, quod futurum est,
sicut in euangelio legimus: quia Iesus moriturus erat
pro gente et non tantum pro gente, sed ut filios dei,
qui erant dispersi, congregaret in unum: filios dei certe
iam nuncupans, qui adhuc essent diffusa gratiae uocatione per
mundum sacris innouandi mysteriis in dei filios adoptandi;
uel, cum dicitur: beati qui non uiderunt et crediderunt,
iam beati appellati sunt, qui adhuc tunc futuri fuerant beati,
cum essent, quae non uiderant, credituri; sicut et plerumque
pro faciendis iam facta referuntur, ut: foderunt manus
meas et pedes meos. item tamquam pro faciendo definitur, 67
quod non sit causa qualibet interueniente faciendum, sicut
beatus apostolus pro deuotione praedicationis iniunctae ad
Spanias se profitetur iturum, quod tamen certa dispensatione
deitatis, quod fieret, non prouenit. alter, cum appellatur
aliquid esse, [quod] hoc ipsum esse cessauit uel cessaturus
est hoc ipsum esse, quod dicitur, ut Iudas apostolus, qui
praeuaricando, quod est appellatus, amisit; sicut idem et
discipulus dictus est, cum quidem nec Christi discipulus esset
sed potius diaboli, sicut de eo dictum est: unus ex uobis
diabolus est, quod diaboli esset operarius: dictus est tamen
discipulus, etiam cum nec uerus esset et cessaturus hoc dici.

8 Ioh. 11, 51 sq. 13 Ioh. 20, 29 16 Psalm. 21, 17 20 Rom. 15, 24 25 exempli gratia Ioh. 12, 4 26 Ioh. 6, 71

2 quae *scripsi:* quē *V*, quae est o^2 *post* mancipata *plene interpungens* 6 in *add. Binius* 10 congregarent *V, corr.* ρ 11 nunccupans *V* gratia euocatione *V, correxi:* gratiae euocatione *Car.* 17 pro faciendo α^4 ρ^2: proficiendo *V*, profitendo o^2 20 Hispanias o 21 alter cum *V:* aliter cum *Thiel*, interdum ρ^2 22 quod *eieci* cessaturum ρ

68 est et ille modus, quod saepe uelut generaliter et absolute
dicitur, cum tamen ad omnes generaliter ⟨non⟩ pertinere
manifestum est, ut cum dicitur Abrahae: in semine tuo
benedicentur omnes gentes, omnes quidem gentes bene-
dicentur nec erit ulla natio sub caelo, cui non praedicetur
euangelium, et tunc ueniet finis, sed ipsae gentes non ex
integro omnes benedicentur, quia non omnium est fides; uel
sicuti est: omnis lingua confiteatur deo. cui locutioni
sensus ille conectitur, cum ex parte totum saepius nuncupatur,
sicut et tunc homo Iuda, cum totam gentem procul dubio
69 nominaret. sic et illi filii sancti uideri possunt uocati, quia
multi uel plurimi ex his per ea, quae dicta sunt, mysteriis
imbuti caelestibus sancti efficientur, et merito iam esse dicti
sunt, quod futuri sunt, uel ex ea portione, qua per religiosum
parentem erant participes sanctitatis, tamquam iam ex integro
id essent, sancti sunt nuncupati, uel, quia ex talibus filiis
multi futuri essent plenae sanctificationis heredes, iam et isti
ex eo, quod futuri fuerant, nuncupati sunt, et, licet hoc essent
plurimi forsitan non futuri, a parte sanctorum toti sancti
generaliter sunt uocati.

70 De resurrectionis uero qualitate uel de ea, quae post resurrectionem species sit futura, audiamus apostolum praedicantem, ubi ait: sed dicet aliquis: quomodo resurgent mortui? quali autem corpore uenient? et humanae mentis diffidentiam redarguens, eam merito stultam, quae deo quicquam iudicaret impossibile, nuncupando, conpetenter ex rerum etiam uisibilium et † humanis conuersationibus usitatam simili-

3 Gen. 22, 18 6 cf. Matth. 24, 14 8 Rom. 14, 11 23 sqq. Cor. I 15, 35—38

2 non *add.* o^2 3 ḥabrahę *V* 6 ueniat *V, correxi* ipse *V* 9 nunccupatur *V* 10 tunc *cod. Angelic.:* nunc *V* 11 filii *scripsi:* fideli *V*, fideles *o* 16 *et* 18 nunccupati *V* 18 sint *V, corr. a* 19 non *Thiel:* nunc *V* 25 eam *scripsi:* quam *V, quo seruato* 26 nuncupat *Thiel* 27 *fort.* et humanis conuersationibus usitatarum ⟨multitudine⟩ similitudinem; et *delendum suadet Hartel*

tudinem conparationemque magnificam praeclarus doctor inducit
dicens: insipiens (qui deo haec impossibilia aestimas uel
ambigis esse facienda) tu, quod seminas <non> uiuificatur,
nisi prius moriatur. quam similitudinem ad resurrectionem 71
corporis post mortem futuram conuenienter aptauit. deinde
quod secutus adiecit: et quod seminas, non corpus, quod
futurum est, seminas sed nudum granum ut puta
tritici et ceterorum; deus autem dat illi corpus prout
uoluit, ad qualitatem iam et speciem, quae post resurrecti-
onem futura est, genus conparationis adhibere curauit. prout
uoluit inquit: quid adhuc quaeris? prout uoluerit deus, sic
dabit unicuique corpus ineffabili potentia suscitatum. sed 72
forsitan arbitreris ideo magis significari non unicuique suum
reformandum proprie corpus, cum adstruatur prout deus
uoluerit esse reparandum. diligenter ergo sensum plenius haec
tractantis intende, si scire conaris, cuiusmodi corpus unicui-
que sit deus hoc ipsum prout uoluerit redditurus, et tamquam
tibi iam tunc ad ista respondentis apostoli uerba perpende.
nosse desideras, quale resuscitatis hominibus corpus prout
deus uoluerit sit daturus: agnosce prudenter: et unicuique
seminum proprium corpus, quod utique non sine causa
uir deo plenus adnectit, nisi ut futuras hominum huiusmodi
dubitationes expelleret. audi, inquam, quod sapienter adiecit,
et ex similitudine rem ipsam, cui comparatur, agnosce. et 73
unicuique inquit seminum proprium corpus: si in
similitudine proprium corpus, ergo et in re, cuius similitudo
est, proprium corpus certum est esse reddendum; semina
enim ista sine controuersia hominibus comparauit, de quorum
utique morte et resurrectione loquebatur, atque ideo singula
singulis conferens, quantum ad uiuificanda post mortem corpora
pertineret, de grani non prius uiuificati quam mortui compara-

3 non *addidi secundum Vulgatam; uulgo post* moriatur *ponebant signum interrogationis* 4 simultitudinem *V, corr.* α 9 specie *V, corr.* o^2 19 nosce *V, corr.* ρ 24 similitudinē *V, corr.* o 29 singula *Car.:* singulas *V* 30 morte *V, corr.* o

74 tione singulari mirabiliter explicauit. dehinc quali post
resurrectionem corpore censeretur esse quisque uenturus, id
est, utrum hac conditione, quam moriendo gestauerat, an
longe meliore, nihilominus illa similitudine patefecit, qua
secutus exposuit: et tu quod seminas, nudum granum
seminas, ut puta tritici aut alicuius ceterorum, et
deus dat illi corpus prout uult. in hac ergo forma corpus
deum dare decentius quam obierat euidenter expressit, sicut
in subsequentibus dicitur: seminatur in corruptione,
surgit in incorruptione; seminatur in ignobilitate,
surgit in gloria; seminatur in infirmitate, surgit in
uirtute; seminatur corpus animale, surgit corpus
75 spiritale. ecce quemadmodum hominis morientis non hoc
seminatur, quod corpus est post futurum; ecce prout uult
deus intellegitur resurrecturis corpus reformare post mor-
tem, cum inaestimabili suae misericordiae uoluntate, quod
fuerat in corruptione seminatum, incorruptibili nobilitate
restaurat; quod fuerat terrenae conditionis in ignobilitate
sopitum, in gloria caelesti resuscitat; quod fuerat mortalitatis
infirmitate resolutum, redintegrat inmortalitatis decore uestitum;
postremo, quod fuerat animale defunctum, corpus spiritale
76 restituit et reformat. quae cuncta ad statum meliorationis
sublimationisque respiciunt; illa uero, quae restat, pars
conparationis adnexae specialiter ad proprietatem corporis
unicuique rethibendam pertinere firmatur, qua consequenter
dicitur: et unicuique seminum proprium corpus, ubi
satis apparet in quauis resurgentium claritate proprietatem
77 corporis esse mansuram. nec otiosum est, quod beatus apostolus,

9 Cor. I 15, 42—44

2 resurrectione *V*, *corr.* o 3 hęc *V*, *corr.* o gustauerat *V*, *corr.* *Mansi* an ρ^2: a *V* 4 quam o 10 incorruptione *et* 11 gloria *scripsi secundum Vulg.*: incorruptionem .. gloriam *V Car.* 12 uirtutem *Car.* 13 quēadmodum α: quę admodum *in* quę admodum *corr.* *V* 22 restituat et reformet *V*, *corr.* *Car.* 25 rethibenda *V*, *corr.* *Car.*

cum de solo ⟨loqueretur⟩ humano genere (quod solum est
utique suscitandum nec alia quaecumque substantia hoc est
munere decoranda) atque ideo sufficeret ad unum genus
hominum unam speciem seminis gratia conparationis adhibere,
per quam et non prius uiuificari quam mori et honorabilius
corpus, quam seminaretur, exsurgere perdoceret: sed ut diuersi
sexus proprium corpus adse⟨re⟩ret innouandum, quod in una
specie seminis, quantum ad similitudinem respiceret, non
habebat, ne per hoc et unam tantummodo speciem resusci-
tandorum corporum futuram significasse putaretur proprietatum
distinctione summota, discreta quoque seminum genera con-
parationis suae caute conuenienterque duxit adhibenda, ut 78
proprietatem corporum, sicut dictum est, quam una species
discernere non ualebat, seminum diuersitas indicaret subpedi-
taretque plene comparationi facultas, per quam ad specialitatem
corporum designandam conuenientissime diceretur et unicui-
que seminum proprium corpus, ut, quod una species
cuiuslibet grani discreto sexu, qui ei nullus est, ⟨int⟩imare non
posset, exprimendae corporum proprietati, sicut saepe iam
dictum est, seminum diuersitas intellegentiam ministraret.
triplex igitur in hac conparatione propositio, disputatio, 79
definitio est, et quantum ad intellegendam resurrectionem
pertinet corporalem, ex similitudine grani non prius uiuificati
quam mortui conpetens similitudo sufficiensque deprompta est.
quantum uero ad id attinet, quia non id corpus seminatur,
quod futurum est, sed deus dat illi corpus prout
uult, in eiusdem continentia lectionis necessario causa rese-
ratur, cur corruptibile corpus seminatum perhibetur incorrupti-
bile rediturum et cetera, quae huic sensui probantur adhaerere.

1 loqueretur *addidi secutus Thielium* ⟨loqueretur de solo⟩ 6 sed ut *etc.*] *per anacoluthiam dicta sunt, cum desit uerbum quod pendeat a* quod *(p. 430, 28)* 7 proprius *V, corr.* o adseret *V, corr. cod. Angelic.* 10 futurarum *V, corr.* p[2] 11 quoque *V:* quaeque o, quaecumque *Labb.* 15 plene *scripsi:* plenę *V* 18 est intimare *scripsi:* estimare *V,* ⟨est⟩ aestimari *Thiel* 19 posset *V:* potest ⟨idonea⟩ *Thiel* 28 cur *scripsi:* cum *V*

quantum autem ad proprietatem corporum respicit edocendam,
plenissime declaratur, quod beatus apostolus nequaquam
seminis unius conparatione contentus, per quod proprietatem
corporum non posset ostendere, cum id una species, ut supra
memoratum est, seminis non haberet, studuit ex seminum
diuersitate monstrare unicuique surgentium, qui sunt utique
80 seminibus comparati, proprium corpus esse reddendum. et
resurgent ergo homines uiuificati post mortem, qui utique
prius morientibus et postmodum uiuificandis seminibus conpa-
rati sunt; et non hoc, quod moriuntur, id est tamquam
seminantur, resurgunt sed deus eis dat corpus ut uult,
ut sit de <corruptibili in>corruptibile, de mortali inmortale,
de animali spiritale, ut quod mortis fuerat conditione decolo-
ratum, inmortali decorum integritate reddatur. et proprium
corpus, sicut unumquodque seminum, sine dubio recepturi
sunt, quod quia diuerso sexui in uno semine conparari non
poterat, ex seminum diuersitate conlatum est, ut ex diuersitate
seminum corporum proprietas signaretur; si uero proprium
corpus resuscitatus quisque suscipiet, indubitanter est con-
sequens, ut unicuique sexui corpus proprium reformetur, quia,
sicut dictum est, et unicuique seminum proprium corpus
restituitur adtributum et, si unicuique seminum proprium
corpus restituitur, per quae utique semina in utroque sexu
omne genus hominum designatum est, sequitur, ut omne
genus humanum, quod in utroque sexu istis est seminibus
designatum, proprium sit corpus habiturum.

81 Haec nos ex uerbis apostoli fas est sobria consideratione metiri, ultra quae praeuaricantum est temeraria curiositate prorumpere. propter quod etiam commonemur: altiora te ne quaesieris et fortiora te ne fueris scrutatus, et: non

29 Eccli. 3, 22 30 Rom. 12, 16

12 corruptibili incorruptibile o^{2}: corruptibile *V* 14 dequorum *V*, *corr. Thiel* 26 habiturum *Thiel:* arbitrium *V*, resumpturum *Edit. regia* 27 hoc *o* 28 ultraq; *V* praeuaricandum *V*, *correxi:* cauendum o^{2}

alta sapientes sed humilibus consentientes. postremo adtendentes illud, quod apostolica quoque praedicatione firmatum est: quod oculus non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus timentibus se, quisquis superius memorati sensus apostoli non est intellegentia uel comparatione contentus, ad hoc certe, uelit nolit, sine dubitatione constringitur, ut quae oculus non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, qualibet audeat sibi meditatione componere. quasi uero humani corporis 82
aliqua membra culpabilia uel de<de>cora uel reprehensibilia sint creata, cum deus fecerit omnia bona ualde et unam<quam>que speciem in suo genere conpetenti decore subnixam, nisi quod haec, quae inhonesta nostra sunt dicta, concupiscentiae primordialis decolorasset excessus: quae utique sic fuerant instituta, ut ad nutum mentis humanae famulantia tantummodo ex animae rationalis arbitrio ad procreandae sobolis causam suis officiis fungerentur, praeter hanc uero causam nihil contra mentis imperium uel praeueniendo insolentius uoluntatem uel, cum id uoluntas expeteret, quicquam rebellionis adferrent. sed postquam anima summis suis subiecta non constitit, pari in se ipsa naturae contumacis lege punita superbia est, ut huic quoque id est animae dominio subiecta consequenter obsequia repugnarent et, quod uetiti praesumptione contraxerat humanae mentis inoboediens adpetitus, in ea parte corporis indicaret, qua degeneris ac decoloratae superbaeque radicis procul dubio uitiosa fuerat generatio propaganda. quae utique si hic, nisi essent hac exorbitatione foedata, 83
potuerant decore tantum humano generi propagando tam honesta quam moderata persistere etiam in corpore sine

3 Cor. I 2, 9 11 cf. Gen. 1, 31 (Eccli. 39, 21)

4 ~~diligentibus~~ timentibus *V* (qui diligunt illum *Vulg.*) 9 audiat *V*, *corr.* ρ² uero ρ²: uerbo *V* 10 decora *V*, *corr. Thiel* 11 unamque *V*, *corr. Car.* 18 uel praeueniendo *Thiel:* quę praeueniendo *V*, praeueniendoque ρ² 19 uoluntate *V*, *corr.* ρ² quicquam *V* 20 adferent *V* animam *V*, *corr.* ρ² 25 superbięque *V* 26 radiciis *V*, *corr.* ρ 27 hanc *V*, *corr.* ρ

dubitatione terreno, quanto magis credendum est in spiritali corpore ineffabiliter decentius haec posse constare, praecipue cum nihil iam genitalis officii in illa perpetua claritate gestura sint sed ad hoc tantum suae speciei formaeque non deerunt, ut non aliqua alia forma quam humana, cui promissa resurrectio est, resuscitata iudicetur nec aliquid sit, quod in carnis perfecta resurrectione non maneat, et uideatur alia species suscitata, quam integrae carnis humanae liniamenta designant? quae quisque non uult fortasse moderata ratione librare, uelit nolit, ut dictum est, aut <ad> illud superius reuertetur, ut quod oculus non uidit nec auris audiuit et in cor hominis non ascendit non aestimet perscrutandum, aut si ultra conatur erumpere, ipse uideat suae temeritatis abruptum.
84 quam autem condita sunt honesta humanae membra substantiae, etiam res illa nos admonet, quod cum in paradiso nudi essent primi parentes, nihil in his confusionis habuerint, unde post peccatum et concupiscentiae uirus ingressum corporum suorum inordinata perturbatione confusi sunt, atque ideo satis apparet, quod, si in illa quamuis felicitate paradisi positis, terreno tamen corpore constitutis conspici sine confusione potuerunt, multo magis in spiritali corpore atque in illa sublimi beatitudine, quae similitudinem gestura est angelorum, et, ut homini in carnis resurrectione nihil desit, integer reformetur et, ne aliquid deforme conditor creasse uideatur, si quid de resuscitato corpore subtrahatur, bonum potius eius opus inde etiam conprobetur, ut eius conditio in illius quoque claritatis
85 decore permaneat; nisi forsitan isti etiam illic adhuc existiment motus corporeos orituros, ubi, sicut ipse dominus ait, neque nubent neque nubentur sed sunt sicut angeli. quod

11 Cor. I 2, 9 28 Marc. 12, 25

4 specię *V, corr. o* 10 ad *add. Car.* 13 apruptum *V* 16 confusionibus *V, corr. o*[2] habuerint *ex* habuerunt *corr. V:* habuerunt *Car.* 17 ingressu *V, corr. o*[2] 19 illā *V, corr. o* quauis . . positi . . constituti *Car.* 20 conspicis *V, corr. o*[2] 21 <illo> spiritali *Car.* 26 illis *V, corr. Thiel* 29 angelis *V, corr. o*

utique, si in unam speciem corporis unumque sexum omnes
fuerant suscitandi, cur diceretur, causa penitus non fuisset.
quin potius cum femineo sexu magis conpetat nubere, non
illic defuturum sed cessaturum prorsus a nuptiis indicatur.
cum autem nihilominus scriptum sit: ut ⟨re⟩cipiat unusquis-
que propria corporis quae gessit, siue bona siue mala,
quomodo id fiet, nisi uterque sexus in sui corporis proprietate
uel iudicium subeat uel praemium beatae resurrectionis acci-
piat? falluntur autem, qui putant illud apostoli testimonium 86
sibimet suffragari, quo uideantur adserere in uirilem formam
omnes homines suscitandos, ubi ait: donec occurramus
omnes in unum uirum perfectum. quid ergo facient, cum
rursus idem dicat: despondi uos uni uiro uirginem
castam exhibere Christo, quod huic utique opinioni
eorum erit sine dubitatione contrarium, nisi mysterio conpe-
tenter inspecto modesta mente cognoscant, qualiter utrum⟨que⟩
conueniat? quid itaque uelit sibi, quod in utroque sexu 87
describatur ecclesia, quantum domino reserante sentimus,
exponimus. ab initio Christum et ecclesiam humana carne
similitudine coniugii designatam sancta scriptura testatur.
proinde cum femineo sexu censetur ecclesia, infirmitas quidem
humanae conditionis ostenditur, quae tamquam in ecclesia
coniuge Christi conuenienter exprimitur, sed nomine uirginitatis
uel continentiae eius propositum uel integritas fidei, de qua
et ipse beatus apostolus disserit, intimatur. cum uero dicitur:
donec occurramus omnes in uirum perfectum, nec 88
diuersum est nec diuisum, quoniam quicquid in ecclesiae
corpore continetur, quae cum Christo una caro est, sacri lege

5 Cor. II 5, 10   11 Eph. 4, 13   13 Cor. II 11, 2   20 cf. Eph. 5, 32

3 sexui *Thiel*   5 recipiat *scripsi* (referat *Vulg.*): cipiat *V*, capiat *o*   13 dispondi *V*   uno *V*, *corr. Car.*   16 modestamenta *V*, *corr. o*   utrum *V*, *corr. Thiel*   18 describatur *Thiel:* describat *V*   19 humana *V:* in una *Thiel*

coniugii etiam ipsius caro * * modis omnibus in sexu fieri utroque, quod dictum est siue illic uirginem castam siue hic uirum perfectum, ut ita sint in ecclesiae catholicae intemerata fide uiuentes et sancto proposito continentes, licet adhuc positi in infirmitate conditionis humanae, ut tamen per unam carnem ecclesiae et Christi, id est coniugis et uiri, in ipso quoque uirilem accipiant firmitatem uigoremque perfectum, cuius per ecclesiae uirgineam fidei castitatem, quae cum
89 eodem una caro, fiunt etiam uiri membra perfecta. ubi illa quoque beati apostoli Pauli uerba tractanda sunt, quibus ait: omnes nos in unum corpus baptizati sumus in Christo. quantum ad unitatem utique pertinet sacramenti, unum corpus sumus in Christo; quantum ad sexuum diuersitatem, ipse alibi dicit: siue uir siue mulier, omnes unum sumus in Christo. cum suo enim toto corpore, quod eius est plenitudo, perfectus est Christus et ideo, quia per unum idemque mysterium, licet diuersi sexus, unum tamen eius corpus accipitur, per cuius corporis plenitudinem perfectus est Christus. cum ergo uir Christus ecclesiae tamquam coniugis suae et caput sit et uirtus atque perfectio, merito omnis ecclesia in hunc unum uirum perfectum, cuius est una caro, perhibetur occurrere.

(98.)

EPISTOLA GELASII PAPAE AD HONORIUM EPISCOPUM.

DILECTISSIMO FRATRI HONORIO GELASIUS. Licet inter uarias temporum difficultates continuis occupationibus implicati uix respirare ualeamus, pro sedis tamen apostolicae moderamine

11 Cor. I 12. 13 14 Gal. 3, 28

1 *post* caro *lacunam indicaui; Thielius in eis quae sequuntur addi uult* docetur 3 huic *V, corr. ras. a man. post.* ecclesia catholica *Car.* 7 uirilem *V:* uirilī *a* 8 quae *scripsi:* quam *V,* qua *Thiel* 13 sexum *V, corr. o²:* sexus *p* 22 occurrere EXPL. *V*

98. *Dat. a. 490 (?) die 28 Iul. Edd. Car. I² 343; Collect. Concil.; BTA I 277; Thiel 321; nil nisi primas duas paragraphos Bar. ad a. 493. 24* 24 INCIP EPLA *V*

totius ouilis dominici curam sine cessatione tractantes, quae
beato Petro saluatoris ipsius nostri uoce delegata est: et tu
conuersus confirma fratres tuos, et item: Petre, amas
me? pasce oues meas!, dissimulare nec possumus nec
debemus, quae nostram sollicitudinem forma perstringat, cum
beato Paulo apostolo sentientes atque dicentes: quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et
ego non uror? ita quippe nos repente tristis horrenda et 2
uix credibilis confecit opinio, ut mentem nostram confunderet
sauciaret affligeret. nuntiatum nobis est enim in regionibus
Dalmatiarum quosdam recidiua Pelagianae pestis zizania
seminasse tantumque illic eorum praeualere blasphemiam, ut
simplices quosque mortiferi furoris insinuatione decipiant. est 3
quidem error ipse nefarius tanto perniciosior ad subripiendum,
quanto ad fallendum uerisimilitudinis colore uersutior: praestante ⟨tamen⟩ domino adest fidei catholicae pura ueritas
concordibus uniuersorum patrum deprompta sententiis, quae
et subtile uirus funestae prauitatis exponat et humano generi
saluando conferat de scripturarum confectione medicinam.
nullatenus igitur discretione rerum nondum abundantia corda
conturbet, donec et occultum uulnus appareat et saluatio
singularis eluceat: quoniam quantalibet arte fallaciae spiritus
perditionis armetur, sancto gladio spiritus principalis et detegitur et necatur. quapropter per dilectionem ⟨tuam⟩ cunctos 4
ibidem domini sacerdotes fraterno commonemus affectu, ut,
qui cum erudiente uos domino contra nouicios pugnetis
errores, olim peruersitatem toto orbe damnatam nec ipso

2 Luc. 22, 32   3 Ioh. 21, 17   6 Cor. II 11, 29

1 obilis *V*   2 delegatum *V*, *corr. Bar.*   12 tantamque *Bar.* praeualeret blasphemia *V*, *corr.* ρ^2 16 tamen *addidi:* ⟨sed⟩ praestante ρ^2 17 sententiis *Bull. Taur.:* sententi[a] *V* (*man. 1*); concordi .. sententia ρ^2 18 funestae ρ^2: funesta et *V*   19 confectionem *V*, *corr.* ρ 20 discretionē *V*, *corr. Thiel*   habundantia *V*   24 tuam *add.* ρ^2 27 ipso recipere debeatis auditu *scripsi:* ipso recipere debetis aut *V*, ipsos (*sic* α) recipere debeatis auctores *Thiel*

recipere debeatis auditu. quod <si> temere putatur esse
faciendum, quae non haeresis a maioribus nostris conuenienter
extincta rursus prouocare nos audeat et palam nouis resumptis
5 uiribus aperteque confligat? numquidnam licet nobis a uene-
randis patribus damnata dissoluere et ab illis excisa nefaria
dogmata retractare? quid est ergo, quod magnopere praeca-
uemus, ne cuiuslibet haeresis semel deiecta pernicies ad
examen denuo uenire contendat, si, quae antiquitus a nostris
maioribus cognita discussa refutata sunt, restauranda nitamur?
nonne ipsi nos, quod absit et quod numquam catholica
patietur ecclesia, aduersariis ueritatis uniuersis contra nos
6 resurgendi proponimus exemplum? ubi est, quod scriptum
est: terminos patrum tuorum non transgredieris, et:
interroga patres tuos et adnuntiabunt tibi, et seni-
ores tuos et dicent tibi? quid ergo tendimus ultra definita
maiorum aut cur nobis non sufficit, si quid ignorantes discere
cupiamus, qualiter ab orthodoxis patribus et senioribus singula
quaeque uel uitanda praecepta sunt uel aptanda catholicae
ueritati? cur non his probantur esse decreta? numquid aut
sapientiores illis sumus aut poterimus firma stabilitate constare,
7 si ea, quae ab illis constituta sunt, subruamus? an fortasse
nescitis hanc haeresim, de qua loquimur, et ab apostolica
dudum sede per beatae memoriae Innocentium ac deinde
Zosimum, Bonifatium, Caelestinum, Sixtum, Leonem continuis
et incessabilibus sententiis fuisse prostratam nec tantum
ecclesiae catholicae legibus sed principum quoque Romanorum
eo tenore damnatam, ut nec usquam terrarum uiuendi locum
sectatores eius habere sinerentur? quae omnia tam gestis

13 Prou. 22, 28 14 Deut. 32, 7

1 si *add. Thiel* 3 nobis *V, corr. o*[2] 8 contendat *ex* contendunt *V* 9 restaurare adnitamur *o*[2] 11 aduersariis *ex* aduersarius *V* 16 malorum *V, corr. Car.* 16 *et* 19 quur *V* 16 sufficiunt *Thiel; ego sustuli uulgatam post* sufficit *interpunctionem distinxique post* ueritati 20 poteremus *V, corr. o* 23 sede *o*: sed *V* 24 bonifacium *V* Xystum *Thiel* 26 ligibus *V, corr. a* 27 usque iterarum *V, corr. o*[2]

ecclesiae per singulas quasque regiones de eorum prauitate
confectis quam censurae publicae sanctionibus edocentur. ecce, 8
quorum libet aures catholicas audire doctrinam, quaestiones
accipere, tractare tendiculas et blasphemias patienter admittere,
o si studerent aduersus eos maiorum nostrorum libros respon-
saque cognoscere! illic modis omnibus cerneretur nihil esse
prorsus, quod <non> et ab istis fuerit uentilatum et ab illis
magnifi<ca> ueritate contritum, sicque de cunctis eorum nequitiis
refutandis fideles quique redderentur instructi, ut nihil amplius
quaereretur. sed si forsitan ineruditos animos quaedam de 9
eorum sensibus proposita commouerunt, ita uenerabilium
patrum doctrinis et omnis eorum publicatur insania et, quibus
remediis curetur, ostenditur, ut ex his deo praestante praeuisis
cuncta, quae de eorum serie texuerunt, et periculosa sectantibus
et stulta deprehendentibus esse uideantur, ita ut si quis
existimet reluctandum, non tam ueterum sententiis contradictor
existat sed humanae saluti catholicaeque doctrinae palam se
aperteque profiteatur inimicum. quo magis adtentius peruigil 10
cura pastorum a sacris gregibus luporum debet arcere
saeuitiam, cum quidquid ouibus sanctis acciderit detrimenti,
praesulum, quod absit, damnet incuriam, sicut a regeneratis
agminibus nocentium depulsio bestiarum custodum praemiis
perpetuum procurabit augmentum. certe si, ut magis optamus,
falsis haec rumoribus sint relata, quantocius desideramus
agnoscere, ut qui de membrorum Christi uexatione trepidamus,
multo magis de eorum stabilitate laetemur. Data V. Kal.
Aug. Fausto u. c. cons.

3 quorumlibet α 4 blapsphemias *V* 7 non *add. Labb.* 8 magnifica *Car.*: magnifi *V*, magnifici α 13 prante (*pro* prante) *V* 17 salutis *V* 18 adtentius *V*: adtentius <que> *Hartel; Thielius adnotat 'hinc excidisse uidetur comparationis membrum, quo eorum, qui pecora custodiunt, in arcendis lupis uigilantia exponebatur'. quae quis credet?* 20 cum quidquid *Thiel:* numquid quid *V*, ne si quid ρ[2] 23 procurauit *V*, *corr. Thiel* *ante* si *del.* ut *V* aptamus *V*, *corr.* ρ 25 qui de *V:* quid α, *unde* qui *editiones* 27 fausto *V:* Albino *Car.; cf. quae exposuit Thiel p. 26*

(99.)

In causa fidei Christianae, cui ab exordio sui numquam
defuisse probantur inimici, nostro quidem saeculo sed interuallo
temporis Nestorius et Eutyches non noua dogmata suae
2 peruersitatis sed nomina prodiderunt. nam Nestorius ante
quinquaginta octo ferme annos Photini et Pauli Samosateni
secutus errorem Oasitano exilio meruit relegari dicendo, sicut
ab auctoribus suis didicit, Christum dominum nostrum hominem
3 tantummodo de uirgine Maria esse progenitum. contra quem
Eutyches post annos plurimos aestimans disputandum rectum
tramitem tenere nesciuit et in Apollinaris est lapsus insaniam
in haec uerba prorumpens, quibus adsereret Christum uerum
hominem non fuisse nec in eo duas naturas esse credendas
sed unam tantummodo dei uerbi, uerumtamen incarnatam.

99. *Edd. Car. I² 142; Sirmondus in Appendice codicis Theodos. p. 111; Thiel 510. Praeter V adhibui codices: B = Berolin. lat. 79 saec. IX, Γ = Uatic. Regin. 1997 saec. IX/X, Δ = Monac. lat. 5508 saec. IX simulque, ubi e re uidebatur, lectiones adnotaui epitomae Σ editae in Appendice II adhibitaeque a Liberato diacono (Breu. cap. 15, 16, 18) et epitomae codicis W = Uallicell. XVIII saec. X editae in Appendice III. de ratione omnium codicum alio loco agam.* 1 *tractatui tituli causa praefigunt* Incipit gesta de nomine Acaci *BΓΔ*; *quibus omissis uerba* INCIPIT IN CAUSA FIDEI . . PROBANTUR INIMICI *quasi inscriptionem litteris maiusculis scripsit V* causas *B* cum ab *B* nnumquad *B* 3 deffuisse *V* nostro quidem *V:* nostro qui *W*, nostro quae *B*, nostroque ΓΔ sed *VW:* se ΓΔ, *om. B* interuallo *VB:* interualla ΓΔ, per interualla *W* 4 temporis *VW:* temporum *BΓΔ* eutiches *B*, eutychis Γ, euticis Δ suae peruersitatis *V:* suadentis Δ, suadentes *BW*, sucedentes Γ 5 prodiderunt *VΔ*: prodierunt Γ*W*, prodigerunt *B* 6 quinquaginta hocto *B*, LVIII Δ, quinquaginta et octo Γ ferme *om. B* fotini Γ, foteni *B*, futini Δ paulis Δ samosetani Γ, sammosati Δ 7 oasitano *ex* casitano *corr. W:* casitano Γ, casetano Δ, cassiano *B*, asitano *V* neruit *B* deligari *B*, inligari Δ si quod (*pro* sicut) Δ 8 suis *om.* Δ dedicit Δ dominum *BΓΔW:* deum *V* 9 progenium *B* 10 euthycis Γ, euthechis Δ plurimos *VΓΔW:* non plurimus *B* ęstimandis putandum *V*, extemens disputandum Δ, aestimans disputando Γ, extimans dis putando *B* 11 nesciuit *V:* offendit *BΓΔ*, nesciens offendit *Sirm.* apollenaris *V*, apolonaris *B* lapsus *V:* raptus *BΓΔW* insania Δ, *om.* Γ 12 in haec uerba *V:* ita *BΓΔW* asserit Δ 13 eos Γ 14 una Δ 14 *sq.* incarnata quam *B*, in carne tamquam Δ

quam quidem non esse hominis perhibuit sed humanam, ut
similitudo magis humani corporis quam ipsa ueritas suaderetur:
cum catholica fides uerum deum uerumque hominem Christum
dei filium esse fateatur, non unius naturae sed unius existentiae
atque personae. cum ergo Eutychen istum presbyterum et 4
abbatem Constantinopolitanae ciuitatis Eusebius Dorylitanus
episcopus suadere talia repperisset, zelo fidei, quam etiam
cum agens in rebus esset ostendit (ipse enim Nestorium
quoque in tempore reprehendit in ecclesia res sacrilegas
praedicantem), detulit ad Flauianum episcopum et ad iudicium
prouocauit. dicta causa est. cum partes suas Eutyches iste 5
presbyter uideret urgueri, per Chrysaphium spatarium Theodosii
praesidium principis expetiuit. cuius praecepto Florentius uir
inlustris ex consule discussione Eutychis abesse non potuit et
iam praesentia ipsius conuincitur Eutyches atque damnatur.
offenditur imperator et apud Ephesum ciuitatem mandat 6
synodum congregari. adsunt fere trecenti sexaginta episcopi
principibus Dioscoro Alexandrino episcopo, Iuuenali Hierosoly-

3 catholicae Δ uerumque deum *B* 4 unus *utroque loco B* existentiae *V:* essentiae *B*ΓΔ*W* 5 cur *V* euthicen Γ, euthici Δ 6 dorilitanus Δ, doriletanus Γ, dorilicanus *B* 7 suaderit Δ alia *B* reperisset Δ, repperisse *VB* 8 esset o^2: essit Δ, esse *VB*Γ ostendet *B* enim *V:* etiam *B*ΓΔ*W* nestorium *B*ΓΔ*W:* nostrorum *V* 9 quoque *om. B* reprehendens *B* 10 detulit *V*Γ: *om.* Δ, <hic ergo eutichen> detulit *B* fauianum Γ 11 eutycis Γ, euthicis Δ, eutychen *B* iste *V*Γ: iter Δ; iste presbyter *om. B* 12 uideretur urgueri *B*, uideretur tueri Δ chrisaphium *V*, crisaphyum *B*, chisafium Γ, crisafium Δ theodosii (theodosi ΓΔ) praesidium *B*ΓΔ: theodosium *V* 13 expitiuit *V*, expediuit *B* florenti *V* 14 console Δ discussione *V*Γ: discussioñ Δ, addiscussione *B*, discussioni *Sirm.* euticbes *V*, eutices *B*, euthecis Δ habuisse Δ et iam (etiam Γ) praesentia (praesentiam ΓΔ, in praesentia *Sirm.*) ipsius *V*ΓΔ: cuius etiam presentia *B* 15 conuincetur *B* euthes *V*, euthices *B*, eutychis Γ, euthicis Δ 16 apud ephesum ciuitatem *V:* in ephesina (effesena *B*, ephesena *ex* ephisina Δ *man. 2*) ciuitate (ciuitatem Γ) *B*ΓΔ 17 synodus *B*, synodo Δ tricenti sexaginta Γ, ccclx Δ, trecenti lx *B* 18 principibus . . episcopo *om.* Γ iouenali Δ hierosolimitano *V*Δ, herosolimitano *B*

mitano, Thalassio Caesariensi, Eustathio Berytensi, Eusebio Ancyritano, Basilio Isauro. interfuerunt etiam uicarii ab apostolica sede directi Iulius Puteolanus episcopus, Hilarus archidiaconus urbis, quia presbyter Renatus in Adelo insula morte praeuentus est. adfuit etiam Dulcitius notarius ecclesiae.
7 in quo conuentu repudiatae sunt papae Leonis dogmaticae ad synodum Flauianumque directae litterae nec permittuntur aliquatenus recenseri. toto die, id est sexto Idus Aug., nihil aliud nisi quondam Nestorii damnati, id est prioris Ephesenae synodi gesta releguntur. simul etiam discutitur lectis omnibus chartis iudicium de Eutyche sanctae memoriae Flauiani. interea cum Eutychis blasphemiae relegerentur, ab omnibus adclamatum est hanc esse ueram fidem, hanc orthodoxam. deicitur contradicentibus uicariis Romanis Flauianus et recipitur Eutyches.

1 thalasio cesariense *B*, tassio cesariensis Δ Eustathio *Sirm.*: eustachio *V*, eusthacio *B*, eustasio Γ, eustasioš Δ byretensi *V*, byritensi Γ, biriensi *B*, uiritensio Δ 2 anciritano *B*, acceritano (o *supra* i) Δ hisauro *V*Δ, isauriae *B* comuicarii *B* 3 apostolicae *B* poteolanus Δ hylarus *V*Γ, helarus Δ 4 urbis *V*: *om.* *B*ΓΔ*W* qui et Δ presbrenatus *V* adelo *V*Γ: aledo Δ, adoleo *B*, abedo *W*, Delo *Sirm.*; *cf. quae exposui Byzantinische Zeitschrift III p. 146 sq.* 5 est <bona> adfuit *B*; *cf. Proleg. c. III, ubi de codice B uerba feci* dulcicius *B* nostarius Δ ecclesiae *V*: *om.* *B*ΓΔ 6 *sqq.* repudiatę sunt papę leonis dogmaticę ađ . . directę litterę nec permittuntur aliquatenus recenseri *V*: repudiata est epistola (epistula Γ) papae leonis dogmatica (dogmaticam *B*, dogmaticae Δ) ad . . directa et penitus non permittitur recenseri (recensiri *B*, recensire Δ) *B*ΓΔ, repudiatae sunt epistolae p. L. quae fuerant ad . . directae et penitus non permittuntur recensiri *W* 7 flauianum quae *B*Δ, fauianumque Γ 8 toto *V*: tota *B*ΓΔ*W* diae *B* sexto *B*: sextu *V*, VI. ΓΔ 9 condam Γ, quedam *W* nestorium Δ prioris *ex* priusis *V*, priori Γ efesene *B*, effesini *ex* effisini Δ, ephesinae Γ 10 synodo Δ gestare leguntur *V*, gesta relegunt *B*, gesta religuntur Γ, gesta relinquuntur Δ simile *B* lecti Γ 11 cartis *B*ΓΔ eutycen Γ, euthicen Δ, euticeno *B* fauiani Γ 12 eutichis *V*, eutycis Γ, euthecis Δ, euthices *B* blasphemia Δ relegentur *V*, religentur Δ 13 essem Γ contradicentibus *V*ΓΔ: contra *B* 14 uicariis *B*ΓΔ*W*: *om.* *V* recepitur *B*, recipietur Γ, receptor etiam Δ eutiches *V*, euthices *B*, euthycis Γ, euthicis Δ

damnatur etiam Eusebius episcopus accusator eiusdem pres-
byteri tamquam Nestorianus, qui ante, dum adhuc esset laicus,
Nestorii fuerat accusator — ita enim nihil uolunt isti Eutychi- 8
anistae inter se esse atque Nestorium, ut quicumque apud
eos Eutychianista non fuerit, Nestorianus prorsus habeatur,
cum doctrina catholica uniat duas naturas in Christo, non
diuidat sicut Nestorius fecit. et isti reperiuntur deteriora
garrire; nam fidentissime dicunt rem ineptam, rem etiam
stolidis exsecrandam: ante unitionem, id est incarnationem,
duas dici debere naturas, post uero unam dei uerbi, tamen
incarnatam, ut si dicamus aliquid ceratum aut picatum uel
stagnatum aut quolibet alio genere coloratum. post diem 9
tertium synodi, qua deiectus est sanctae memoriae Flauianus,
deicitur etiam Domnus Antiochenus. Dioscorus repente discessit
solutusque conuentus est. ducitur in exilium Flauianus et
apud Epipam, quae est ciuitas Lydiae, seu superueniente seu
ingesta morte defunctus est. tunc temporis Anatolius quidam 10
presbyter Alexandriae apud Constantinopolim morabatur; haec

1 damnatus *B* episcopus *VW: om. B*Γ*Δ* accasatus (v *supra*) *B* prb *Δ* 3 enim *B*Γ*Δ*: *om. V* euthicianiste *B*, eutychianitę Γ, euthiciani istae *Δ* 4 se *om. B* atque nostrius Γ et (*pro* ut) *B* 5 euthicianistae *B*, eutychianita Γ, euthician//// (*eras.* i) ista *Δ* non *om. Δ* fuerint *B* 6 doctina *V* catholica doctrina *trsp. B* uni aut *Δ*, una ad *B* 7 si quod *Δ* iste *Δ* repperiuntur *V:* quidem repperiuntur *B*Γ*Δ* deterior agarrire *V* 8 etiam *om. B,* etiam//// (*eras. fort.* a) *Δ* 9 execredendam *B* ////unitionem (*eras.* in) *Δ* 10 dua *V* (*corr. a*) deci Γ tamen *V*Γ*Δ*: tantum *B* 11 incarnata *Δ* si *om. B* ceratum *ex* ceratam *B* aut *B*Γ*Δ*: aput *V* picatum *ex* peccatum *Δ*, pe(c *supra*)catum Γ, pictum bona (*cf. ad p. 442, 5*) *B* uel *V:* aut *B*Γ*Δ* 12 post *V:* iam uero post *B*Γ*Δ* diem Γ*Δ*: die *B*, idem *V* 13 diiectum *Δ* 14 etiam *V*Γ*Δ*: etiam et *B* domus *Δ* anthiocenus *BΔ*, anthyocenus Γ reppente *V* discessit *om.* Γ 15 dicitur *B* et *V: om. B*Γ*Δ* 16 aput *B*Γ lidiae *B*, lidie *Δ*, dię (li *supra*) *V* sius *priore loco pro* seu *Δ* superueniente seu *V*Γ: superueniente ///eo *Δ*, superuenientes et *B* 17 tunc temporis *V*: *om. B*Γ*Δ* anatholius *B*Γ, anotolius *V* 18 alexandrinus *B*Γ*Δ* aput Γ constantinopoli *Δ*, constantinopolitano *B*

enim consuetudo praedictis est, ut ad comitatum uicibus
clerici dirigantur, num quid forte causae uel necessitatis
emergat. fit ergo iste Anatolius Constantinopoli episcopus,
11 homo partium Dioscori. exempto anno moritur Theodosius
imperator, Chrysaphius punitur, Marcianus factus est princeps.
laesam fidem grauiter ferens indicit synodum apud Nicaeam,
in qua et ipse et Pulcheria resedit et omnes cum senatu
saeculi potestates. quam synodum transtulit postea Calcedonam
12 propter palatii uicinitatem. conueniunt quingenti et ultra
episcopi totius Orientis et Aegypti; Dioscorus exhibetur, ut
facti sui causas in concilio possit adserere. interfuit item
imperator ipse conuentui, interfuerunt omnes iudices, senatus
et omnes aulicae potestates. Eusebius ille Dorylitanus episcopus
ante annum ferme de exilio fugiens Romam uenerat et iam
Calcedonensi synodo interesse properauit. accusat et ipse
Dioscorum et alii Alexandrini. quid multa? damnatur Dioscorus.

1 est ut *VB*Γ: et istud Δ c̄omitatum *B*, comitatu Γ 2 num *V*: ne ΓΔ, nec *B* causa Δ necessitates Γ, necessitas Δ 3 emergant Γ anatorius *B*, anatholius Γ constantinopolim *B*ΓΔ 4 exempto *V*Γ: exemto *B*, eximito Δ anno *VB*: anni Δ, *om.* Γ 5 chrisapius *V*, crisaphyus *B*, chrisafius Γ, cresafius Δ ponitur ΓΔ 6 nicheam *V*, nyciam Γ, nicenam Δ, nicea *B* 7 pulceria *B*, pulcheria *ex* pulchoria Δ *man. 2* resedit *V*ΓΔ: ret sedem *B*, resideret *dubitanter Thielius, eo quod reuera nec Marcianus nec Pulcheria Nicaeae adfuerunt* omnes cum senatu sc̄li potestates *V*: omnes cum senatus et potestatis Δ, oīs (omnis Γ) cum eo senatus et potestates *B*Γ 8 postea transtulit *trsp.* *B*ΓΔ*W* calcedonam *VW*: calchedonam Γ, calcedona *B*Δ 9 palaci *B* uicinitate Γ, uinitate *B* 10 egypti *VB* exhibitur Δ 11 positas serere *B* item *V*: etiam *B*ΓΔ*W* 12 ipsi conuentui *B*, ipse in conuentu Δ interfuerunt omnes iudices senatus et omnes aulicę *V*: interfuit et senatus et omnes iudices et omnes aul. ΓΔ, interfuit et senatus et omnes aul. *B*, interfuit senatus et omnes iudices et aul. *W* 13 aule//ę Δ potestatis *B* dorilitanus *B*ΓΔ: dorianus *V* episcopus <qui> *Sirmond* 14 ferme *om.* *B*ΓΔ*W* & iam *V*, *si recte distinxi*: etiam *ut uidetur* ΓΔ, etiam et *B* *Sirm.* 15 calcidonensi *V*, calcydonensi Γ, calcedonensis Δ properabit Δ ipse dioscoro *B* 16 quid *ex* quod *V* dioscorus <et> Γ

sanctae memoriae Flauiani corpus officiosissime Constantino-
polim reportatur, apud Alexandriam Proterius catholicus fit
sacerdos. quidam Timotheus presbyter, cui cognomentum erat 13
Eluro, et Petrus diaconus, qui episcopatum nunc Alexandrinae
occupauit ecclesiae, Dioscori sectatores ab Alexandrina se
ecclesia separarunt. quos cum Proterius episcopus suus ad
ministerium proprium reuocare non posset, utrumque damnauit.
mortuo principe Marciano conlectis turbis haereticorum Timo- 14
theus et Petrus ueniunt Alexandriam et ordinatur ab haereticis
Timotheus episcopus. duo igitur apud Alexandriam episcopi
esse coeperunt. ante triduum paschae, quo cena domini
celebratur, conductis perditis occupatur ecclesia, ad quam se
sanctae memoriae Proterius timore contulerat. ibi supra dicto
die in baptisterio occiditur laniatur eicitur et funus incenditur
cineresque ipsius sparguntur in uentos. Leo sumit imperium, 15
ad quem tanti facinoris catholicorum querela peruenit. contra
quos haeretici supplicarunt petentes, ut Calcedonensis synodus
aboleretur: illi autem uindictam sceleris postulantes. consi- 16

1 officios. et constant. *B* 2 aput Γ proterius *ex* pterius Δ *man. 2*. propter ius Γ 3 sacerdus *B* presbyter, *quod hic exhibent VΣ, post* Eluro *collocant B*ΓΔ cognomentum *scripsi*: cognomento *VB*Γ, cognominato Δ; cognomen Σ (Tim. cognomento Aelurus *edd. Liberati*) 4 eluro ΓΔ: erulo *V*, elurus *B*, ellurus Σ episcopato Δ 5 sectatores ab Alexandrina se ecclesia *V*Σ: sectatores se (sectatoris se *B*Δ, sectator esse Γ) ab alexandrina (ab al exandrina Δ) ecclesia *B*ΓΔ*W* 6 separarunt *B*ΓΔ*W*Σ: separarant *V* proterius *ex* pterius Δ *man. 2* suus *V*Γ. suos Δ: *om. BW*Σ, suis monitis *Sirm.* 7 ministerium proprium *V*Σ: ministeria sua *B*ΓΔ*W* posse Γ, possit *B*Δ uerumque Δ 8 urbis *B* rethicorum Δ 9 perus *B* ad alexandria Δ 10 apud *V*Γ alexandria *B* 11 ceperunt *V* 12 celebrat^n *V* conductis perditis *V*Σ: collecta multitudine perditorum *B*ΓΔ se *om. B*Δ 13 propter ius Γ 14 funus *V*Σ: funus (fumus *BW*) eius *B*ΓΔ*W Liberat.* 15 cinerisque Δ, cineris quae *B* ipsius Σ*B*ΓΔ*W*: eius *V* (*Liberat.*) spargantur *B* inuentus *B*Δ 16 tantis *B* querella *B*Γ, queri//la Δ 17 hereticis *B* calcedonensi *V*, calcedonenses Γ, calcidonensi *ex* lacedonensi Δ *man. 2* 18 adoleretur *B*, oboleretur Δ uicdictam *B* sceleris *V*Σ: tanti sceleris *B*Γ*W*, tantis clericis Δ postulantes *V*Σ (postulabant *Liberat.*): expetebant Γ, expectabant Δ, spectabant *B*

derans imperator nimis esse graue uexari tanto itinere sacerdotes, quorum plurimos aut aetas aut infirmitas aut etiam paupertas hunc laborem subire prohibebat, dirigit per totum Orientem magistrianos; dirigit etiam Anatolius episcopus Asclepiadem diaconum suum. per quos omnes illi episcopi, qui Calcedona fuerant congregati, quid Alexandriae factum fuisset agnoscunt consultique rescribunt Chalcedonensem synodum usque ad sanguinem defendendam esse, quia non alteram fidem statuisset quam synodus Nicaena; Timotheum non solum episcopum non haberi sed etiam Christiani appellatione priuari. quo facto fit alter Timotheus catholicus episcopus Alexandriae. uix Timotheus ille depellitur, fugit Petrus, mittitur in exilium Chersonense Timotheus, qui locus in Ponto
17 est abditus. quamdiu uixit imperator Leo, uixit Timotheus episcopus Alexandriae cum quiete. sed cum Basiliscus occupasset imperium, damnare coepit Calcedonensem synodum et

1 nemisisse Δ   tanto itinere *VΣ Liberat.*: tantos iterum *BΓΔW* 2 etates *B*   3 haec laborem Δ, haec labore Γ   sobire prohibeat Δ dirigit per totum orientem magistrianos *VΣ*: dirigit magistrianos per totum orientem *BΓΔW* (dirigistrianos Γ, magistrianus *B*, magistrianos *ex* magistrianus Δ *man. 2*, magis christianos *W*; totum orientem *ex* toto oriente Δ *man. 2*)   4 anotolius *V*, anatholius Γ   episcopus *VΣ*: episcopus Constantinopolitanus *BΓΔW*   5 asclipiadem Δ, asclipiandem *B* per quos *VΣ*: et *BΓΔ*, per quos et *Sirm.*   et illi *B*   6 calcedonia Δ, calchedona Γ   alexandria *VΔ*   7 fuisse Γ   consultique *V*: interrogatique (interrogati qui Δ) cum suis prouincialibus (conprouincialibus *B*) episcopis *BΓΔ*   chalcidonensem *V*, calcidonensem Δ, calcedonensem *B*, calchedonensem Γ   8 defendendam esse *VΣ*: esse defendendam (defendendum ΓΔ) *BΓΔW*   9 statuisset *V*: statuit *BΓΔW*   synodum Γ, synodus *ex* synodum Δ *man. 2*   nicea *B*, nychenam Γ   10 solum spm habere Δ   christiane Δ   11 quod *B*   facto *VΣ*: deposito *BΓ*, depositum Δ   timotheum *V*, *om.* Γ   12 ille *VΣ*: hereticus ΓΔ*W*, hericus *B*   fugiit *B*   13 chersonense timotheus *V*: timotheus cersonam (cersona *B*) *BΓΔ* (*cf. W*)   locutus Γ   in ponto est *V*: est in ponto *BΓΔW*   14 uixit timoth. *V* (*cf. WΣ*): uiuit (uiuet Δ) timoth. ΓΔ, timotheus (*om.* uiuit) *B*   15 alexandrinae *B*   conquiete Δ   basilicus *B*   occupatus sit Δ   16 cepit *VB*   calcidonensem *V*, calcedonense *B*Δ, calchedonense Γ

fugare catholicos. tunc denique Timotheus ille damnatus
accepta libertate Constantinopolim uenit et damnatos haereticos
locis suis reddidit. uadit Alexandriam, fugit Timotheus catho-
licus et in monasterio latet. Petrus ille iterum se Timotheo
iunxit, cum quo fuerat ante damnatus. redit Zeno imperator 18
ad regnum, Basiliscus opprimitur. mittitur Alexandriam, ut
pulso peruasore Timotheo Timotheus catholicus redderetur
ecclesiae. sed illo Timotheo damnato morte praeuento Petrus
consors ipsius ab uno haeretico Alexandrinis episcopus ordinatur.
quem nihilominus deici iussit Christianissimus imperator et
reduci Timotheum catholicum sicut Acacii Constantinopolitani
episcopi litteris continetur. cum quidam episcopi seu clerici
seu monachi seu saecularis uitae homines ad communionem
catholici episcopi Timothei nollent uenire, diuersis sacris eos
terruit clementissimus imperator. scribit ad papam Simplicium 19
Timotheus dicens Petrum olim in diaconio esse damnatum,

1 fugare catholicos *VΣ*: catholicos (catholicus Γ, catholicos *ex* catholicus Δ, cathol cos *B*) persequi *BΓΔW* 2 liberate *B* const. uenit *VΣ*: uenit const. *BΓΔW* damnatus Δ heretico Γ, heretici Δ 3 cuilocis Δ reddedit *B*, reddit Δ fuit *B* 4 monasterium Δ latet *ex* latit Δ *man. 2* illi Δ, *om. B* se timotheo iunxit *VΣ*: se iunxit sed uixit *B*, se iuncxerat Δ) timotheo *BΓΔW* 5 antea Γ zeno *ex* geno Δ *man. 2* 6 regem *V* basilicus *B* obp̄mitur Δ, oppromitur Γ mititur *B* alexandria *B* 7 peruasorem Δ, persuasore Γ timotheo *om. BΓ*, timotheum Δ reddetur *V*, redditur Δ 8 iilo *VΣ*: isto *ΓΔW*; sed isto *om. B* praeuenit Δ 9 con sor *V* episcopis ordinatus Δ 10 imperator *BΓΔWΣ*: princeps *V* 11 reduci *BΓΣ*: reducit *VΔW* timoth. cathol. *BΓΔWΣ*: cathol. timoth. *V* athaci Δ, a[h]caci Γ 12 episcopi *VΔ*, episc̄ Γ: *om. BΣ* cum quidam episcopi (seu *addidi*) clerici *V*: cum (*om. B*) plurimi (pluri *B*, plurimis *ex* plimis Δ *man. 2*) seu clerici (clericis Δ, clericus *B*) *BΓΔW* clericus bona (*cf. ad p. 442, 5*) seu *B* 13 monachis Δ saeculares Γ, seculari *B* hominis Δ ad *om. B* communione Δ 14 catholicae *B* uenire *V*: penitus conuenire *BΓΔW* eos terruit *V*: terruit uniuersos *BΓΔW* 15 clementissimos Γ, clementissimo *B*, dementissimus *ut uidetur V* scripsit Δ, scribsit Γ symplicium *B* 16 *sq.* dicens . . episcopum *V* (*cf.* Σ): rogans *BΓΔ* (*cf. W*)

nunc etiam Christiana societate semotum, mandans per Isaiam episcopum, ut scriberetur imperatori de Petro longius in exilium dirigendo, quia latebat in Alexandrina ciuitate et
20 insidiabatur ecclesiae. per ferme triennium uel amplius sanctae memoriae papa Simplicius numquam destitit scribere ad Acacium episcopum, ut fieret de Petro quod Timotheus episcopus postulabat. scriptum est etiam principi sed numquam
21 inde rescriptum est. post omnia Iohannem presbyterum et oeconomum suum Timotheus ad principem misit rogans, ut si quid sibi humanitus forte contingeret, iuberet pietas eius catholicum a catholicis ordinari. ad cuius petita responsum est et tam ipsi quam clericis scriptum atque isdem sacris oeconomus Iohannes multis laudibus praedicatur, ut iam paene omnibus Alexandriae episcopalis putaretur officii candi-
22 datus. defuncto isto Timotheo episcopo oeconomus ille Iohannes, quem clementissimus imperator pro ecclesia et fide scripserat

1 remotum *Σ* ysaiam *V* 2 de petro longius in exilium dirigendo quia . . ecclesiae *V* (ut eundem petrum longius in exilium dirigeret quia . . ecclesiae *Σ*): de petro quia (qui *BW*) . . ecclesiae ut (quatenus *W*) ad longinquum (longincum *Δ*) deportaretur exilium *BΓΔW* 3 letabat *V* alexandria *Δ* et *om.* *Δ* 4 pro (*pro* per) *B* ferme triennium *BΓΔWΣ*: triennium ferme *V* uel (et *Σ*) amplius *VΣ*: *om.* *BΓΔW* 5 symplicius *B* numquam (numquann *B*) *VBΣ*: non *ΓΔW* destitit (desistit *V*) *VΣW*: desiit *BΓΔ* scribere *VΣW*: scribendo *BΓΔ* 6 achacium *Γ*, achachium *Δ*, cacium *B* ut fieret *VΣ*: ut ageret (agere *Γ*, ageraret *Δ*) cum imperatore et (ut *Δ*, quatenus *W*) fieret *BΓΔW* 7 etiam *om.* *B* pricipi *B*. princeps *Δ* 8 rescribtum *Γ* 9 eoconium *V*, yconomum *Γ*. eticonomum *Δ*, canonum *B* 10 contingeret *VΓ*: contigerit *BΔ* *et ante et post* iuberet *eras.* et *Δ* iuueret *Γ* pietatis *Γ* 11 catholicūş cum acatholicis *B* a (*pro* ad) *B* petitu *B*, pietate pene'// [ita] (ita *man. 2, sub ras. fuisse uidetur* ta) *Δ* 12 et tam *ΓΔ*: ut tam *B*, etiam *V* ipsis *Γ*, ipse *B*, ipsi et *Δ* scribtum *Γ* atque *V*: et *ΓΔ*, et in *B* hisdem *BΓ* 13 iohannes economum *trsp.* *B*, iohannis yconomus *Γ*. iohannis iconomus *Δ* ut etiam *B* 14 alexandrinae episcopalis *B*. alexandriępalis [a] *V* 15 oeconomus ille iohannes *V*: iconomus (yconomus *Γ*) iohannis *ΓΔ*, iohannes et conomus *B* 16 quem clementissimus . . 449, 1 laborare *V*: *om.* *BΓΔW*(*Σ*)

laborare, catholicus a catholicis episcopus ordinatur. qui cum
more maiorum ad apostolicam sedem synodica per Isidorum
presbyterum et Petrum diaconum scripta misisset, superueniente
Uranio subadiuua et contra Iohannem episcopum sacra
principis deferente, ab episcopatus illius papa confirmatione
suspensus est. et quia isdem sacris de restituendo Petro,
quem ipse damnauit, fecerat mentionem, haec pars omnino est
abnegata. unde uidetur clementissimus imperator offensus.
cum ergo sanctae memoriae papae Simplici nihil totiens ad 23
Acacium ante directa propter Alexandrinae ecclesiae quietem
et catholicae integritatem fidei scripta proficerent, superuenit
idem fugiens sanctus Iohannes episcopus, qui sicut decebat
ab apostolica sede susceptus est. nam et priores eius similiter
Romanae ecclesiae tempore persecutionis suffugium poposcerunt.
huius aduentus plenius uniuersa patefecit. cui dum Acacii 24
scripta legeremus, quae de Petro et Iohanne miserat, excessus
Acacii etiam in hac causa grauissimi sunt retecti. illo enim

1 episcopus (epis *V*) ordinatur *VΣ*: ordinatur episcopus *BΓΔ* 2 more *V:* de consuetudine (consuetudinem Γ) *BΓΔ* sedem *om. B* synodica *ex* synodicā *V*, *ex* synodeca Δ *man. 2* per Ysidorum .. diaconum *V: om. BΓΔ* (*WΣ*) 3 scribta Γ remisisset Δ 4 subaiuua *V*, subadiuba *B* episcopum *VΣ*: iam episcopum *BΓΔW* sacro principe Δ 5 deferrente Γ papae Δ confirmatione papa *trsp. B* 6 isdem *V:* hisdem ΓΔ, in sedem *B*, in isdem Σ sacris .. mentionem *om.* Δ 9 papa Γ symplicii *B*, simplicium Δ quotiens *B* 10 achacium Γ, ac^{h}//acium Δ ante directa *V: om. BΓΔ* papae (*pro* propter) *B* alexandriae ΓΔ quietim Δ 11 integritatem fidei *V:* fidei (fidem Δ) integritatem *BΓΔW* scribtam Γ proficerint Δ, proficent *B* sub (*pro* superuenit) Δ 12 fugiens *V: om. BΓΔW* sancti Γ iohannis ΓΔ decebat *W:* dicebat *VB*, dicebat *inter scribendum in* decebat *corr.* Γ, diceba^{n}t alii Δ 13 ab *VBW: om.* ΓΔ susceptum *B* prioris *B*, prioras Δ 14 persequutionis Δ 15 achacii Γ, achaci Δ, bona (*cf. supra ad p. 442, 5*) acacii *B* 16 scribta Γ legerimus *B*, relegerimus Δ petra *B* iohanne *V:* iohanne (iohannem *B*) antiochenis (anthioccenis *BΓΔ*) *WBΓΔ* 17 achacii ΓΔ in ac *B* grauissime (*correxi*) sunt retecti *V:* grauissimus deprehenditur *W*, grauissimus (grauissimos Γ) deprehendit *BΓΔ* illum *B*

tempore, quo de Petro Alexandrino damnato retulit, etiam de Petro et Iohanne Antiocheno sic scripserat: Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse sed hoc propter crimina derelicto Antiochiam fugisse; ibi pulso Martyrio catholico episcopo per uilissimum populum et haereticos sedem ipsius occupasse continuoque damnatum ab episcopis atque a Leone principe Oasam deportatum; de quo lapsum Constantinopolim redisse ac dedisse fidem, quod nullas ulterius turbas facere prorsus auderet, sed, sicut superius dictum est, Basilisci temporibus a Timotheo illo damnato, qui Constantinopolim uenerat, ad Antiochiam remissum fuisse, ut iterum illic episcopatum teneret. quo facto idem Petrus Iohannem quendam presbyterum, de quo Acacium diximus retulisse, ordinat Apamenis episcopum; a quibus non receptus redit Antiochiam et Petrum episcopatus sui pellit auctorem et inuadit eius ecclesiam. quos simul damnatos iterum dicit Acacius petens ab apostolica sede, ut, si ad eam forte

1 quod de *B* alexandrinae *B* damnatur Δ retulit etiam *VΣ*: retulerat (etulerat Δ) non longe post etiam (iam ΓΔ) *B*ΓΔ 2 iohām *B* antiocheno *VΣ*: *om.* *B*ΓΔ sic ΓΔΣ: *om.* *VB* scribserat Γ 3 monasterio *B* guuernasse Γ hoc pape criminati relicto *B* 4 anthiociam Γ, antiochenam *B* fuisse Δ ubi pulso *B*, impulsu Δ martyrio *VΣ*: *om.* *B*ΓΔ 5 uilissimum populum et *VΣ*: *om.* *B*ΓΔ hereticus Δ 6 occupasset *B* damnato *B* ab episcopis atque *VΣ*: *om.* *B*ΓΔ 7 a leone *B*ΓΔΣ: leonē *V* principe *VB* (imperatore Σ): tunc principe (principēs Δ) ΓΔ oasam deportatum *VΣ*: ad oasitanum (casitanum Δ) exilium (exilio Δ) esse directum *B*ΓΔ labsum Γ, lapsu *B*Δ 8 residisse *B* quo *V* nullus Δ 9 alterius ΓΔ faceret *B* audiret Δ 10 basilici *B*, baselisci Γ 11 antiociam *B*, anthiociam Γ 12 quod Δ 13 iohanne *V* quidam Δ achacium ΓΔ 14 rettulisse Γ, recolesse Δ ordinat apamoenis Γ, ordinata pamoenis Δ, ordinata pamenis *VB* episcopus Δ receptum *B* 15 redit *VΣ*: uenit *B*ΓΔ*W* antiociam *B*, anthiociam Γ episcopatum Γ, episcopatum *B* 16 et inuadit (ñ *falso addit V*) eius ecclesiam *VΣW*: *om.* *B*ΓΔ quos simul damnatos iterum *VΣ*: qui simul iterum damnatos *W*, cum quo simul damnatus est. iterum *Liberat.*; quos iterum damnatos (damnatus Δ) *B*ΓΔ dīc Δ, dī *B* 17 achacius ΓΔ sede se ut *B* ad eam (ad eadem Σ) forte *VΣW*: forte ad eam *B*ΓΔ

confugerent, ne ipso quidem dignos haberet aspectu et, si
iam aliquam indulgentiam forsitan impetrassent, irritam esse
debere nec eorum paenitentiam recipiendam esse. quod cum 26
praefatus sanctus Iohannes Alexandrinus episcopus relegisset,
tacere non potuit, quod illum Iohannem, quem Acacius cum
Petro damnauerat et sine paenitentiae remedio fecit ab
apostolica sede damnari, post tot damnationes Tyriorum
miserit ecclesiae praesidere. postquam ergo non solum nihil 27
profecisse litteras decessoris sui sanctus Felix papa cognouit
et ludibria quaedam ab Acacio fieri in euersionem fidei et
totius ecclesiasticae disciplinae, electis Uitali episcopo Troen-
tinati ex Picenti regione et Miseno Cumanae ecclesiae episcopo
ex regione Campaniae sub hac instructione direxit, ut Petrus
de Alexandrina pelleretur ecclesia et ut libello sancti Iohannis
episcopi Alexandrini responderet Acacius atque ipsi denuntia-
retur Acacio, ut anathema Alexandrino diceret Petro. sed 28
legati supra dicti, quamuis in custodiam hostili more detrusi

1 confugerint *BΔ* ne ipso quidem dignos haberet (digni haberentur Σ) aspectu (effectu *ex* effectum *V*) *VΣ*: nec uisu (uisui *B*, uisi *Δ*) dignos (dignus *BΓΔ*) haberet *BΓΔW* iam si *trsp.* *Δ* 2 aliqua indulgentia *ΓΔ* forsitam *ΓΔ* inpetrasset *Δ* inrita *ΓΔ* 3 deberet *ΓΔ* incipiendam *Γ* 4 sanctus *V: om. BΓΔW* iohannis *ΓΔ* retulisset *B* 5 quem (*pro* quod) *Δ* quem acacius (achacius *Γ*, achatius *Δ*) *BΓΔWΣ*: acacius quem *V* cum petro damnauerat *VΣ*: damnauerat cum petro *BΓΔW* 6 penitentiae remedio *VΣ*: remedio penitentiae *BΓΔW* 7 se (*pro* sede) *B* post tot damn. Tyr. *om.* *Δ* damnationis tiriorum *B* 8 miseret *B*, miserata *Δ* ecclesiam *B* praesedere *Δ* 9 proficisse *BΓΔ* literas *B* praedecessoris *W* felix *BΓΔW: om. V* 10 achacio *Γ*, athatio *Δ* fieri inuersione *Δ* fidei et *V* (*cf. W*)*: om. BΓΔ* 11 elictis *B*, lectis *V* uitali *V:* uitale *BΓΔ* trentinati *Δ*, troentinate *B* 12 picenti *V:* picina *BΓΔ*, picena *W* e miseno cumana *B*, et misino caimane *Δ* 14 de *om. B* et *om.* *Δ* libellos *B*, libellus *Δ* 15 acha^c^ius *Δ* acacius . . denuntiaretur *om.* *Γ* ipse *BΔ* denuntiatur achatio *Δ* 16 achacio *Γ* Alexandrino *VW: om. BΓΔ* dicerit *Δ* sed legati supra dicti quamuis in custodiam hostili more detrusi *V:* qui quamuis hostili (ostili *B*) more detrusi in custodiam *BΓ*, quidem uiso stili more detrusi in custodia *Δ*, qui licet hostili more in custodia detrusi *W*

chartas amiserint, tamen perfidis haereticis atque damnatis adcommodare non debuerant, quae sola negari potuit, uoluntatem. non solum ergo non egere quae iussa sunt aut quae poterant expedire fecerunt sed etiam haereticis communicauerunt, confirmationem Petri episcopatus, ad quem pellendum missi fuerant, deferentes atque contumelias in episcopum
29 Iohannem Acacio rescribente portantes. quibus commotus papa beatissimus habita synodo Uitalem et Misenum ab officio et communione suspendit ac deinde damnauit Acacium. cuius postea audacia deteriora committens etiam illum Petrum Antiochenum eiecto catholico Calendione a se ordinato ad Antiochenam misit ecclesiam.

---

30 Postquam Iohannes superuenit episcopus, quem sicut oportuit Romana suscepit ecclesia, sanctus papa Felix legationem, ut dictum est, ordinauit. quae apud perditos animos quicquid est hostilitatis experta est. nam detrusa in custodiam perditis chartis cum grandi uix remeauit obprobrio, episcopatum

1 cartas *B*Δ ammiserint *B* 2 debuerant *VB:* debuerunt ΓΔ*W* negare ΓΔ uoluntate *B*Δ 3 egere *V:* egerunt ΓΔ*W*, negerunt *B* atque (*pro* aut quae) Δ 4 poterant expedire *V:* expedire (expetire Δ) poterant *B*ΓΔ fecerunt *V: om.* *B*ΓΔ etiam *B*ΓΔ*W: om.* *V* communicauerint confirmatione Δ 5 at Γ que *B* pellendi Δ 6 deferentis Δ 7 achacio Γ, achatio Δ rescribente *V:* dirigente *B*ΓΔ (*cf.* *W*) quibus commotus papa beatissimus habita synodo *V:* quibus rebus habita synodo commotus beatissimus papa *B*ΓΔ*W* (*cf.* *W*) 8 nesenum *B* et *om.* *V* 9 ac deinde damnauit acacium *V:* acaciumque (achaciumque Γ, achatiumque Δ) damnauit *B*ΓΔ 10 postea *V:* *om.* *B*ΓΔ*W* comittens *V* illum *om.* *B* 11 antiocenum *B*, anthiocenum Γ electo *V* catholicum Δ calendionem Δ, kalendionem Γ a se ordinato *V:* quem ipse ordinauerat *B*ΓΔ*W* ad *om.* Δ 12 anthiocenam Γ, acatiocenam *B*, antiochiam Δ ecclesiam EXPLICIT *B* 13] *§§ 30 et 31, quas solus exhibet V, ad ipsum tractatum non pertinent sed ei posteriore tempore a nescio quo additae sunt idque ita, ut uerba § 30 ex ipsius tractatus §§ 23 et 28 conflarentur.* sicut oportuit *huc transposui coll. § 23, unde haec desumpta sunt: post* ut dictum est (15) *exhibet V* 15 perditos animos *scripsi:* praedicatos animos *V*, praedictos omnes o^2 17 perditi *V*, *corr.* o grande *V*

Petri, ad quem expellendum missa fuerat, firmatum reportans.
quem Romana anathemarat ecclesia ita: Felix papa episcopis 31
per Aegyptum Thebaidem Lybiam et Pentapolim constitutis post alia: Petrum uero, qui se ab ecclesiae unitate sub beatae recordationis Proterio separauit et in mortem ipsius parricidae Timotheo ad persequendos iunxit orthodoxos, nulla tanti nominis aut honoris permittimus societate laetari, quando in creatoribus propriis non dissimilibus ipso sui exordio caducum, quod se aestimat, reperitur. est ergo praefatus cunctis anathema nec ab ecclesia catholica credatur umquam recipi, qui post coher<ci>tionem saepissimam et per tot annorum spatia in peruersitate propria perseuerans locum satisfactionis amisit.

(100.)

EIUSDEM PAPAE GELASII ADUERSUM ANDROMACHUM ET CETEROS ROMANOS QUI LUPERCALIA SECUNDUM MOREM PRISTINUM COLENDA CONSTITUUNT.

Sedent quidam in domibus suis nescientes, neque quae loquantur neque de quibus affirment, de aliis iudicare nitentes, cum se ipsi non <iu>dicent et uelint prius accusare quam nosse ac docere quam discere et indiscussis rebus nec inuesti<gati>s causis nec rerum ratione quaesita, quod eis ad buccam uenerit, inconsideranter effundere et praecipitanter euomere, non ueritatis adsertione prolata censentes sed studio cacologiae, quae nesciunt, arguentes, eoque progressi sunt, ut etiam recte facta maliuolentiae proposito lacerare contendant; qui si saperent, non praecipitarent omnino sententiam sed perscrutatis ante rebus
loquenda depromerent. uerum quia nos arguunt segnes esse 2

2 anathematizarat $\rho^2\alpha$ *man. post.* ita *distinxi ab eis quae sequuntur coniunxique cum eis quae antecedunt* 4 talia *V*, *corr.* o 5 parridię *V*, *corr.* o^2 6 ad *V:* ad se *α*, *unde* se ad ρ^2 7 laotari *V*, *corr.* o quanto *V*, *corr. Thiel* 9 repperitur *V* *fort.* esto 11 cohertionem *V*. *correxi:* cohortationem *uulgo* 12 perseuerant *V*

100. *Edd. Car. I² 410; Bar. ad a. 496, 30; Collect. Concil.; Thiel 598.* 14 INCIP EIUSDEM *V* 19 iudicent o^2: dicent *V* nosce *V*, *corr.* o^2 20 inuestigatis *Car.:* inuestiis *V* 25 qui o: qua *V*

censores in uitiis ecclesiae cohercendis, et a nobis consequenter
agnoscant non tantum corporalis adulterii esse peccatum, quod
et discuti debeat et iure puniri, sed esse longe maius for-
nicationis et adulterii genus, quod in quolibet Christiano, quia
membrum omnis Christianus ecclesiae est, competenter debeat
uindicari: tanto enim sacrilegii maius est crimen, quanto animae
fornicatio peior est corporis; nam per animae fornicationem ab
ipsius dei coniunctione disceditur adque inmundos spiritus
3 spiritalis adulterii genere transitur. quomodo autem non <in>
hanc partem recidit, qui cum se Christianum uideri uelit et
profiteatur et dicat, palam tamen publiceque praedicare non
horreat, non refugiat, non pauescat ideo morbos gigni, quia
daemonia non colantur et deo Februario non litetur, ei deo.
ubi haec deliramenta compererit? quomodo praeuaricator non
est, qui in has blasphemiae profanitates incurrit? quomodo
sacrilegus non aestimetur, qui abiurata unius dei prouidentia
et potestate, quam confessus, ad prodigiosas superstitiones et
4 uana figmenta seducitur? secundum apostolum longe deterius
iureque damnandum confessam ueritatem deserere quam si in
eam nullatenus credidisset. quamuis enim ridiculosa sint figmenta,
quae proferat, tamen ipse affectus et uoluntas in crimine est
et professio ac praedicatio iure damnanda, ac per hoc, qui in
alium sententiam damnationis uult sine dilatione proferri, in
quo alium iudicat, semet ipsum se condemnare cognoscat.
5 numquid enim pontifex uindicare debet in eos, qui adulterium
corporale committunt, et in eos, qui sacrilegium, id est
fornicationem et adulterium spiritale gerunt, non debet uindi-

18 sqq. cf. Petr. II 2, 20 sq.

3 fornicationis et adulterii ρ²: fornicariis et adulteris *V* 8 coniunctione *ex* coniunctionē *corr. V* adque *scripsi:* atque *V*, atque <ad> ρ² 9 in *add. Bar.* 11 publiceque ρ² *Bar.:* publicęque suppliceque *V* 12 morbo signi *V*, *corr. a man. 1 ut uidetur* 13 deo o: ideo *V* ei deo *temptaui:* uideo *V Bar.* 14 conceperit *Bar.* 15 hac *V*, *corr.* o blaphemiae *V* 17 confessus <est> *Car.* 18 uana *ex* unas *corr.* o²: uanas *V* *fort.* reducitur (*cf. p. 456, 8*) deterius iureque damnandum *scripsi:* deterius iureque (reus) damnandus *V* 19 in eam o: meam *V* 20 credidisset o: credidisse *V*

care? nonne ipse dominus, cum adultera ad eum esset adducta, accusantibus dixit: si quis uestrum sine peccato est, primus in eam lapidem mittat? non ait 'si quis uestrum non simili modo adulter est' sed 'si quis sine peccato est'; quolibet ergo obstrictus quisque peccato in alterius peccati reum lapidem non audeat mittere. quibus tunc pro sua conscientia discedentibus mundi saluator adiecit: mulier, ubi sunt accusatores tui? nemo te condemnauit nec ego te condemnabo. sed uade. ulterius iam noli peccare. tenes et teneris, urgues urgueris, obstringis obstringeris; pontificis discussionem flagitas uindictamque deposcis: memento idem aduersum omne crimen esse proferendum. numquid non 6
etiam leges humanae dicunt, quod reus reum facere non possit? fistucam uides in oculo fratris et in tuo trabem non uides? qui moechos accusas, adulterium facis et corporales adulteros spiritalis adulter incessis? certe discussionem poscis, homo diligens maturus religiosus non uis aliquem in ecclesia peccare, peccantem cupis discuti et poenae consequenter addici: quaecumque in alium promis, et in te proferre cogeris; hoc enim facis, ne segnitia pontificis accusetur, ne maculetur ecclesia: debet ergo et pontificis in omnibus malefactis sollicitudo et seueritas non deesse et ab omnibus ecclesiae fama purgari.
sed dicas forsitan <te> laicum, illum ecclesiae ministrum et 7
eo grauius crimen exaggeres. uerum dicis nec ego diffiteor: tanto sollicitius examinandus est quanto magis propinquus est, tanto magis reus est quanto in illo ministerio constitutus, et haec facere minime debuisset. ecce censura non deest: auditur et, si conuictus fuerit, uindictae consequenter addicitur. age

2 Ioh. 8, 7   7 Ioh. 8, 10 sq.   13 cf. Dig. XLVIII 1, 5; C. Th. IX 1, 12; C. Iust. IX 1, 19   14 Matth. 7, 3

4 simili modo *scripsi:* similitudo *V*, similiter o²   5 quodlibet *V*, *corr. Car.*   10 urges et urgeris, obstringis et obstringeris *Bar.*   obstringes *V*, *corr.* o²   12 idem *scripsi:* in *V*   17 non uis o: nouis *V*   18 cupi *V, corr.* o   pęnę *V*   19 in te o²: inter *V*   20 facit *Mansi*   ne mac. *scripsi*: He (*an* Ne?) mac. *V*, et mac. o   23 te *add. Bar.: om. V;* forsan te o²   24 eo *scripsi:* ego *V*, esse o², ergo (*om.* et) *Edit. reg.*   exaggeras o²   25 solicitius *V*   27 auditu *V, correxi*

modo, quid uis de te? numquid quia in ministerio sacro non
es, in plebe sacra non es? an nescis et te membrum esse
summi pontificis? an ignoras totam ecclesiam sacerdotium
8 uocitatam? postremo si ille reus est, qui accedens ad
ministerium ecclesiae delinquit, numquid et tu reus non es,
qui post confessionem ueritatis ad praua et peruersa et profana
et diabolica, quibus te renuntiare professus es, figmenta
9 reduceris? itaque etiam tu post blasphemias palam publiceque
profusas a sacro corpore modis omnibus abstinendus es. non
potes enim mensae domini participare et mensae daemoniorum
nec calicem domini bibere et calicem daemoniorum, non potes
templum dei esse et templum diaboli, lux simul et tenebrae in
te conuenire non possunt. uiderim, utrum urgueas atque compel-
las in alio maleficium uindicari: tu tamen sceleris tui pondus
non potes declinare et, quanto in alio transire crimen non pateris
impunitum, tanto quid etiam in te pro rerum ratione facere
10 debeamus ostendis. uerumtamen in ipsis blasphemiis tuis,
quibus es iure plectibilis, imperitiam tuam euidenter agnosce
et, sicut ait ille, *uoluntatem habere te mentiendi,*
artem fingendi non habere, cum sic te intellegas malum
habere affectum peruersumque apostatandi propositum, ut tibi
materia prorsus uanitatis illius nulla suppeditet nec possis
11 adstruere, quod corde concipis et ore depromis. dic mihi,
cum saepenumero in Romanis historiis legatur Liuio ora<to>re
saepissime in hac urbe exorta pestilentia infinita hominum
milia deperisse atque eo frequenter uentum, ut uix esset, unde
illis bellicosis temporibus exercitus potuisset adscribi: illo
tempore deo tuo Februario minime litabatur an etiam cultus

3 Petr. I 2, 5 9 sqq. cf. Cor. I 10, 21 et 20; II 6, 14 19 ?
23 sqq. inter Liuii secundae decadis fragmenta receperunt qui Liuium
ediderunt (Hertz fragm. 12)

3 sacerdotum *V*, *corr. Bar.* 13 urgeas *Bar.*: urgues *V* 14 male-
ficio *V*, *corr. Thiel*: maleficia *Bar.* 15 poteris *V*, *corr. Car.* 19 uo-
luntate *V*, *corr.* o 24 Liuio oratore *scripsi:* libi o orare *V*, Liuio auc-
tore *Car.*

hic omnino nil proderat? illo tempore Lupercalia non celebr<a-
b>antur? nec enim dicturus es haec sacra adhuc illo tempore
non coepisse, quae ante Romulum ab Euandro in Italiam
perhibentur adlata. Lupercalia autem propter quid instituta 12
sunt, quantum ad ipsius superstitionis commenta respectat,
Liuius in secunda decade loquitur nec propter morbos inhi-
bendos instituta commemorat sed propter sterilitatem, ut ei
uidetur, mulierum, quae tunc acciderat, exigendam. proinde si
uel ad hoc ipsum aliquid hoc ualeret, hoc intermisso non
morbus acciderit, contra quem Lupercalia reperta non sunt.
sed feminae nequaquam generare debuerant, pro quarum
fecunditate concinuntur inuenta. quid dicturi estis de peste, 13
de sterilitate, de bellorum tempestate continua? numquid et
haec propter sublata Lupercalia contigerunt? si autem non
propter ista uel uitanda uel curanda Lupercalia sunt prouisa,
quid inani turbatione iactamini? quid Tuscia, quid Aemilia
ceteraeque prouinciae, in quibus hominum prope nullus
existit, ut bellica necessitate consumerentur, Lupercaliorum fecit
offensio, quae longe ante uastatae sunt, quam Lupercalia tolle-
rentur? quando Anthemius imperator Romam uenit, Lupercalia
utique gerebantur et tamen pestilentia tanta subrepsit, ut tole-
randa uix fuerit. numquid per Campaniam Lupercalia gerebantur,
quae sublata morbos illic et pestilentiam procrearent? sed 14
dicturi estis ad Romam tamquam ad caput omnia pertinere et,
quod hic factum non est, diuersis prouinciis ad eam pertinentibus
obfuisse. cur ergo, antequam ad Romam istae prouinciae
pertinerent, praeter Lupercalia propriis opibus floruerunt? ut
sterilitas sit continuata terrarum, Lupercalia sublata fecerunt

1 proderat illo tempore quo Lup. celebrabantur *Thiel* celebrantur *V*, *corr.* ρ 3 cepisse qui *V*, *corr.* o^2 5 respectant *V*, *correxi* 6 libius *V* 8 exigendam *Labb. in marg.:* exhibenda *V*, eximendam *Thiel* 10 accidere *Thiel* 12 concinantur *V*, *correxi:* concinnantur *cod. Angelic* 13 sterelitate *V* 16 dęmilia *V*, *corr.* o 18 uellica *V*, *corr.* o^2 21 suprepsit *V* 22 campania *V*, *corr.* (*man. post.?*) α 23 pestilentia *V*, *corr.* o: pestilentias $α^3$ procrearet *V*, *corr.* ρ 24 dicitur iestis *V*, *corr. Car.:* dicitur gestis α

an nostrorum merita peccatorum, de quibus olim dictum est:
et
Quicquid Romani meruerunt perdere mores?
sterilitas certe feminarum debuit prouenire, propter quam
auferendam Lupercalia instituta iactantur, non sterilitas terrarum,
propter quam Lupercalia non sunt instituta remouendam. quid
15 in Africa unde sterilitas? quid in Galliis? Lupercalia ista fecerunt
an nostri mores. furta, homicidia, adulteria, iniustitiae, iniquitates,
ambitiones, cupiditates, periuria, falsa testimonia, oppressiones
miserorum, bonarum causarum impugnatio malarumque defensio
et in omnibus inaudita peruersitas, postremo, quod supra omnia
est, deo fictae mentes et sacrilegia artesque magicae etiam
paganis horrendae? ecce, quae faciunt omnia aduersa et inimica
nobis, non Lupercalia, quae sunt pro uestra salute sublata.
16 sed quid dicitis uos ipsi, qui Lupercalia defenditis et agenda
proponitis? uos ea depretiatis, uos eorum cultum celebritatemque
uilem uulgaremque redditis. si offensio Lupercaliorum nobis
aduersa procurauit, uestra culpa est, qui quod uobis singulariter
prodesse putatis, neglegentissime et non * * longe impari cultu
et deuotione ea ducitis celebranda, quam profanitatis uestrae
celebrauere maiores. apud illos enim nobiles ipsi currebant
et matronae nudato publice corpore uapulabant. uos ergo
primi in Lupercalia commisistis. satius fuerat non agere quam
ea cum iniuria celebrare, sed deduxistis uenerandum uobis
cultum et salutiferum quem putatis ad uiles triuialesque
17 personas, abiectos et infimos. si uere ergo profitemini hoc
sacrum ac potius execramentum uobis esse salutare, ipsi
celebrate more maiorum, ipsi cum resticulo nudi discurrite,

2 ?

2 et *praesertim in fine uersus uix sanum* 5 sterelitas *V* 6 remouenda *V*, *corr. Thiel* 8 nostris *V*, *corr.* ρ² 10 inpugnatio *ex* inpugnatione *corr. V* 17 ostensio *V*, *corr. Bar.* 19 non longe *V:* tam longe *Bar.*, cum longe *Thiel*, nunc longe *Hartel; ego lacunam indicaui quam sic fere expleuerim* non ‹sicut decuit obseruantes› longe 25 et salutiferumque quem *V*, *corr.* o: et *del. Thiel* 26 hoc *Bar.:* in hoc *V* 28 resticulo *scripsi coll. Plutarchi Caes. 61* διαθέουσι ἀνὰ τὴν πόλιν γυμνοὶ σκύτεσι λασίοις τοὺς ἐμποδὼν .. παίοντες (*cf. etiam Romul. 21, Anton. 12*): ridiculo *V*, amiculo *Car.*

ut rite uestrae salutis ludibria peragatis. si magna sunt, si
diuina, si salutifera, si in his uitae uestrae pendet integritas,
cur uos pudet per uos ipsos talia celebrare? si pudet et dedecus
est, itane salutiferum est et diuinum et profuturum, quod uos
ipsi dedecus esse fateamini? nemo religionem profitetur,
quam per se exsequi prorsus erubescit et refugit: ipsa uere-
cundia uestra uos doceat crimen esse publicum, non salutem
et non diuinitatis cultum, de quo sapiens nullus erubescit, sed
instrumenta prauitatum, quibus mens uestra contra semet
ipsam testimonium ferens, quod gerendum profitetur, erubescit
implere. Castores uestri certe, a quorum cultu desistere 18
noluistis, cur uobis oportuna maria minime praebuerunt, ut
hiemis tempore uenirent huc nauigia cum frumentis et ciuitas
inopia minime laboraret? an diebus sequentibus hoc futurum
est aestatis? a deo constitutum beneficium est, non Castorum
uana persuasio. dicite nobis, nec Christiani nec pagani, ubique 19
perfidi nusquam fideles, ubique corrupti nusquam integri, qui
tam utrumque tenere non potestis, quam sibi utrumque con-
trarium est; dicite inquam, Lupercaliorum patroni et re uera
digni talis ludibrii et cantilenarum turpium defensores, digni
magistri uesaniae et qui non sine causa sana capita non habetis,
digni hac religione, quae obscenitatum et flagitiorum uocibus
celebratur: uideritis ipsi, quid uobis salutis impendat, quae
tantam moribus labem perniciemque proponit? nec est, quod 20
dicatis potius haec agendo et facinora uniuscuiusque uulgando
deterreri a talibus commissis animos et pudore refrenari, ne
de his publica uoce cantetur, quando, sicut ille ait, non tam
deterrere quam admonere animos haec ludibria uideantur
et, sicut ille dixit,

iram atque animos a crimine sumunt

27 ? 30 Iuuenal. VI 285

1 peragratis *V*, *corr.* o 11 pastores *et* 15 pastorum *quam ineptissime coniecit Thiel* 17 numquam integri *V*, *corr. Car.* 20 digni talis *scripsi:* dignitati *V*, diuinitatis *Car.*, dignitates *Hartel* 26 deterrire *V*, *corr.* α^3: deterrere o^2 28 diterrere *V*, *corr.* o^2 admouere *Coust.* hac *V*, *corr.* o 30 ira *V*, *corr.* o

eo impudentiores effecti, quo crimine publicato expositaque
uerecundia nil superest omnino, quod pudeat, nec habet, quod
metuat publicari, sed iam se fiducialiter exertat, qualis in
propatulo non per coher<ci>tionem sed potius per quandam
laetitiam et celebritatem numinum decantata est, quaelibet illa
persona, immo et religione se praestare confidit, ut sit, unde
numinum sollemnia celebrentur, quae nisi criminum decantati-
21 onibus non coluntur. dicite nobis itaque, qui uoluntatem
profanitatis habetis, cuius causas asserere non potestis, qui
tuendae habetis propositum falsitatis, quam defendere non
potestis: quid dicturi estis de siccitate, de grandine, de
turbinibus, de tempestatibus uariisque cladibus, quae pro morum
nostrorum qualitate proueniunt? numquidnam haec omnia pro
sublatis Lupercalibus contigerunt an malis moribus castigandis
22 meritis retributionibus inferuntur? sed non mirum est homines
non iudicio diuino uelle ista contingere sed uanae superstiti-
onis incursu, qui ut sua crimina et malefacta cooperiant, auc-
toritatem caeli sidera perhibent adhibere et fatalem indu<cere>
errorem necessitatemque peccandi facinoraque sua non de cordis
proprii peruersitate procedere sed caelo auctore pendere. pro-
ponite igitur, pro quibus aut submouendis malis aut promerendis
bonis Lupercalia uestra fuerint instituta, et uideamus, quae
illa bona prouenerint, cum Lupercalia gererentur, et quae mala
23 successerint, cum Lupercalia uiderentur ablata. figite gradum:
ad quod uestrum excidium dicatis haec prodigia fuisse reperta,
digni, qui monstrum nescio quod pecudis hominisque mixtura
compositum siue uere siue false editum celebretis? si propter

1 eo *o*: co *V* expositamque *V*, *corr. o* 3 exerat *V*, *correxi* 4 cohertionem *V*, *corr. Bar.* 5 nominum *V*, *corr. Thiel* 6 sint *o* 7 nominum *V*. *corr. Bar.* 11 dicitur *V*, *corr. o* 12 turbinis *V*, *corr.* a^3: turbine o^2 14 an malis *o*: animalis *V*, an in malis *Car.* 17 qui ut *Thiel:* quibus *V* cooperiant auctoritate coeli, sidera perh. adhiberi *Thiel* 18 inducere *scripsi:* indu *V*, inducit *a*, inducunt *Bar.*, induci *Edit. reg.* 25 *post* excidium *Thiel addi iubet* submouendum

pestilentiam summouendam. ut antiquiora praeteream, ecce, antequam meis temporibus tollerentur, pestilentiam grauem tam in urbe quam in agris hominum pecudumque fuisse non dubium est; si pro sterilitate iactatis, cur in Africa uel Galliis ista contingunt, ubi nec fuerunt aliquando Lupercalia nec constat fuisse sublata? cur nunc Oriens omnium rerum copiis exuberat et abundat, qui nec celebrauit umquam Lupercalia nec celebrat? an dicitis illic nocere, ubi per plurima saecula 24
fuerant celebrata et repente sublata sunt? uideamus ergo, si his temporibus, quibus dicitis agitata et rite ac plena sui, sicut uobis uidetur, deuotione completa sunt, numquam fames, numquam pestilentia prorsus extiterit. si uero saepenumero his cladibus ad extremum periculi uentum est, apparet his malis summouendis nihil Lupercalia profuisse etiam eo tempore, quo, sicut dictum est, ut putatis, competenti ordine gererentur. sic de singulis quibusque necessitatibus, propter quas dixeritis fuisse prouisum, si constiterit etiam illis non desisse, uana huius remedii conuincitur esse praesumptio. — uerumtamen cur non hoc etiam nunc experiamini, utrum ualeant aliquid rite celebrata? et uos per ludibria ista discurrite uestrorum more maiorum, ut diuinam rem et salutarem uobis, ut dicitis, deuotius celebrando saluti uestrae prospicere magis magisque ualeatis! — numquid cum haec celebrarentur, 25
a Gallis Roma non capta est et saepenumero ad extrema quaeque peruenit? numquid bellis ciuilibus sub hac celebritate non concidit? numquid Lupercalia deerant, quando urbem Alaricus euertit? et nuper, cum Anthemii et Ricimeris ciuili furore subuersa est, ubi sunt Lupercalia? cur istis minime profuerunt? certe <si> diuinum est, si salutare uobis, cur non per uos ipsi, ut maiores uestri, ista faciatis? cur causas uestrae salutis minuitis? cur decoloratis, cur eliditis,

3 urbem quam in agros *V*, *corr. Car.* 4 sterelitate *V* 6 quur *V* 7 exuberat *ex* exuberauit *corr. V* qui o^2: quae *V* 10 agitatta *V* 11 famis *V* 17 quas *Bar.*: quam *V* 19 uerumtamen cur ***usque ad*** 23 ualeatis ***post*** 29 profuerunt ***collocanda uidentur*** 20 ualeat *V*, ***corr. Bar.*** 29 si *add. Bar.* 30 facitis *Bar.*

cur ad uilia quaeque deducitis? quid imputatis nobis, cum
26 ipsi remedia uestra calcetis? satius est et non temptare quam
contumeliose peragere. maiores certe uestri si uitiose, ut illis
uidebatur, sacrum aliquod celebrassent, instaurandum esse
ducebant: cur non, quod ad uitiosum cultum redegistis per
indignas quasque id exequendo personas, competenti instaurati-
one reparatis, ut causas uestrae salutis plenius perfectiusque
tractetis? cur uos pudeat agere, si salutare est? si diuinum,
27 cur tractasse sit dedecus? sed inquis uel imaginem ipsius
rei non debere moueri. si prodest, si salutare est, cur imago
potius apud uos et non ipsa sit ueritas? aut si certe nec
tunc profuit, quando ritu integro, sicut dicitis, tractabatur,
quid quaeritis eius imaginem, cuius nec ipsam profuisse
28 cernitis ueritatem? sed dicitis tot saeculis rem gestam non
oportere secludi. nihilominus multis temporibus paganitatis
superstitio uentilata est. sacrificetur in templis daemonum et
in Capitolio profana uanitas celebretur! cur portionem defen-
ditis et, quae maiora sunt, praeteritis? si plurima genera
uanitatum multis acta saeculis probantur esse sublata, cur
portio quantouis tempore uentilata non possit auferri? si
temporibus praescribitur, imputate maioribus uestris, qui cum
hac temporis praescriptione non usi sint, posse, quod super-
fluum est, et debere remoueri, dum plura et maiora submota
29 sunt, indicarunt. sed dicis etiam Christianis temporibus haec
fuisse. sed etiam illa aliquamdiu Christianis quoque temporibus
celebrata sunt. numquidnam, quia sub primis praesulibus
Christianae religionis ablata non sunt, ideo sub eorum succes-
soribus tolli minime debuerunt? multa sunt, quae singulis
pontificibus diuerso tempore sublata sunt noxia uel abiecta;
non enim simul omnes in corpore curat medicina languores,

2 ē et (est et) *in* ēs et (= esset) *mutauit* a^3, est (*del.* et) *Bar.* 5 ad uitiosum *ex* anitiosum (*sic* a) *corr.* o^2: auitiosum *V* 9 cur *scripsi:* quod *V* 11 *fort.* fit 12 tractabitur *V*, *corr.* o 22 hec *V*, *corr.* o^2 praescriptionem *V*, *corr.* o 25 aliquandiu *V* 28 ⟨a⟩ singulis *Car.* 30 curati *V*, *corr.* o langore *V*, *corr.* o

sed quod periculosius conspicit inminere, ne aut materia
corporis non sufficiat medicinae aut pro conditione mortali
simul omnia non possit auertere. quaere, quale sit, unde
agis: si bonum est, si diuinum, si salubre, merito quando-
cumque tolli non debuit; si nec salubre nec diuinum,
causandum tibi magis est, cur tardius auferatur, quod super-
stitiosum constat et uanum, quod certe Christianae professioni
non conuenire manifestum est. postremo, quod ad me pertinet, 30
nullus baptizatus, nullus Christianus hoc celebret et soli hoc
pagani, quorum ritus est, exsequantur. me pronuntiare conuenit
Christianis ista perniciosa et funesta indubitanter existere.
quid me incusas, si quod professioni intime inimicum est,
a consortibus professionis Christianae pronuntio submouendum?
ego certe absoluam conscientiam meam: ipsi uideant, qui
iustis admonitionibus oboedire neglexerint. quod etiam prae- 31
cessores meos forsitan fecisse non ambigo et apud imperiales
aures haec summouenda temptasse et, quia auditos esse non
constat, dum haec mala hodieque perdurant, ideo haec ipsa
imperia defecerunt, ideo etiam nomen Romanum non remotis
etiam Lupercalibus usque ad extrema quaeque peruenit. et
ideo nunc ea remouenda suadeo, quae cum nihil profuisse
cognosco, tamquam contraria uerae religioni noxia potius
extitisse pronuntio. postremo si de meorum persona praescri- 32
bendum aestimas decessorum, unusquisque nostrum admini-
strationis suae redditurus est rationem, sicut etiam in publicis
dignitatibus fieri peruidetis. ego neglegentiam accusare non
audeo praecessorum, cum magis credam fortasse temptasse

1 *fort.* quos aut *Car.:* autem *V* 4 *post* diuinum *del.* est *V* meritoque *Thiel per errorem ut uidetur* 8 ad *o*: a *V* 12 professioni intime (?) *Hartel:* professio (*corr. ex* professione) minimę *V*, professi minime *α* (*unde* professis minime *Thiel*), professo nomini *Bar.* 19 Romanorum *Car.* 22 uera *V*, *corr.* *o* 27 *ante* fortasse *del.* fuisse *V*

eos, ut haec prauitas tolleretur, et quasdam extitisse causas et contrarias uoluntates, quae eorum intentiones praepedirent, sicut ne nunc quidem uos ipsos absistere insanis conatibus uelle perpenditis.

(101.)

GELASIUS EPISCOPUS UNIUERSIS EPISCOPIS PER DARDANIAM SIUE PER ILLYRICUM CONSTITUTIS. Audientes orthodoxam uestrae dilectionis in Christo constantiam atque ita uos antiquae fidei communionisque sincerae traditionibus inhaerentes, ut mentem Christianae deditam ueritati nullatenus inficerent praeuaricatorum uicina contagia, magnificauimus dominum caritatemque uestram missis litteris alloqui per religiosos uiros filios nostros Cyprianum atque Macarium diacones tota cordis auiditate
2 curauimus, quoniam pro sedis apostolicae principatu, cuius sollicitudo delegata diuinitus cunctis debetur ecclesiis, nos uiuimus, si uos statis in domino, magnisque gaudiis triumphamus, cum ubique terrarum dominum Sabaoth semen purae confessionis reliquisse cognoscimus, quod non in petrosa deueniens aestu temptationis exaruit nec uiae proximum cecidit uagantibus inimicis expositum nec in spinas inruit suffocandum sed in bonam terram piae deuotionis uestrae caelesti satione dispersum in tricesimum sexagesimumque

16 Thess. I 3, 8 18 cf. Matth. 13, 5 sqq.

2 intentionibus *V*, *corr. Bar.* 4 perpenditis EXPL *V*
101. *Dat. d. 3 Aug. a. 494.* *B* = *Berolin. lat. 79.* *Edd. Car. I[2] 375; Collect. Concil.; BTA I 285; Thiel 383; particulas tantum Bar. ad a. 494, 17.* 6 episcopus *om. B* siue per Illyricum *V*: et Daciam *B*; *ut episcopis Dardaniae scriptam commemorat epistulam Uigilius in constit. de tribus capit. ep. 83 § 215 (p. 290, 20 sq.)* 8 nos *B* 9 communionis quem *B* mente χpi etiam adeditam in ueritatem *B* 10 inficere ut *B* 12 uestrae *B* reperligiosos *trsp. B* 13 macharium *V* abitate *B* 14 principatum *B* 15 deligata *B* 17 triumphamur *B* ubicumque *B* dominum *V*: deum *B* 18 quo *B* 20 in spinas *scripsi*: in spinis *V*, spinis *B* 21 suffucandum *B* douotionis *B* 22 fatione *V* tricensimum *B* sexaginsimum quae *B*, *correxi*: sexagesimum *V*

fructum centenariumque profecit, perfectionem scilicet fru-
menti dominici mystica locutione designans. quapropter 3
exultantibus animis confidentius incitamus, ut ab Eutychianae
pestis incursu pectora uestra sapienter intemerata seruetis,
quoniam qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus
erit. dominus prope est: nihil solliciti sitis, siquidem
maior est, qui in nobis est, quam qui in hoc mundo, regnum-
que domini intra nos esse scriptura testante sit certum. ut 4
autem ab eorum, qui in errore sunt positi, noxia societate
caueatis, nullum talibus communicantem ad uestrum recipiatis
qualibet subreptione consortium, quia sicut in unaquaque
haeresi cum prauitatis auctore damnato successores eius et
conplices atque huiusmodi sectatores polluta communione
permixtos catholica uitare debet integritas, ita cum Eutychete
Dioscorus simulque Timotheus Elurus et Petrus Alexandrinus
eiusque communicator Acacius nec non etiam Antiochenus
Petrus cum suis omnino sunt participibus abdicandi nec quis-
quam, etiamsi prauitatem deponere se promittat, recitandis
tamen nominibus consentiens perditorum uel eadem recitan-
tium minime communione discretus ad inmaculata sacri gregis
ouilia quibuscumque modis est permittendus intrare, ut ecclesia
dei nostri, quae maculam rugamque non sustinet, in-
uiolata permaneat. absint ergo a fidelibus Christi uiperei
capitis dira commercia et procul a caelestibus pascuis morti-
fera uenena pellantur, ut salutaris alimonia panis illius, qui

5 Matth. 10, 22 6 Philipp. 4, 5 sq. 8 Luc. 17, 21 22 Eph. 5, 27 25 sq. Ioh. 6, 50

1 proficit *B* 2 desigiat qua pro *B* 3 profidentius *B* eutycianę *B* 4 pectura *B* 5 quoniam *B*: quoniam iam *V* 6 sollicitis *V* 7 est *ante* qui *om.* *B* quam *ex* qui *corr.* *V* in hoc *V*: hoc *B* 9 societati *B* 12 successore *V* 13 cōpl ..s (*eras.* ice) *B* uiusmodi *B* sectatoribus *V* 14 eutichete *V*: eutyches *B* 15 dioschorus *B* elluru *B* alexandrinus et petrus *trsp.* *B* 18 etiam se *B* *omisso* se *post* deponere 20 menime *B* sacri gregis *B*: sacrilegis *V*. sacrilegiis *Car.* 22 qui *B* 23 filidelibus *B* uiperei *B*: uipere *V* 24 comnercia *B* precul *B* 25 ut *V*: et *B*

de caelo descendit, fideliter hunc sumentes ad uitam per-
5 ducat aeternam. quae ut mutua ualeamus exhortatione pro-
spicere, det operam uestra dilectio, ut et sospitatem uestrae
caritatis optatam et fidei communi instantia nobis crebrius
aperire non desinat, quatenus alternis nos instructionibus ex-
citantes legitimorum domini sacerdotum possimus inuenire
mercedem. per uicinas quoque prouincias haec eadem pate-
facere uestra caritas uigilanter insistat, ut et qui catholicae
communionis sinceritate subsistunt competentibus roborentur
alloquiis et qui forsitan a huius rectitudine deuiarunt ad inte-
gritatem dogmatis Christiani salubribus monitis reducantur.
6 nouerit autem uestra fraternitas ecclesiae Thessalonicensis
antistitem nostris adhortationibus saepius incitatum contagia
communionis externae numquam declinare uoluisse nec apud
nos nomen Acacii uel ceterorum similium perfidorum hisque
communicantium congrua professione damnasse. quapropter
eum communionem sedis apostolicae non recepisse manifestum
est, quoniam nisi puris sensibus et ab omni nefandae socie-
tatis peste mundatis beati Petri apostoli nec possumus nec
debemus caelestia praebere commercia. propterea cautius
agendum est cum praefato, ne catholicis mentibus ficta apo-
stolicae sedis reconciliatione subripiat; quam sicut dolosis
artibus fallere et circumuenire non praeualet, ita subdolus
7 non potest optinere. auctoritatem quoque nostram, quae ad
Dalmatiarum est directa pontifices, etiam ad uos credidimus

1 descendit de caelo *trsp.* *B* (de coelo descendens *Vulgata*) fideliter *B*: fideles *V* hanc *Car.* 2 exortatione *B* 3 uestram *B* 4 obtatam *B* fidei communis instantia *V*, *correxi*: dei communionis instantiam *B* 5 denat *B* 6 domini *om.* *B* 7 per uicinas *V*: prouincias *B* 10 ad *B*: ab *V* 12 thesalonicensis *B* 13 adortationibus *B* 15 his quȩ *V* 16 congruam professionem *B* 17 communione *V* 18 přis *B*: puri *V* 19 peste mundatis *B*: *om.* *V* 20 caelestia *B*: ecclesia *V*, ecclesiae *uulgo* 21 nec *B* ficta *B*: ut fit *V* (sub ficta *coniecerat* *Thiel*) 22 recontiliacionis *B* subripiat *B*: subrepat *V* 23 sallere *V* subdolus *B*: subsicu! *V*, societatem eius *Thiel* 24 auctoritate quoque nostra *B* 25 dalmacicorum *B* pontificis *B* ad *om.* *B* credimus *V*

dirigendam, quatenus in ueritate catholica secundum formam
traditionis antiquae tenere nos consonam noueritis ubique
sententiam, si quos uero nouos didiceritis motus exsurgere,
nobis fraterna debeatis sollicitudine reserare, quo subinde,
quae patrum regulis congruant, praestante domino remedia
procuremus. nec quisquam omnino uobis persuadeat Acacio 8
praeuaricationis suae crimen fuisse laxatum. quia qui, post-
quam in collegium recidens prauitatis iure commeruit ab
apostolica communione secludi, in hac eadem persistens dam-
natione defunctus est, absolutionem, quam superstes nec
quaesiuit omnino nec meruit, mortuus iam non potest impe-
trare; siquidem ipsis apostolis Christi uoce delegatum est
quae ligaueritis super terram et quae solueritis super
terram. ceterum iam de eo, qui in diuino est iudicio con- 9
stitutus, nobis fas aliud decernere non est praeter id, in
quo eum dies supremus inuenit, atque ideo nisi eius nomine
refutato ceterisque consortibus huius erroris cum nullo prorsus
eorum participare debebitis mensae dominicae puritatem, quam
maiores nostri semper ab haeretica magnopere seruauerunt
pollutione discretam. sed neque uos quisquam circumuenire 10
pertemptet, cum dicat non de religione sed de nominibus
esse certamen uel apostolicam sedem non causam communi-

13 Matth. 18, 18

1 dirigendum *B* 3 dedeceritis *B*, diceritis *ex* diceretis *corr.* *V* mortuos exurgere *B* 4 debeatis *B*: debitis *V*, debetis o debeatis fraterna *trsp.* *B* resecrare o: referare *V*, reseruare *B* quo *V*: qui *B* 5 que *ex* quo *corr.* *B* 7 quia qui *V*: qua *B* qui postquam *usque ad* 16 inuenit *adfert Uigilius ep. 83 § 215 (p. 290, 22 sqq.)* 8 collegius *B* reccidens *V*: recedens *B* iure commeruit *B*: iureque meruit *V*, iure meruit *Uigilius* 9 desistens *B* 10 est *om.* *B* superstitis *B* 12 ipsi *B* 13 legaueritis *B* 14 est *om.* *B* 15 aliud decernere non est *B et Uigilius*: non est aliud decernere *V* id in *V Uigilius*: id quod decretum est in *B* 16 sub premiis *B* 18 debetis *B* domonicae puritate *B* 21 cum *scripsi*: quo *VB*, quod *Car.* non *om.* *V* de nominibus *scripsi* (*cf. p. 468, 5*): demonibus *V*, de omnibus *B*, de moribus ρ^2 22 cummunis catholicae que fidei tractare *B*

onis catholicae fideique tractare sed iniuriam dolere, cur uideatur ab Acacio fuisse contempta, quoniam haec et huiusmodi, quatenus simplices quosque decipiant, hi, qui in errore
11 sunt positi, spargere non quiescunt. uidetis enim, sicut supra iam dictum est, per nomina praeuaricatorum, si, quod absit, in ecclesia recitanda credantur, simul et contagium praeuaricationis induci. sedes autem apostolica in tantum non contumeliam dolet sed fidem defendit communionemque sinceram, ut hodie cunctos, qui in eius uisi sunt prorupisse despectum, si ad integritatem fidei communionisque catholicae reuertantur, secundum regularum tramitem paternarum toto cordis affectu uenientes et plena caritate suscipiat. Dat. III. Non. Aug. Asterio et Praesidio conss.

(102.)

LIBELLUS QUEM DEDERUNT APOCRISARII ALEXANDRINAE ECCLESIAE LEGATIS AB URBE ROMA CONSTANTINOPOLIM DESTINATIS.

GLORIOSISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO PATRICIO FESTO ET UENERABILIBUS EPISCOPIS CRESCONIO ET GERMANO SIMUL CUM EIUS POTESTATE DIRECTIS IN LEGATIONE AB URBE ROMA AD CLEMENTISSIMUM ET CHRISTO AMABILEM IMPERATOREM NOSTRUM ANASTASIUM ALEXANDRINAE UENERABILIS ECCLESIAE DIOSCORUS PRESBYTER ET CHAEREMON LECTOR RESPONSIS EIUSDEM ECCLESIAE SERUIENTES.

2 Uenerabiles sanctae ecclesiae Romanae urbis atque Alexandrinae non solum fidem rectam atque immaculatam, ex quo salutaris in eis praedicatus est sermo, sed etiam diuino in ministerio semper concordiam seruauerunt, quippe cum ab uno fuerit in utrisque iactum fidei fundamentum (Petrum memoramus

1 dolore *VB*, *corr.* ρ^2 cur *V*, quur *B*: cum *Bar.* 2 comptemta *B* et *om. B* 3 symplices *B* hi *V*: illi *B* herrore *V* 4 sint *V* expargere *B* 5 per *V*: si *B* si *V*: *om. B* 7 sedis *V* 8 defendet *B* 9 odie *B* cuncti *VB*, *correxi* 12 plena *V*: ple *B* suscipiat EXPLICIT *B reliquis omissis* 13 PRESIDIO CONS *V*

102. *Dat. a. 497. Edd. Bar. ad a. 497, 14; Collect. Concil.; Thiel 628.* 15 LIBELLV *V*, *corr.* ρ apocrisiarii *Edit. reg.* 22 cheremon *V* responsi *V*, *corr.* ρ 25 sed *Bar.*: ł (= uel) *V*, uerum ρ^2

beatum apostolum, cuius per omnia sanctus euangelista
Marcus extitit imitator), ita ut, si quando contingeret in
rebus ambiguis quaedam episcoporum concilia celebrari,
sanctissimus is, qui Romanae praesidebat ecclesiae, reueren-
tissimum Alexandrinae ciuitatis archiepiscopum delegabat, ut
sui curam loci susciperet. sed hostem humani generis, cui 3
bona perosa sunt, qui in perniciem nostram impio semper
furore grassatur, non piguit per satellites proprios zizania
inter utrasque conserere, ut tantae unitatis discordiam
perpetraret. nam Eutyche impiissimo contra fidem, quae a
beatissimis apostolis praedicata est, sentiente et docere
temptante contigit per idem tempus sedis apostolicae praesulem
tunc Leonem litteras ad Chalcedonense concilium destinare.
quarum litterarum fuere interpretes hi, qui cum Theodorito 4
Cyrreorum ciuitatis episcopo tunc fuerant Nestorianae haere-
seos sectatores, contraque eam fidem, quae a uenerabilibus
trecentis decem et octo patribus est edita, supra memoratae
litterae proba<ba>ntur existere et non paruas occasiones his,
qui eiusdem nefandissimi Nestorii blasphemias uindicant,
praestiterunt, ita ut licentius adstruerent eundem Nestorium
minime peruersa sensisse. his igitur causis deo amabilis 5
populus noster offensus est et de Graeca translatione arbitratus
est in Latino quoque sermone sensum similem contineri ac
sese ab unitate Romanae diuisit ecclesiae. nec non etiam
Romanus antistes existimans nos contra eam fidem, quae
tradita est a beatissimis apostolis, adspirasse, a nostra se
communione suspendit. uerumtamen eius uolentes satisfacere 6
sanctitati nos eam fidem tenere, quam princeps apostolorum
Petrus eiusque discipulus Marcus beatissimi tradiderunt et
postmodum trecenti decem et octo uenerabiles edidere pontifices,

1 euugła (= euangelia) *V, corr.* o 4 reuerentissimo *V, corr.* o 5 delegabat *cod. Angel.*: delegebat *V*, deligeret *Bar.*; *fort.* delegaret 8 crassatur *V* pinguit *V, corr.* p 10 eutiche *V* 13 chalcidonense *V* 16 quae a *Bar.*: qua ea *V* 18 probantur *V, correxi* 22 ostensus *V, corr.* o^2 arbitratus *suprascripsit V deleto uocabulo* reatus 26 conspirasse *Bar.* 27 uerum o: utrum *V*

legatos ad urbem Romam nostra dirigere curauit ecclesia; sed ibi quidam ciuitatis nostrae repertus est a recta fide dissentiens atque ab ea ex causis quoque diuersis alienus existens, qui hoc nisus est perpetrare, ne ulla in suscipiendis legatis copia praeberetur. qui nec ad faciem usque salutationis
7 admissi sine aliquo effectu reuersi sunt. quia uero ante non multum temporis Photinus religiosus diaconus sanctae Thessalonicensis ecclesiae nobiscum de pace sanctarum ecclesiarum uerba conseruit dixitque se ante spatium parui temporis destinatum a sanctissimo archiepiscopo Andrea Thessalonicensis ecclesiae ad Romanum pontificem Anastasium et affirmabat de his, quae nos uehementer offendunt in translatione epistolae. sibi satisfactum fuisse a supra dicto praesule Romanae ecclesiae, quod scilicet in epistolae translatione conprobentur errores, ipsam uero Latinam epistolam iuxta fidem trecentorum decem et octo sanctorum patrum editam constitisse: insuper quaedam retulit ex persona eiusdem antistitis fuisse narrata, quae ad uituperationem eorum, quae in translatione sunt indita, pertinerent et ad illos † et, qui ea confingere temptauerunt, ad satisfactionem uero eorum, qui rectam fidem
8 inmaculatamque custodire non neglegunt. quibus abunde sanati cupientesque pristinam redintegrari concordiam maluimus etiam a uobis, si uera sint illa, quae Photinus religiosus diaconus nobis retulerat, edoceri uestraeque desiderauimus occurrere sanctitati et de his omnibus habere conloquium. uerum sanctitas uestra non semel sed crebro nos docere dignata est in epistolae interpretatione errores intersitos non
9 in Latino textu fuisse conceptos. quapropter supplicauimus uobis, ut confessionem nostrae fidei sumeretis, pro qua uenerabilis ecclesiae nostrae legatione perfungimur; quam

2 quidam] *sc. Iohannes Talaia* 4 in *V*: *fort.* ibi 6 admissis *V*, *ras. corr. man. post.* α 7 *et* 10 thesalonicensis *V* 14 comprobarentur *Bar.* 17 narratā *V*, *corr.* ς² 19 illos et *corrupte V*: et *om. Bar.*, illos erigendos *Thiel seruato postea* confringere; *fort.* illos et ‹iam inculpandos› confringere *V*, *corr. Bar.* 23 uersa *V*, *corr.* ρ² 30 ecclesia nostra legatione perfungitur *V*, *corr. Bar.*

fidem etiam ubique sanctissimus archiepiscopus intimauit et adprobantium accepit rescripta cunctorum. quod si etiam uestram huic fidei sanctam ecclesiam uideritis congruere, nobis satisfieri iubeatis, ut sublatis e medio scandalis ad pristinam tam Romana quam Alexandrina uenerabiles ecclesiae
redeant unitatem. hanc autem fidei nostrae confessionem 10
uobis optulimus taliter continentem ex euangelicis apostolicisque praeconiis inspiratione diuina solam ueram rectamque fidem, <qualiter> trecenti decem et octo uenerabiles patres, qui in Nicaena synodo congregati sunt, ediderunt. quam secuti sunt et centum quinquaginta, qui in urbem regiam conuenerunt aeque uenerandi pontifices. hanc etiam deexsequentes, qui Ephesi conlecti sunt, patres annuente quoque sedis apostolicae papa sanctissimo Caelestino sacrilegum damnauere Nestorium, poenam in eos, qui temptauerint fidem aliam statuere, praefigentes. quem Nestorium nos quoque simul cum Eutyche contraria his, quae superius dicta sunt, sentientes anathematis ultione damnamus, suscipientes duodecim illa capitula, quae uenerandae memoriae Cyrillus
Alexandrinae ecclesiae quondam archiepiscopus scripsit. con- 11
fitemur autem unigenitum dei filium et deum, qui secundum ueritatem factus est homo, dominum nostrum Iesum Christum consubstantialem patri secundum diuinitatem et consubstantialem nobis eundem ipsum secundum humanitatem, qui descendit et incarnatus est de spiritu sancto et Maria uirgine theotoco hoc est dei genetrice, unum filium non duos exsistere. unius namque dicimus unigeniti filii dei siue miracula siue etiam passiones, quas sponte pro nobis carne sustinuit. eos autem, qui diuidunt uel confundunt aut phantasiam aliquam

1 sanctissimis archiepiscopis *V*, *corr. Bar.* 4 e *o*: se *V* 6 *quae sequitur confessio, fere ad uerbum reddit Henoticum quod dicitur Zenonis traditum ab Euagrio III 14 (cf. Liberat. c. 17)* 9 qualiter *addidi* (quam *Bar.*) 12 exequentes o^2 *Bar.* (ἐξηκολούθησαν *Henot.*) 25 ex Maria *Bar.* (καὶ Μαρίας *Henot.*) 27 q; (*supra* ná) *V* 29 phantasia *V*, *corr. o*

introducunt, nequaquam omnino recipimus, quia incarnatio illa, quam dei genitrix secundum ueritatem ex se edidit, augmentum filii non effecit; mansit enim trinitas et incarnato, quod unum
12 ex trinitate est, dei uerbo. haec itaque scripsimus non fidem nouantes sed uobis causa concordiae satisfacere cupientes. omnem autem, qui aliter sentit sensitue seu nunc seu aliquando in quocumque loco uel in quolibet concilio, anathematis poena percellimus, praecipue uero Nestorium et
13 Eutychen uniuersosque, qui illis adsentiunt. uestra igitur reuerentia suscipiens fidem nostram hanc se praesuli Romanae ecclesiae Anastasio adseruit relaturam, quem et paratum existere memorabat satisfacturum illis, si qui fuissent a nobis pro hac causa transmissi. illud etiam adserebat, contra hanc fidem Dioscorum Timotheum Petrumque sensisse, nostrae quondam ciuitatis archiepiscopos nec debere in diptychis eorum nomina recenseri. nos contra poposcimus aut produci aduersus eos, qui adstruant talesque demonstrent, aut, si non reperirentur, qui eos conuincere potuissent, nobis pro eorum persona satisfacientibus adquiescat demonstrantibus et adprobantibus, quod hanc fidem tenuerint docuerint cunctisque, quos informauerunt, tradiderint praefati patres nostri et archiepiscopi Timotheus Dioscorus atque Petrus. uestra autem sanctitas renuit dicens non sibi fuisse praeceptum ab aposto-
14 licae sedis antistite de his facere quaestionem. huius rei gratia obtestamur uos coram magno deo et saluatore nostro Iesu Christo, qui de sancta et dei genitrice uirgine Maria incarnatus et natus est quique concordem glorificationem seruitutemque fidelium probat libenter et suscipit, et sanctis angelis eius

3 trinitas *V:* trinitas trinitas α, *cui concinere uidentur Graeca uerba Henotici* μεμένηκε γὰρ τριὰς ἡ τριάς; *contra cum V consentit uersio Liberati (ed. Garnerius p. 16)* incarnatjo *V* 4 dei *V pro* deo *errore fortasse interpretis* (σαρκωθέντος τοῦ . . θεοῦ λόγου *Henot.*) 6 omem *V* qui aliter ο: qualiter *V* φρονήσαντα ἢ φρονοῦντα *Henot.* 12 si qui *scripsi*: qui si qui *V*, qui *Bar.* 13 transmisi *V* 15 diptichiis *V* 21 patres *V*: parentes α 23 rennuit *V*

et hac eadem inmaculata, quae de illo est, fide, ut ad urbem
Romam fauente domino uenientes hanc chartulam offeratis
apostolicae sedis antistiti Anastasio, quae ex persona sanctae
ecclesiae uobis Alexandrinae oblata est, ut eius sanctitas 15
relegens, quae sibi fuerint placita, seu litteris ad sanctissimum
archiepiscopum nostrum datis seu per aliquem internuntium
manifestare dignetur. nam cum a sanctitate eius fidei rectae
fuerit seruata confessio, quae est a beatis patribus constituta,
nos paratos existere profitemur ad urbem Romam legatos, qui
pro unitate sanctarum dei ecclesiarum agere debeant, destinare.
confidimus autem in domino nostro Iesu Christo, quod huic 16
fidei eius beatitudo consentiens iuxta illa, quae in responsione
sunt posita, ueluti proprios etiam nostros populos arbitretur
et pro eorum regimine sollicitudinem gerat cupiens secundum
deum omnibus utilis approbari. exemplar autem huius 17
chartulae penes nos detinuimus, necesse habentes, si qua
mora prouenerit, quominus sanctarum ecclesiarum unitas fiat,
in illo glorioso de caelis aduentu domini nostri Iesu Christi,
cum uenerit iudicare uiuos et mortuos, ante tribunal eius,
ubi nulla est acceptio personarum, cum hoc adsistere ad
refellendum eos, qui sanctarum ecclesiarum neglexerint unitatem. EXPLICIT. DIONYSIUS EXIGUUS ROMAE DE GRAECO CONUERTI.

19 Petr. I 4, 5 (Tim. II 4, 1) 20 cf. Paralip. II 19, 7 saepiusque in Nouo Testamento

1 et hanc eadem inmaculatam . . fide (*corr. ex* fidē) *V*, *correxi*: per hanc eandem immaculatam . . fidem *Bar.* ad *Bar.*: ab *V* 12 responsiones *V*, *corr.* o² 21 reffellendum *ex* reffellendam *V* scarum *V* EXPL DIONISIVS *V* CRECO *V*

(103.)

EXEMPLAR GESTORUM DE ABSOLUTIONE MISENI FLAUIO UIATORE U. C. CONS. SUB TERTIO IDUUM MAIARUM IN BASILICA BEATI PETRI.

Residente synodo uenerabili uiro papa Gelasio una cum Bonifatio Maximino Epiphanio Basilio Uitali Claro Irenaeo Decio Asello Euplo Ualentino Martiniano Basso Benigno Primitiuo Palladio Uindemio Constantio Martyrio Candido Laurentio Deodato Mercurio Stephano Dulcitio Fortunato Paschasio Sanctulo Innocentio Chrysogono Colonico Uiatore Salustio Luciano Molensi Maximiano Ualentino Constantio Gaudentio Felice Uitaliano Petro Sereno Aucupio Timotheo
2 Stephano Laurentio et Probo episcopis, residentibus etiam Castino Laurentio Canusio Eugenio Ianuario Marciano Gordiano Petro Urbico Paulino Ualente Petro Asterio Smaragdo Bonifatio Maxentio Epiphanio Iustino Felice Redempto Proiectitio Iouino Bono Paschasio Laurentio Calixto Iohanne Ualentino Sebastiano Martino Epiphanio Andrea Seruodei Apellione Petro Seruando Romano Marcellino Domnino Agapito Abundantio Marcellino Litorio Laurentio Agathone Sebastiano Ualentino Anastasio Genesio Dionysio Epiphanio Acontio Pau-

103. *Habita synodus die 13 Maii a. 495. B = Berolin. lat. 79. Edd. Car. I² 405; Bar. (apographo usus codicis B) ad a. 495, 6; Collect. Concil.; Thiel 437.* 2 EXEMPLA *B* ABSOLATIONEM SENI *B* MESENI *V* FLAVIO VICTORE VIRO CLARISSIMO SUB TERTIO IDUU MAIARU IN BASILICA BEATI PETRI *V*, SUB đ III IĐ MAIAS IN BASILICAS BEATI PETRI FL. UIATORE UC CONS *B* 4 residente *V*: residentibus *B*, residente in *Car.* uenerabile *V* pape *B* 5 bonifacio *V* maximo *B* hireneo *V*: irenio *B* 6 martiniano basso benigno *om. B* 9 pascasio *VB* santulo *B* chrisogono *V*, crisogono *B* uiatore salustio Luciano *B*: *om. V* 10 malensi *B* 12 staphano *B* etiam prbis castino *B* 13 gordiana *B* 15 bonifacio *VB* macsentio *B* redemto *VB* prolectitio *V*, proiectio *B*, *corr. Binius* 16 iouino bono pascasio laurentio *B*: *om. V* calisto *B* 17 seuastiano *B* epifanio *B* 18 appellione *V*, pellione *B*: Opilio *presbyter tit. Uestinae subscribit synodo Romanae anni 499 (Mansi VIII 236, 26)* romane (*correxi*) marcellino domnino *B*: *om. V* agapeto *B* 19 marcello lectorio *B* Agatone seuastiano *B* 20 ualentino *om. B* dionisio *V*: diuisio *B* epifanio *B*

lino Agapito Adeodato Benedicto Dominico Redempto Seuero
Iuliano Stephano Crescentione Septimino Cypriano et Epi-
phanio presbyteris una cum Amandiano uiro illustri et Dioge-
niano uiro spectabili, adstantibus quoque diaconibus Gelasius
episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae dixit: 'Meminit 3
dilectio uestra superiore conuentu oblatum nobis a Miseno
libellum in conspectu uestro fuisse recitatum, hunc eundem,
si placet dilectioni uestrae, denuo recensendum, ut acta nostra
contineant. qui aliud se quoque petitorium prae manibus
habere profitetur, <quo id>, quod etiam in hoc continetur, pos-
simus agnoscere'. et adiecit: 'Miseni libellus denuo recitetur'.

Anastasius diaconus recitauit: 'Datum a famulo uestro 4
Miseno die octauo Iduum Martiarum Uiatore u. c. cons.
Quantum ad meae pertinet infelicitatis abruptum, errori meo
qualibet ratione contracto definio non esse parcendum, quo-
niam hoc ipso poena carere non debeo, quod merui ad causam
poenalem quacumque sorte perduci. quantum uero respicit 5
ad remediale subsidium, duo sunt, quae me ad hoc suppli-
citer implorandum uenire constringunt: ne uel ego despera-
tione magis perpetuis cruciatibus sim dignus addici Iudae
praeuaricatoris exemplo et quia tanta est ineffabilis illa cle-
mentia, quae per apostolicam potestatem uniuersum facinus
possit absoluere. hanc igitur solam in meo negotio, papa 6
uenerabilis, uocem miserandus effundo 'parce prostrato, porrige
manum iacenti'! nullis ignorantiae excusationibus nitor, nullas

1 agapeto *B* adeudato *B* domnico *B* 2 cresentic(?)ne (c o *suprascr.*) *V*, cri-scentione *B* septimione cipriano *B* 3 uero inlustre *B* 4 uero ex-pectabili *B* asstantibus *V* 5 orbis *B* 6 uobis *VB*, *corr.* ρ^2 7 libello *B* eundem ρ: eudem *ut uidetur B*, eadem *V* 9 qui *V*: et qui *B*, et quia *Bar.* 10 quo id *inser. Hartel: om. VB* quid *B* contineatur *B* 11 meseni *V* 12 recitatum dato ad *B* 13 misseno *B* viii° *V* id mar *B* 14 ad me pertinet infelicitatis ab utraqualibet errori *B* 15 contractum *B* 17 forte *V* 19 desperatione *ex* desperationē *V*, disperatione *B* 20 adduci *B* 21 et quanta *V* 22 per *om. B* 24 mirandus *V* 25 exsationibus *B* nulla *V*

decipulas circumuentionis optendo nec in quemquam calamitatis meae studeo transferre discrimen, quia alios incusare non debeo, qui poscam clementer absolui. sufficit mihi, quia, licet mihi pro mea defensione nihil adferam, non ambigam
7 tamen haec omnia tuo iudicio esse tractanda. tantum quaeso, ut supernam misericordiam subsequentes, quae pronuntiat per prophetam: n o l o m o r t e m m o r i e n t i s, d o n e c r e u e r t a t u r e t u i u a t. uos potius cuncta, quae in personam meam gesta sunt, benigna consideratione deliberantes uiaticum seni aegritudine continua et maceratione consumpto, ne sine ecclesiastico munere rapiar, non negetis, ex alterius casu experimentum meae formidinis intuentes, qui auxilium etiam uobis conferre uolentibus non potuit adipisci. et me per imperitiam hac clade potius implicatum hoc ipsum dignanter ostendit, quod ad receptionis ecclesiasticae superstes gratiam ualui peruenire'.

8 Quo lecto Gelasius episcopus dixit: 'Petitorium gesta retinebunt' et adiecit: 'ipse nunc Misenus adueniat et petitorium quod obtulit ipso praesente recitetur'. cumque ingressus fuisset, Misenus prostratus in terra aliud petitorium obtulit et rogauit, ut susciperetur. cumque susceptum fuisset, Gelasius episcopus dixit: 'utraque petitoria, quae obtulit, ipso quoque praesente legantur'.

7 Ezech. 18, 32

1 obtend *B* clamitatis *B* 2 studio *V* quia alios ***usque ad*** sufficit mihi *B*: *om. V* quia *Bar.*: qui *B* 3 ᾽pquam *B*, *corr. Bar.* sufficit mihi *del. Bar.* quia *V*: qua *B* 4 mihi *om. V* 5 iudicio *V*: dilectio *B* queso et superna men subsequente qua *B* 6 pronunciant *V* 8 persona mea *B* 9 sunt *B*: sunt ***in*** sint *corr. V* librantes *B* uitia cum *B* senia egritudine *V*, seni egritudini *B* 10 et *om. V* ecclesiastico munere *V*: ecclestiastico commune *B*, ecclesiastica communione *Bar.* 11 negitis *B* exprimentum *B* 12 fortitudinis *V* 13 indipisci *B* ac clade *V* 14 impleccatum *B* ipso *Bar.* indignanter *B* ostendite *VB Bar.*, *corr. Fronto Ducaeus* 14 *sq.* adreptionis *B* 15 supertis *B* 16 quod *B* 19 terram *B* 20 susceptus *B* 22 legatur *V*

Iterum Anastasius diaconus recitauit: 'Datum a famulo 9
uestro Miseno sub octauo Iduum Martiarum Flauio Uiatore u. c. cons. Quantum ad meae pertinet infelicitatis abruptum, errori meo qualibet ratione contracto definio non esse parcendum, quoniam hoc ipso poena carere non debeo, quoniam merui ad poenalem causam quacumque sorte perduci. quantum uero respicit ad remediale subsidium, duo sunt, quae me ad hoc suppliciter implorandum uenire constringunt: ne uel ego desperatione magis perpetuis cruciatibus sim dignus addici Iudae praeuaricatoris exemplo' et cetera quae superius continentur.

Item aliud petitorium: 'Datum a famulo uestro Miseno 10
sub tertio Iduum Martiarum Flauio Uiatore u. c. cons.
Oblato primitus petitorio meo nihil aliud suppliciter exoraui,
quam ut misericordia mihi sedis apostolicae non in perpetuum
negaretur. cuius mihi spem quoniam pro inmensa dei pietate, 11
qua regitur, relucere iam sentio, magis magisque conscientiam meam contagiis perfidorum, quae infeliciter potius quam studio circumuentus incideram, liberam purgatamque esse pronuntians toto corde atque ore protestor sub diuinae contemplationis intuitu me omnes quidem haereses et quicquid inimicum est catholicae et apostolicae fidei communionique sincerae prona mente refutare, tum praecipue Eutychianam haeresem cum suo scilicet auctore Eutychete et eius sectatore Dioscoro uel successoribus eius atque communicatoribus Timotheo Hel-

1 iter *B* recitatum *B* datus *V*, data *B*, *corr.* ρ^2 a *om.* *V* famula *B* 2 sub *om.* *B* viii° *V* id̄ mar̄. flauiano tore *B* 3 felicitatis *V* obruptum *B* 4 quam liberatione contracta *B* 5 penam *V* 7 meae ad *B* 9 disperationem *B* adduci *B* 10 iudeę *V*, *corr.* o: iure *B* exemplum *B* 12 iter *B* petitorium recitat dato *B* 13 sub die *B* tertio *B*: IIII^to *V* id̄ mar̄ flauiatore *B* 14 petitor a meo *V* exorauit *V* 15 ut mīa *V*: nrām *B* 17 relucrare *B* 18 quē feliciter *V* 19 incederam *V* 20 protector *B* 21 inimicum *B*: initium *V* 22 cath. uel apostol. *B* communionisque *V*, communionesque *B*. *corr.* o 23 permanente *B* eutichianam *V*, euticianam *B* heresim *B* 24 eutichete *V*, eutice *B* 25 ellure *B*

luro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano, Petro Antiocheno cunctisque eorum complicibus et communicatoribus respuere damnare et anathematizare perpetuo omnesque istos et huiusmodi horribiliter execrari, nec umquam me cum talibus ullum quolibet modo profiteor habiturum esse consortium sed
12 ab his omnibus futurum prorsus alienum. quorum prauitatem licet numquam uoluntate receperim, tamen quia meae calamitatis impulsu minus cautus uideor incidisse, sub conspectu dei et beati Petri apostoli eiusque uicarii ac totius ecclesiae mea sicut dixi confessione uoceque condemno detestor exhorreo, in sola me fide communioneque catholica et apostolica semper duraturum esse confirmans. cui petitioni meae manu mea subscripsi sub III. Id. Mart. Uiatore u. c. cons. ac uestrae beatitudini in conuentu uenerandorum credidi meis manibus offerendam'. Et alia manu: 'Ego Misenus huic petitioni meae et a me oblatae subscripsi die et consule supra scripto'.

13 Gelasius episcopus dixit: 'Quae lecta sunt, transcribantur' et adiecit: 'quid uideatur fraternitati uestrae statuendum, uestri quoque consilii participatione desideramus agnoscere'. leuauerunt se omnes episcopi uel presbyteri rogantes et dicentes: 'exaudi Christe: Gelasio uita!' dictum uicies. 'quod uobis deus dedit in potestate, praestate!' dictum duodecies. 'hoc fac quod facit domnus Petrus!' dictum decies. 'ut indulgeas rogamus'. dictum nouies.

14 Cum denuo resedissent, Gelasius episcopus dixit: 'Sedes apostolica quidem, quae Christo domino delegante totius

1 antioceno petro *trsp.* ***B*** 2 eorum *om.* ***B*** 3 isto ***B*** 5 quodlibet ***B*** habitarum ***B*** 7 reciperim ***B*** meae ***B***: me ***V*** 8 inpulsum ***B*** conspectum ***B*** 9 uicari ***B*** 10 professione ***B*** comdemno ***B*** exorreo ***B*** 11 fide communioque (!) ***bis scripsit V*** apost. me semper ***B*** 13 subcripsi ***B*** sub ***V***: die ***B*** ac ***B***: hac ***V*** 14 crededi ***B*** 15 offerendum ***B*** huc ***B*** 16 ablate ***B*** supra scripto *om.* ***V*** 18 uidetur fraternitatis urae ***B*** 19 cognoscere ***B*** 20 episc. et presb. ***B*** 23 dominus ***V*** 24 rogamus *om.* ***V*** dictum ***B***: dic ***V*** 25 residissent ***B***: sedissent ***V*** 26 apostolicam ***B*** quae ***B***: de ***V*** diligante ***B***

ecclesiae retinet principatum, pro dispensatione curaque generali, quam uel pro fide catholica uel pro paternis canonibus regulisque maiorum necessaria semper circumspectione dependit, Misenum atque Uitalem, quos contra Eutychianae pestilentiae sectatores uel contra eos, qui talium se communione polluerant, suae potestatis legatione suffultos ad Orientem dudum sub sanctae memoriae decessore meo praesule destinarat, cur apostolica praecepta declinantes quolibet modo in eorum, aduersum quos missi fuerant, consortia recidissent, gestis synodalibus rerum discussione patefacta communione pariter et honore merito iureque submouit. quibus 15
tamen misericordiae locum memor supernae pietatis pro suo moderamine reseruauit et, dum conditionem posuit ultionis, spem noluit propitiationis abscidi sicque suam sententiam temperauit, ut istorum ueniam cum illorum mallet salute prouenire, quorum fuerant participatione decepti, ac potius praeberent eis, quos suo firmauerant in prauitate consensu, et salubrem correctionis metum et emendationis imitandae consortium. denique sic ipsa animaduersionis uerba librata 16
sunt, ut se illi et cum istis perculsos aduerterent et ex eorum conditione non diff<id>erent posse saluari. in quo utique et his non est in totum uia praeclusa remeandi et illis, si mallent, per istos est oblata correctio studiumque porrectum, quo possent meliore conatu praeteritos compensare prolapsus, si fauorem, quem praeuaricatoribus facili uoluntate detulerunt, in reformationem catholicorum potius conuerterent sacerdotum. dictum est enim tamdiu istos fore suspensos, donec auctore

1 pricipatum *B* que *om. B* 3 circum *om. B* 4 mesenum *V* euticiane *B*: eutichene *V* 6 suae ρ^2: siue *VB* 7 dubum *B* sub *om. V* 8 cur *V*: quod *B* 9 reccidissent *V* 10 discusione *B* 12 superna *B* 13 mederamine *B* 16 fuerunt *V* potius hi'pberent (*sic!*) *B* 17 suos *B* firmauerat *B* 18 correptionis *Thiel* emitande *B* 20 percussos *B* 21 different *VB*, *corr.* ρ^2 23 istos non est *B* correcti *B* 24 possit *B* conati *B* antepensare prolapsos *V* 25 facile *B* 26 in *B*: et *V* reformatione *B* 27 doneo *V* autore *B*

deo et annisu catholicorum principum uel populi Christiani
17 Alexandrina catholicum sacerdotem recepisset ecclesia. gratu-
landum scilicet crederetur nullo modo Graecos non posse
renuere, quod uiderent ab apostolica sede fuisse damnatum,
faciléque eos posse de istorum supplicio commoueri, ut nossent.
quid uitarent et quid consequenter ambirent, ac uelle puta-
rentur resipiscendo magis sentire cum rectis quam iugiter
errare cum perfidis, expectatumque diu est, ut his rationibus
incitati contagia nefanda deponerent una cum sede apostolica
sentiendo, sicut de eorum speratum fuerat uoluntate, nitentes
catholicis sacerdotibus reuocandis studium potius commodare
utque et ipsi ad orthodoxam recurrerent unitatem et istis,
qui illorum participes erroris extiterant, ministrarent praesti-
tutae receptionis effectum. nec qua fieri potuit occasione
cessatum est, quo competenter admoniti et sufficienter in-
structi pariter pericula uitanda cognoscerent ac patere sibi
ianuam, si sinceris mentibus hanc petissent, apostolicae com-
18 munionis aduerterent. sed quia eo peruentum est, ut horta-
mentis quoque medicinalibus, dum etiam quae referrent con-
traria non haberent, differrent tamen hactenus adhibere consen-
sum, illorum quidem difficultatibus paternum debemus pii
doloris affectum deprecantes omnipotentiam dei nostri, quae
sola quamuis deuias in ueritatis uiam potest conuertere uolun-
tates, ut eisdem suae propitiationis operatione mirabili spiritum

1 principatum *V* 2 catholico sacerdote cepisset ecclesia gratulari ut scilicet *B* 4 rennuere *VB* quo *B* fuis *B* 5 facile quae. *B* 7 resipiscende *B* igiter *B* 8 expectatum quae *V* 9 incitatis *B* una cum *V*: ut *B* apostolica sede consentiendo *B* 10 nitentesque *Bar.* 11 reuocandis *Thiel*: reuocandi *VB* commodare utque et *scripsi*: commodarent quae et *B*, commendarent quę *V*, commendarent quo o^2 12 hortodoxam recurrent ueritatem *B* 13 erroris *om. B* *inde a* ceptionis *incipit fragmentum F cod. Uaticani 4961 fol. 109 (cf. Proleg. cap. I)* 14 ne *F* quia *B* 15 gestatum *B* copetenter *F*, conpetentur *B* 16 uita da *F*, uitandi *B* 18 ortamenti *B*, ornamentis *VF*, *corr. Bar.* 19 referent contrarie *B* 20 different *B* actenus *VFB* 22 dei *B*: domini *VF* 23 deuias *VF*: dehas *B* 24 operationem *VF* spiritu *VFB*, *corr. Bar.*

resipiscentiae et efficientiam correctionis dignanter infundat.
quae donec, sicut de eius uirtute confidimus, diuina placa- 19
tione proueniant, huic interim, qui supplicat, desiderabiliter
expetenti nullatenus perire patiamur, ut cuius non sunt Orientales deiectione perterriti ne in errore persisterent, saltim
curatione prouocentur ut redeant ad salutem, praecipue cum
dispositionis sedis apostolicae clementiam tenor comitetur
ipse dictorum neque prolata sibi repugnare constitutio iudi-
cetur. definitum quippe est, ut superius iam praedictum est, 20
eos de quibus agimus eatenus debere suspendi, donec auctore deo et praefatis adnitentibus Alexandrina catholicum reciperet ecclesia sacerdotem. non abrupte et sine exceptione propositum sed ea ratione depromptum est, qua non, siue illis adnitentibus siue non adnitentibus, indifferenter uideretur infixa sententia, ideoque, sub quo tenore librata conditio est, eodem non existente necessitatem suae professionis absoluit. quod enim cum adnisu praedictorum pronuntiatum est esse faciendum, hoc eodem non succedente non fieri posse manifestum est sed, cum eorum etiam faciendum memoratur adnisu, satis euidenter ostensum est, quod sine hoc non possit impleri. licet ergo illi, quorum deesse probatur adnisus, de sua sunt obstinatione miserandi, tamen quia deest, sicut sine eo effici non potest quod cum eodem effici posse praesumptum est, ita desistentibus causis, per quas hic articulus ueniret ad terminum, insolubiliter non

1 efficatiam[ien] *F* 2 uirtite concidimus *B* 3 proueniat *VF* 3 *sq.* huic . . expetenti *VFB*: hunc . . expetentem *Bar.* 5 praeteriti *B* 6 redirent *VF* 7 dispositionem *B* sedis *om. VF* cõmitetur *B* 8 constituo *VF* 9 dictum *F* 10 qub; *B* 11 reciperit *B* 12 abruptę *V*, aprupte *B* *post* propositum *del.* ē *V man. 1, om. FB* 13 adnitentibus siue non *om. VF* 15 quo *VF*: uno *B* 16 necessitate *VF* suę profesionis *F*, sueq; flixionis *B* adnixum *B* 17 eode *F* 19 memoratum[r] *B* annisu *B*: adnisus *V*, adinisus *F* satis *om. VF* euidentur *B* 20 posset *B* 21 sua *B*: qua *VF* sunt *VB*, ſt *F*: sint *Bar.* 22 qua *B* eo *B*: et *VF* quod cum eodem effici *om. F deletis deinde eis quae praecedunt* non potest 24 insulubiliter *B*

21 retinet obligatum. quapropter lata sententia non existentibus,
per quae possit usque ad sui exitum deputatam retinere
mensuram, his consulendi, qui ea ante tenebantur, tribuit
libertatem. et apostolica quidem sedes, ut saepe repetendum,
aestimans Orientales nullo modo non posse respuere, quod
sedes apostolica refutasset, eosque saluti propriae et apostolicae
communioni nullius praeferre posse personam, haec de
eorum mentibus melius aestimarat. sed, quod iterum non
tacendum est, dolenda pernicies non uelut improuidam bene
de Orientalibus sentientem potest opinionem magis apostolicae
sedis arguere quam suae peruicaciae potius deputare, quod
oblatum sibi tramitem propriae redintegrationis secuta non
fuerit, nec ideo tamen aliis debet medicinalem desiderantibus
22 impedire per suam peruicaciam facultatem. tunc enim dicta
sunt de Graecorum consensione fidenter, quia simul et beati
Petri societatem quibuslibet uidebantur praeponere posse personis
et, qui extiterant ante catholici, aestimabantur consensuri
facile ueritati atque ideo cuiuslibet hominis affectum
desideriis apostolicae communionis non posse praeponere. qui
cum nondum susceperint per quas is ordo decurreret uoluntates,
id, quod per eas fieri posse praesumptum est, cernitur
absolutum, quoniam, cum desunt qui efficiant, nullus prouenire
possit effectus — immo cum idem ipsi, per quos iudi-
23 cabatur esse faciendum, ne efficiatur obsistunt. qui si in hac
sunt, quod absit, obstinatione mansuri, resoluta conditio est

1 oblegatum *B* existentibus per que *bis B* 3 qui *ex* quę *corr. V* ea ante tenebantur *scripsi*: aetate tenebantur *B*, adtenebantur *VF*, adnitebantur ρ^2, arctati tenebantur *Bar.* tribuet *B* 5 extimans *F*; est aestimans *Car.* nullu *B* non *om. F* 6 sedis *B* 7 communionis̨ *F* nullus *V* 8 extimarat *F* 9 inprouidum *VFB*, *corr.* ρ^2 10 potes oppinionem *B* 11 sedis *om. F* quod latum *B* 15 ṇịsimul *F* et simul *trsp. B* 17 extiterunt *B* extimabantur *F* 19 desideriis *B*: in desideriis *VF* proponere *VB* qui (*sc. Graeci*) *Thiel*: quae *VFB* 20 nondum *VF*: non sus *B* quas *VF*: qua *B* is *B*: his *VF*, hic *Car.* decurret uoluntatis *VF* 22 cum *om. B* qui *VF*: per *B* peruenire *VF*, praeuenire *B*, *corr. Bar.*

illius rei, quae eorum studiis fiducialiter censebatur impleri;
si uero, sicut potius optamus, fuerint ad meliora conuersi,
ne inter haec interim, qui misericordiam postulat, uel aetate uel
morbo, quo frequenter impetitur, possit intercipi, dum superstes
est, consulendum est, ne defuncto iam nullum possit remedium
subrogari. quippe cum non dictum sit siue illis annitentibus siue
etiam fortassis inuitis sed cum eorum magis adnisu, quod pro-
uulgatum fuerat, posse constare, sic igitur cum illis adnitentibus
nullatenus praefixa perdurant. hoc etiam tenore beatus Paulus 24
apostolus non ideo, quod absit, fefellisse credendus est aut
sibi extitisse contrarius, quoniam cum se ad Spanias promisisset
iturum, dispositione diuina maioribus occupatus ex causis
implere non potuit quod promisit. quantum enim ipsius
uoluntatis interfuit, hoc pronuntiauit quod re uera uoluisset
efficere; quantum ad diuini secreta consilii, quae ut homo
omnia non potuit licet spiritu dei plenus agnoscere, superna
praetermisit dispositione praeuentus. nec quia beatus Petrus 25
apostolus pro affectu diuinae reuerentiae ipsi domino respondit:
non lauabis mihi pedes in aeternum, fefellisse, quod
absit, aut in sua putabitur minime constitisse sententia, quia
mox eidem diuinae cesserit uoluntati, ut, quod se dixerat non
esse facturum, causis astrictus humanae salutis expeteret prona

11 cf. Rom. 15, 28   19 Ioh. 13, 8

1 censebantur *VF* *uerba inde a* 2 si uero *usque ad* 485, 19 concessum (*cf. tamen ad p. 484, 3*) *collectioni suae inseruit Anselmus Lucensis; contuli codd. Uatic. 1364* (= A^1) *et Uatic. 4983* (= A^3), *quorum consensum non fere adnotatis propriis utriusque erroribus significabo littera A*   2 si *BA*: sin *VF*   sičut *B*   3 qui nr̄am postulat *B*   4 quo *A*: quod *VFB*   inpeditur *B*   posset *B*   intercipiendum *F*   superstes (superistis *B*) est *VFB*: est superstes *A*   5 consulendum est *B*: consulendum *VF*, est consulendum *A*   6 non *om. B*   7 promulgatum *A*   8 sic A^3: si A^1, sicut *VFB*   ani^{t}aentibus *B*   9 pacefixa *B*   10 credendum *B*   11 spanias *VB*: ispanias *F*, hispanias *A*   promississet *B*   14 uoluisset *om. B*   16 dei *om. B*   18 effectu *B*   reuerentiae ⟨et⟩ *A*   ipso *B*   20 putabatur *A*   sententiam *BF*   quia *VFA*: quo *B*   21 uoluntati cesserit *A*   ut *Thiel*: ad *VFB*, et *A*   dixerat se *trsp. A*   22 *an* passurum?   expeteret *B*: patere *VFA*^{3}, paterȩ A^1

26 uoluntate faciendum. idcirco illa non succedente uia, qua reorum fuerat reconciliatio constituta, alteram licet adoriri, qua subueniatur quibus subueniendum esse decretum est, maxime cum Miseno ex quolibet excessu uel qualibet praeuaricatione poena sufficiat, quae usque eo tractata est, ut sola conditionis humanae et suprema consideratione laxetur, remittendaque punitio sit, quae non habet ultra quo crescat, quia cum nulli animae deus omnipotens et misericors per ecclesiasticam pietatem quaerenti uoluerit remedium denegari, non dubium est hoc ipso auctore deo et diuina conpunctione prodire, ut tunc de eius receptione tractetur, quando eam
27 non protelanda quoque necessitas compellat impendi; nostro praeterea saluatore beato Petro apostolo prae ceteris deleganti: quaecumque ligaueris super terram, ligata erunt et in caelis et quaecumque solueris super terram, erunt soluta et in caelis, sicut et his uerbis nihil constat exceptum, sic per apostolicae dispensationis officium et totum possit generaliter alligari et totum consequenter absolui, praecipue cum ex hoc magis praeberi cunctis oporteat apostolicae miserationis exemplum, ut absolutione damnati, si resipiscant uniuersi et ab errore se retrahant atque ad aposto-

14 Matth. 16, 19

1 succedente *VFA*: faciente *B* qua reorum *Thiel*: quare horum *VFA*^{3}, quare heorum *A*^{1}, qua seorsum *B*, qua eorum *Bar.* 2 reconsiliatis *B* alterum *B* adhoriri *B* 3 discretum *B* 'decretum est' et paulo post 'neque enim qui longe' (*p. 485, 3*) *omissis intermediis A* 5 praeuaricationis *VFB*, *corr.* o^2 pęnas *V* tractata *B:* tracta *VF* ut *VF:* et *B* 6 et *VFB*: *om. Bar.* supprema consideratione *B Bar.:* superna conditione *VF* 7 remitendaque *ex* renitendaque *F*, remittenda quae *B* ponitio *B* sit *B*: est *VF* 9 noluerit *BF* 10 ipsa *B* et] *an* ex? 11 de *om. VF* eam (*scil.* receptionem) *scripsi*: ea *VFB* 12 proteland *F*, procellanda *B*; *fort.* protelandam impedi *V* 13 pro *B* deliganti *F*, delegante *Bar.* 14 quaecum legaueris *B* legata erunt in (*om.* et) *B* 17 per *om. F* 18 geraliter *F* allegari *B* *ante* consequenter *del.* et *B* 19 preueri *B* 20 dampnatiș *V* 21 ad *F*: ab *B, om. V*

licae communionis sinceram redeant puritatem, uinculis se
damnationis illius, quam uniuersaliter merito praeuaricationis
exceperant, non ambigant exuendos. neque enim qui longe
positos ad integram fidem curare nitimur, reuertentes in
praesenti supplices refutare debemus. ubi sollicite praecauendum
est, ne conscientiae detrimentum negantes usque ad extremum
poscenti misericordiam, quod absit, ullatenus incidamus
censuraeque <se>ueritas etiam circa supplices sine fine persistens
transeat in reatum. proinde quantum permittente domino 28
possibilitatis humanae desideranti remedia praebeamus, totum,
quod supra nostrae facultatis est modulum, diuino iudicio
relinquentes. non autem nobis poterunt imputare, cur praeuari-
cationis offensam uiuentibus remittamus, quod ecclesiae deo
largiente possibile est, qui nos etiam mortuis ueniam praestare
deposcunt, quod nobis possibile non esse manifestum est.
quia cum dictum sit quae ligaueris super terram,
quos ergo non esse iam constat super terram. non humano
sed suo iudicio reseruauit nec audet ecclesia sibimet uindicare,
quod ipsis beatis apostolis conspiciat non fuisse concessum,
quia alia sit causa superstitum alia defunctorum. tulerit 29

16 Matth. 16, 19

1 unitatem *Bar.* 2 quem *VF* praeuaricationis *Thiel*: praeuaricatoris *VF*, praeuaricatores *B* 3 neque enim qui *usque ad* 19 concessum *rursus exhibet A* 4 positus *B* 5 ubi *VFA*: ut *B* 7 poscenti misericordiam *VFA*: portanti mām *B* 8 censure quae *B* seueritas ρ^2: ueritas *VFAB* suplices *B* 9 permanente *B* 10 possibilitati *A* desiderantis *B* *uerba* totum quod supra *usque ad* 20 defunctorum *hic illic leuiter mutata adfert Uigilius papa in constit. de tribus capit.* (*ep. 83 § 216 = p. 291, 9 sqq.*), *usque ad* 19 concessum *Facundus contra Mocian. LXVII p. 866 A ed. Migne* totum *om. B Facund.* 12 poterant *B* <per> praeu. *B* 13 remitamus *V* 14 qui *VA Fac.*: quod *F*, quae *B* (nec . . deposcant *Uigil.*) 16 qui cum *B* ligaueris super terram *VFA*: legaueritis super terram *B*, ligaueritis et solueritis super terram *Uigil.*, ligaueritis super terram erunt ligata et in caelo *Facund.* 17 quos ergo *VFAB*: hos quos *Uigil.*, quos *Facund.* iam *om. F* 18 suo deus iudicio *Uigil.* audit *B* sibimet *om. A* 19 conspiciat *VFA*: conspiciant *B*, conspicit *Uigil. Facund.* 20 quia . . defunctorum *cum eis quae sequuntur coniungit Thiel* superstatum *B*, supertitum *F*

Uitalis sortem diuini iudicii, cui etiam cum magnopere uellemus non potuit subueniri: huic saltim prosint, dum copia uiuentis admittit, in remediis adsequendis alterius experimenta repente subtracti. cumque scriptum nouerimus: *unus adsumetur et unus relinquetur*, hortatur nos intercepti periculum in superstite subsidia non differre sanandi, qui hoc ipso recipiendus diuinitus indicatur, cum illi superuiuit, qui ad haec non meruit peruenire, et quoddam de utroque caelestis iudicii refulget examen ostenditurque nobis euidentius in duobus, in quo fuerit causa sine uenia et in quo sit, quae indulgentia carere non debeat, atque ideo, quod ipse quoque, si superstes competenter Acacius expetisset, potuerat optinere (quippe de quo sic positum est insolubilem fore, ut non diceretur: etiamsi forte corrigeret), multo magis huic, qui communione eius infectus est, imploranti flebiliter pietatis est
30 apostolicae non negare. professus ergo Misenus regulariter se omnes haereses, Eutychianam praecipue cum Eutychete, Dioscoro, Timotheo Helluro Petroque Alexandrino, Acacio Constantinopolitano Petroque Antiocheno uel cunctis horum successoribus sectatoribus et communicatoribus detestari eosque anathemate ferire perpetuo, communionis apostolicae et sacerdotalis gratiam, quam catholica traditione percepit, recipiet dignitatis'.

5 Luc. 17, 34 13 cf. Felicis ep. 6 (Thiel p. 246): ***numquamque anathematis uinculis exuendus***

1 cum *om.* *F* magnopore *B* 2 poterit *F* subuenire *VFB*, *corr.* *Bar.* prosit *B* 3 in *B*: et *VF* ulterius *VF* 5 adsumitur *VF* ortatur *B* 6 differre *VF*: differende *B*, differenda *Bar.* 7 haec *F* ipso *Bar.*: ipsum *VFB* (⟨ob⟩ hoc ipsum ρ²) recipiendūs *B* 8 hoc *B* 9 celesti *B* ostenditusque *B* 10 quo sit quo *B* 11 quod *B*: quam *VF* 12 superstis *B* 14 corrigit *B* 15 fleuiliter *VB* 16 negaretur *F* 17 euticianam *B*, eutichanam *VF* eutichete *VF*, euticę *B* 18 etilure *B* 18 *sq.* acatio constantinop. *post* Dioscoro (18) *trsp.* *F* 19 antioceno *F*, anti////oceno *B*, anticheno *V* 20 comnunicatoribus *B* 22 sacerdotalis *reliquis omissis VF, sed in V fol. 103v. columnae dexterae lineae, quae supererant, 27 et dimidia uacuae relictae sunt* 22 gratia *B*, *corr.* *Bar.*

Omnes episcopi et presbyteri surgentes in synodo adclamauerunt 'exaudi Christe: Gelasio uita!' dictum quindecies. 'domne Petre, tu illum serua!' dictum duodecies. 'cuius sedem, et annos!' dictum septies. 'uicarium Christi te uidemus!' dictum undecies. 'apostolum Petrum te uidemus!' dictum sexies. 'cuius sedem, et annos!' dictum septies trigesies.

Sixtus notarius sanctae ecclesiae Romanae iussu domni mei beatissimi papae Gelasi ex scrinio edidi die tertio Id. Maii Flauio Uiatore u. c. cons.

(104.)

DILECTISSIMIS FRATRIBUS UNIUERSIS EPISCOPIS PRESBYTERIS DIACONIBUS ARCHIMANDRITIS ET CUNCTO ORDINI UEL PLEBI PER ILLYRICUM DARDANIAM ET UTRAMQUE DACIAM SYMMACHUS. Quod plene fieri cupimus! Si quae scribimus impleantur, nullus stupeat seruatum hactenus nos nunc soluisse silentium, cum prudentissimi Salomonis ista uox personet: t e m p u s l o q u e n d i

16 Eccles. 3, 7

5 dictum undecies *Fronto Duc.*: tunc undecies *B* 6 sexcies *B* 7 iusso *B. corr. Bar.* 8 crinio *B* Maii *Bar.*: MAGI *B*, Martii *Thiel* 9 cons. EXPLIC *B*

104. *Dat. d. 8 Oct. 512 (5 Mart. 513 ?). F = fragmentum Auellanae quod extat in fine codicis α (cf. Proleg. cap. I); B = Berolin. lat. 79; ψ = editio anni 1532 in Prolegomenis adcuratius descripta, quae cum magnopere deprauata interpolataque sit, lectiones uarias eius non subscribam nisi fere eis locis, quibus ad ferendum iudicium de discrepantiis codd. V et B nonnihil inde posse desumi uidetur. Edd. Car. I^{2} 434; Bar. ad a. 512, 36; Collect. Concil.; BTA I 358; Thiel 717.* 11 Dilectissimis fratribus uniuersis episcopis *VF*: Simmachus uniuersis episcopis *B*, *om* ψ 12 diaconibus *FB*ψ: DIACIS *V* ARCHIMANDITIS *B* ORDINE *B* uel plebi *VB*: et plebi *F*, plebeio ψ per Illyricum *VF*ψ: ATQ; A FRATRIS ORTODOXIS PER ORIENTIS PARTES seu per tratias per illiricum *B* 13 ⟨et⟩ Dardan. ψ utramque *om.* ψ DATIAM SYMMACHUS *V*, DATIAM SIMACHUS *F hic desinens*: Daciam constitutis Symmachus episcopus Romanus ψ, Datiam constitutis *B* Quod .. cupimus] *distinxi uerba ab eis quae sequuntur; similem exordii formulam uidesis in Felicis epp. 17 et 18 (Thiel 275, 277) et Gelasii ep. 3 (Thiel 312)* quod plene .. impleantur *om.* ψ *Car.* 15 stupea *B* actenus *B* scilentium *V* 16 salominis *B*, Solomonis ψ 16 *sq.* tempus tacendi et tempus loquendi *trsp.* ψ *cum Vulgata*

et tempus tacendi. quia taciturnitatem praesens tempus
expugnat: nam inter ea quae accidunt nunc silere nec fidei
2 stimulis excitari magni constat esse fastidii. quippe ubi reli-
gionis reuerentia et summa concutitur, aptum iuxta diuinam
scripturam dicere eos qui sunt mites debere esse pugnaces.
est siquidem et spiritalis quaedam deo accepta congressio;
inde et laudabiliter uniuersa tolerantur, ne quisquam a diuina
caritate separetur. et uos quidem docere quid deceat, graue
onus pudoris, sed necessarium de utilitatibus ammonere. neque
enim congruum illis religiosae offerre dogmata disciplinae, a
quibus institutionis ipsius expectatur plena perfectio. sed
3 breuiter clara perstringimus. cui incognitum, Constantino-
politana ecclesia qua Nestorii contagione laborauerit, Nestorii
inquam, qui quasi putre corporis membrum a societate catho-
licae communionis excisus est? ubi terrarum non praedicatur
congregatio Calcedonensis sancta concilii, quae Eutychen et
Dioscorum, duo nomina famosa et magnae perfidiae, unius
sententiae integritate damnauit, iniquitatis complices et uno
4 spiritu diuinis dogmatibus aduersa ructantes? quis Petrum et
Timotheum praefatorum uernulas ignorauit, propugnatores
intentionis addictae et auctores ac magistros suos scaeuo
errore uincentes? illum Timotheum loquimur parricidam, qui
sanctae recordationis Proterio superstite non solum ecclesiam
non religiosis auctoribus occupauit uerum etiam effusionem

5 cf. Luc. 22, 36 (?)

2 accedunt *A* 3 magnis *B* fastidii *B*ψ: fastidium *V* 4 summa cutetur *B* 5 eos *V*ψ: *om.* *B* debebere *B* 5 *sq.* pugnaces siquidem spiritalis quae est et deo accepta congressio uniuersa laudabiliter tollerat ne quisquam ψ 6 est *B*: et *V* 7 inde *VB*: unde *Coust.* tollerantur *B* a *V*: *om.* *B*ψ 8 et *B*: ut *V* (et uos . . ammonere *om.* ψ) quid *scripsi*: quod *VB* deceat *B*: doceatis *V* graui *V* 10 religio se *V*, religiosa ψ offerre *V*ψ: afferre *B* 11 institutioni *V* 12 perstringemus ψ constantinupolitana *B* 13 qua *B*ψ: quę *V* nestorii contagione laborauerit *B*ψ: *om.* *V* 14 a *om.* *B* 15 escisus *V* 16 congregatione *B* sancti *Bar.* euticem *B* 17 magnopere fidei *V* 18 iniquitates *B* 19 aduersa ructantes *B*: aduersa luctantes *V* (aduersarias pesteis ψ) 21 scaeuo *B* *Bar.*: saeuo ψ, crebro *V* 22 errore *B*ψ: erro *V* 23 scae *B* procerio superistite *B*

pii sanguinis ad crimen peruasionis adiecit. ipsius nempe
damnationem uniuersalis est ecclesiae uox locuta, dum eum
nomine quoque Christiani honoris exueret. cuius Petrum
sequacem notum fecerunt orthodoxorum plurimae passiones,
in quibus ille uirtutem animi sui exultauit ostendere. nouit
hunc Ephesus cum tota societate Dioscori, ubi cum proprii
auctore peccati finem sancti Flauiani operatus innotuit. tacenda 5
sunt Antiochiae mala, ubi per alterius Petri nefanda ludibria
reuerendum sacerdotii nomen inrisum est. quis Apamiae et
Tyri gemitus tragicis criminibus comparandos, uel si solis
uacet, digna possit lamentatione deflere? quid Acacium? qui 6
quasi bonis suis fascino quodam grauatis, quae Basilisco
imperante praemiserat, nouo exemplo poenae deprehensus est
aduersum se ipsum dicens ipse sententiam, illos mutata
uoluntate defendens, quos prius gloriosum putauit addicere,
et laborans sociare fidelibus, quos dudum haereticos manifestae
praeuaricationis ostenderat: propter quos maxime fugiendos et
designatorum superius damnato agmini coaequandos illa,
propter quae fidelis probatus est esse, dissoluens et permixtus
his, per quae ecclesiae laesio generalis euenit. aduersum hos 7
si patrum dogmata ratio suadet esse seruanda, cogitate, si
possunt maiore transgressione calcari quam nunc per eos, qui
in partibus uestris Eutychetis dogmata recidiua resuscitant.
si uero tamquam infirme constitutae sententiae sine periculo

1 ad criperuasionis *B* ipsium nimpe *B* 2 damnationis *B* 4 notum ψ: notam *V*, uotum *B* fecerunt *V*ψ: fuerant *B* 6 proprii *VB*ψ: praedicto *Bar.* 7 innouit *B* 8 antiocę *B* 9 p̄ferendum *V* et Tyri *Bar.*: ethyrii ψ, tyri *VB* 10 genitus *B* tragoecis *V* crimibus *B* 11 possit *B*ψ: posset *V* 12 grauatus *B* balisco *B* 13 pęne *V*, pene *B* 14 mutata *B*ψ: mutua *V* 16 heriticos *B* manifestae ψ: manifeste *V*, manifestos *B* 17 maximae *B* 17 *sq.* fugiendus et designato superius damnatorum agmini coaequandus ψ 18 superiorius *V* coaequando *B* 19 filis *B* 20 aduenit *B* aduersum *B*ψ: aduersus *V* 21 suadit *B* 23 uestris *V*ψ: nostris *B* eutichetis *B*. Eutyches ψ recitiua suscitant *B* 24 infirme *Car.*: infirmę *V*, infirmae *B*ψ constitutae (constitute *B*) sententiae *B*ψ: constituta sententia *V*

neglegantur, citra ullum robur credulitatis nostrae summa
subsistit semper succedentibus nouis uetera constituta soluen-
8 tibus. quando enim paternarum regularum despiciuntur
inuenta nec eorum, quae bene instituta sunt, firmitas uindi-
catur, huiusmodi impietatem necesse est fidei semper uenire.
nam ubi facilis dissolutio est rationabilis constituti, ibi omnis
sanctitatis forma corrumpitur, Christus impetitur et (quis
hoc fidelium patienter accipiat?) instituta patrum reuerenda
calcantur. et (quis non uitae mortem iusta electione praepo-
9 nat?) ubi catholicae fidei adoranda reuerentia? ubi multo
cruore sanctorum dogmata constituta? ubi doctorum ueterum
fidelis auctoritas? ubi illa religiosarum mentium stupenda
patientia, propriis bonis contenta nudari, ne de spe aeternae
hereditatis excideret, quasuis ambiens passiones, ne incor-
10 ruptibilis illius boni iudicaretur indigna? nam nulla maiora
documenta sunt fidei quam ubi temporis ratio suadet uitam
subdere passioni, et ideo, qui pro ea periculum persecutionis
subire meruerit, dignum se caelesti ostendit esse militia.
Christus nos pio sanguinis sui pretio comparauit gratiae
libertate concessa nihil inuenientibus humanis operibus, quod
dignum pro tanta mercede tribuerent, atque ideo, ubi religionis
iniuria est, amorem fidei omnem transcendere oportet affec-
11 tum. unusquisque ergo exilia et peregrinationes tamquam
domum patriamque respiciat, ne desideriis retentus humanis
Christi societate priuetur. ecce tempus, quo repetit fides

1 cetera *B* 2 substitit *B* nouis p^2: nobis *VB*ψ 4 indicatur *B* 5 huiusmodi *V*ψ: in huiusmodi *B* impietatem *B*ψ: impietate *V*, impietates *Bar.* semper uenire *V*ψ: peruenire *B*, superuenire *Bar.* 8 pacienter fidelium *trsp. B* 9 morem *B* proponat *B* 10 reuerenda *B* 13 contempta *V* nunari *B* 14 exciderit *B*, excidere ψ ambiens passiones *V*ψ: ambiit passionibus *B* 15 nam *B*ψ: iam *V* maiora ψ: maiorum *B*, malorum *V* 16 ubi *B*ψ: bi *ex* ui *corr. V* 17 subdere *V*ψ: reddire *B* p̄secutionis *B* 18 obire ψ caelesti .. militia *scripsi:* caelesti .. militiae *VB*, caelesti .. militem ψ, caelestis .. militiae *o* 19 uos ψ sanguine *B* sui *B*ψ: *om. V* 20 inuenienientibus *B* 21 tribueret ψ, retinueret *B* 22 omnen *B* effectum *B* 24 que *om.* ψ 25 prouocetur *B*

milites suos et inclamat ad defensionem sui feruorem gratiae
consecutos! fidem ipsam dicere iudicemus 'ecce tempus optabile,
ecce fructuum congregatio desiderata fidelium, ut paruis
passionibus munera magna compensent!' pluribus caritatem 12
uestram pro dispensatione nobis credita cuperemus hortari:
sed quid opus nostrae uocis stimulis, ubi ad tolerandas pro
Christo magnanimiter passiones apostolicis et patrum docemur
exemplis, quae per damna humanarum rerum caelestium nobis
ostenderunt augmenta uirtutum? ergo pronuntiemus intrepidi 13
claras ecclesiae cum magna fiducia disciplinas; longe sit a
nobis prophetae sermo dicentis: et sacerdotes uera cela-
uerunt. quem enim latet discipulorum scientiam a doctoribus
exigendam et, quod non pronuntiatum laedit sequaces, hoc
periculosum esse tacentibus? necesse est enim apud eos
laborare ueritatem, apud quos non manifestatum latet sub
ueritatis colore mendacium; magnum robur adimpugnantium
fidem, quamdiu aduersus eos prolatae sententiae non uiriliter
asseruntur. sed de uobis dicere opto meliora: ut ea, quae 14
per improbos confusa sunt, per uos correctionis remedium
consequantur. non est tam durum decipi quem quam deceptum
in errore persistere. malum hoc et malis omnibus grauius,
quando a corpore suo membra dissentiunt; nam etsi non

11 cf. Esai. 28, 7; Hierem. 2, 8; Thren. 2, 14 et quae sunt similia

2 obtabilem *B* 3 fructuum *B*: fructum *V*ψ prauis *B* 4 compenset ψ 6 nostrae *VB*ψ: est *Bar.* uoci *V* 8 qui *Bar.* damnum ψ hunarum *B* uobis ψ 9 ostendunt ψ pronuntiemus inter alia et dicamus cum sancto (*p. 492, 18*) *omissis intermediis* ψ 10 fiduciam *B* 11 et *B*: ut *V* 12 scientiam *V*: uiolentia *B* 13 exigenda *VB*, *corr. a* quod pro non uinciatum *B* 14 esset tacentibus *B* aput *B* 15 latet *V*: lacet *uel* iacet *B* 16 robor *B* adimpugnantium *scripsi*: ad inpugnantium *V*. ad inpugnandum *B* 17 quandiu *V* aduersum *B* sentiae *B* 19 confussa *B* correptionis *V* 20 consequanter *B*, consequatur *V* est *om. B* tam *B*: am *V relicto antea 2 uel 3 litterarum spatio quod expleuit man. rec. addita littera* t decipi quemquem dec. *V* 22 quando *B*: quam *V*, cum o^2 disentiunt *B* etsi non *V*: et *B*

singillatim occupet omnia liniamenta debilitas, necesse est tamen iuxta apostolicam uocem totum corpus ex parte prae-
15 grauari. unde addictorum fugienda communio; iuxta beatum apostolum pronuntiationem fidei nullus erubescat, uirtus enim est omni credenti. declinemus sacrilegum Eutychetis errorem cum Manichaea malitia congruentem; communionem quoque eorum, qui sunt a talibus educati, pari intentione uitemus, quae nunc quasi morbosa contagio ecclesiis partium uestrarum temptat inripere. nemo enim se pari cum praedictis ferri tempestate dissimulet, donec portum uerae fidei ab eorum
16 communione separatus introeat. quae quidem amans moneo, non odio persequentis accuso. nam qui culpanda uituperat nec utilia subministrat, exprobrantis habet potius studium quam amantis affectum, et qui hortatur ad profutura, uehementius boni propositi designat imaginem, ut feruentius utilia expetantur, inuitans. propter quod, fratres, illius bonam ecclesiae desiderantes unitatem et beatum decorem sacrae concordiae praesumentes dicamus cum sancto Dauid: quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum; ut et de nobis apostolus Paulus dixerit: uos autem omnes fratres in Christo unum estis. donec enim unitas ista non redeat, nullus ambigat eadem nihilominus esse uentura, quae in Constantinopolitana nuper ecclesia contigerunt. de quibus pariter mihi ingemescere necesse est et tacere: nam qui apostolicae sedis ammonitionem neglegendam esse crediderunt,

2 Cor. I 12, 26 4 Rom. 1, 16 18 Psalm. 132, 1 20 Gal. 3, 28

1 debilitat *B* 5 est *om.* *V* euticetis *B* 6 militia *V* congruente *B* 7 edocati *B* 8 morbosa *B*: morbo a *V*, morbo ac o^2 partum *B* 9 inrepere *B* separari *V* redictis *B* ferre *V* 11 amons *B* 12 persequens *Bar.* accusant *B* uituperet *B* 13 exprobatis *B* antis (*pro* amantis) *B* 14 ortatur *B* 15 imagine *VB*, *corr.* o expetantur ρ^2: expectantur *V*, expectentur *B* 16 propter *V*: p̄posito *B* bonam ρ: bona *V*, bone *B* 18 resumentes *B* 20 nobis *B*: bonis *V*, uobis ψ 21 ista *B*ψ: *om.* *V* 22 ampligat *B* 23 nuper *om.* *B* 24 pariter mihi *B*ψ: mihi pariter *V* 25 commonitionem neglegendum *B*

merito inciderunt ea, quae uenire solent solatio destitutis.
si quis ergo salutem propriam cogitans seruare cupit apostolica 17
iudicia, cum a praefatorum se labe seiunxerit, nostrae communionis se nouerit sine dubitatione participem: qui autem se ab eorum, quos apostolica sedes damnauit, non societate remouerit, sciat nullo colore nullo figmento nullaque calliditate ecclesiasticae custodiae posse subripere, quia sicut illos, qui a supra scriptorum se, hoc est Eutychetis Dioscori Timothei Petri et Acacii, uenenis dissociant, libenter amplectimur, ita circa istorum sectatores cura et sollicitudo nostra, ne subripere possint, semper inuigilat. ET ALIA MANU: Deus uos incolomes custodiat, fratres karissimi. Data VIII. Iduum Oct. post cons. Felicis u. c.

1 incederunt *B* ⟨in⟩ ea ψ euenire *Bar.* 2 seruare *V*ψ: seruari *B* 3 se uixerit *B* 4 qui autem se *Hartel*: quia si *V*ψ, qua si *B* 5 sede *V* non soc. *V*: soc. non ψ, non se soc. *B* societate *ex* societatē *corr. V* 6 fermento *B* 7 ⟨se⟩ custodiae *Bar.* 7 *et* 10 subripere *V*ψ: subrepere *B* 8 euticetis diospori thimothei *B* 10 istorum *B*ψ: storum *V* 11 possit *V* et alia manu *om.* ψ et alia . . karissimi *om. B* manus *V, corr.* o 12 data . . u. c. *om.* ψ Dat. tertia non̄ mar̄ probo uc̄ consule *B*, *quae temporis nota a V quam maxime distans quomodo explicanda sit nescio.*


WIDENER
STALL-STUDY
CHARGE
WIDENER
STALL-STUDY
CHARGE
CANCELLED
BOOK DUE
CANCELLED